
image
not
available




Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

<36610195630017

<36610195630017

Bayer. Staatsbibliothek

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

J. comp. 1108-6

Digitized by Google

NOVA
SUBSIDIA DIPLOMATICA
AD
SELECTA JURIS
ECCLESIASTICI GERMANIAE
ET
HISTORIARUM CAPITA ELUCIDANDA
CONGESSIT ET EDIDIT
STEPHANUS ALEXANDER WÜRDTWEIN
EPISCOPUS HELIOPOLENSIS SUFFRAGANEUS WORMAT.

TOMUS SEXTUS.



HEIDELBERGAE,
SUMTIBUS TOBIAE GOEBHARDT,
MDCCLXXXV.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

LECTORI ASSIDUO SALUTEM!

A ſeculo decimo ad aevum praeſens usque animadvertimus Archipraeſulum Moguntinorum ſigilla multis varijsque acceſſionibus aucta & adornata. Vidimus in primis ſigillis Archiepiſcopos vel ſine vel cum humili capitis tegumento, dein mitras ſimplices & pretioſas cum habitu pontificali itidem vario; ut nil dicam de inſcriptionibus jam modiciſſimis, ſenſim largioribus & largiſſimis &c. Hac aetate Inſignibus Moguntinis accedunt arma gentilitia, de quibus hic agendum.

XXVI.
SIGILLUM *GERLACI*
ARCHIEP. MOGUNT.
ab an. MCCCXLVI—MCCCLXXI.

Arma Archiepiſcoporum Moguntinorum gentilitia ab *Henrico III.* cum Rota ſigillis primum inſerta ſunt. Mos iſte a ſucceſſoribus

nunc continuatur. vid. *Tomus V. novor. ſubſid. ſigillum XXV.*

Praeſens *Gerlaci* Archipraeſulis ſigillum majus formae ovalis Pontificem in habitu ſacro exhibet mitra pretioſa & pallio ornatum. Manu dextra benedicit, ſiniſtra pedum tenet faldiſtorio inſidens; a cujus latere dextro conſpicitur Rota Moguntina cum octo radijs, a ſiniſtro Naſſovicus Leo ſine laterculis, cum inſcriptione: † S. GERLACI. DEI. GRA. SCE. MAGUNT. SED. ARCHIEPI. SAC. IMP. P. GERMANIĀ ARCHICANCELL. n. XXVI.

In ſigillo ejuſdem minori rotundo Archiepiſcopus cum mitra ſimplici & pallio ſtans cernitur dextra benedicens, pedum ſiniſtra tenens. Apparet a dextris Rota cum ſex radijs, a ſiniſtris Leo Naſſovicus cum laterculis. Inſcriptio talis eſt: S. GERLACI. ARCHIEPISCOPI MAGŪ.

Efformare arma gentilitia hoc aevo adhuc in arbitrio pictorum atque ſculptorum erat; cum in rota primi ſigilli radios numeremus octo, in ſecundi radios ſex. nec non in primo ſigillo repraeſentetur Leo Naſſovicus ſine & in ſecundo cum laterculis. De hiſce laterculis ſive plinthidibus vid. *Gelenius de Coloniae Magnitudine pag.* 250.

Docu-

Documenta hujus Archi praeſulis, quae ad noſtras pervenere manus, lubenter communicamus.

I. *Gerlaci* Archi Ep. Mog. abſolutio Moguntinis excommunicatis impertita. *Finis.* Dantes vobis has litteras ſigillo noſtro munitas. Datum & actum *Maguncie* in die beati *jeronymi* Confeſſoris Anno Milleſimo CCCXLIII. *Ioannis ſpicileg.* p. 495.

II. *Ejusdem* primariae preces ad monaſterium *Heusdorff. explicit:* Datum Anno Domini M. CCCXLVI. Kalend. Novembris. *Thuring. ſacra.* p. 382.

III. *Idem* nomine *Caroli IV.* Rom. Regis preces primarias dirigit ad Monaſterium in *Schmerlenbach. deſinit:* In cujus rei teſtimonium preſentem litteram fecimus ſigilli noſtri appenſione muniri. Datum in Caſtro *Naſſovve* Anno Domini Milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo ipſa die Corporis Chriſti. *Subſid. Diplom.* T. II. p. 26.

IV. *Idem* Comites Palatinos in auxilium vocat &c. *deſinit:* alleſamint unſere Ingeſigell an diſſen brief, der geben iſt uff ſante *Margarethen* dag der heiligen juncfrowen do man zalte nach *Criſtus* geburte drutzehen hundert jare, in dem vierzigeſten und ſibenden jare.

 Hoc

Hoc documentum cum pluribus alijs ineditis reperies in ſubſequentibus *novorum ſubſidiorum Diplom.* Tomis. *vid. infra.*

V. *Idem* Archiepiſcopus Comites Naſſovicos contra *Henricum* de *Virnenburg* auxiliatores conquirit. *finis:* und dez zu urkunde... ſo han wir unſer ingeſigel an diſen brief gehangen, der wart geben an ſante *Margareden* dage der heiligen juncfrowen des jares do men zalte noch Godes geburte drutzehenhundert jar unde ſieben und vierzig jar. *ined.*

VI. *Idem* Abbati Arnsburgenſi committit, ut diſpenſare valeat cum ſubditis ſuis vel excommunicatis vel irregularibus &c. *finitur:* ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini MCCCXLIX. Dominica *Oculi. de Gudenus* Tom. III. pag. 341. & 481.

VII. *Idem* concedit licentiam Moguntinis villam *Caſſel*, turrim quoque penes villam *Flersheim* &c. ſolo aequandi. *explicit:* Datum in *vigilia Aſcenſionis Domini* Anno Dñi MCCCXLIX. *de Gudenus* Tom. III. p. 342.

VIII. Hie verſpricht ſich Biſchof *Gerlach* daz er bin einer mil weges um die ſtat zu *Meintz* kein Zol nem uf Wazzer noch uf Lande. *finis:* dieſer brief iſt gegeben do man zalt nach Chriſtes geburt duſent jar, druhundert

dert jar und in dem nun und vierzigſten jar *an dem Mandage nach dem palmdage. ined.*

IX. Hie hebent ſic an Ertzebiſchof *Gerlach* privileg und zum erſten hat er beſtediget biſchof *ſifrides* gnade. *finitur:* Datum & Actum Anno Domini Milleſimo CCC' quadrageſimo nono *feria ſecunda proxima poſt Dominicam Palmarum. ined.*

X. Tractatus inter Archiep. & Capitulum Mogunt: nec non Wirceburgenſem Epiſcopum innovantur. *deſinit:* unſer Gros ingeſigel gehencket an dieſen brief, der geben iſt do man zalte nach Criſtus geburte drutzenhundirt jar darnach in dem nun und firzigeſten jare am neheſten ſamſtage vor der heylgen Marteler tag ſancte *Viten* und *Modeſten. ined.*

XI. *Gerlacus* cives Erfordenſes eximit a judicijs extraneis: *terminatur:* Datum ſabbato proximo diei S. *Margarethae* virginis Anno Milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono. *Lünig part. ſpec. Cont. IV. Th. fortſ. pag.* 445.

XII. *Ejusdem* Conventio cum civitate Moguntina. *deſinit:* in dem jar als man zalt nach Gots geburt dreyzehenhundert jar und darnach in dem neun und vierzigiſten jare feria ſecunda poſt *Ambroſii. Senckenberg ſelecta* Tom. II. p. 146.

XIII. *Idem* concedit Abbati vallis S. *Georgii* uſum altaris portatilis in curia Arnſtatenſi. *explicit:* Datum VI. Kal. Auguſti Anno Domini MCCC quinquageſimo.

XIV. *Ejusdem* confirmatio ſuper pignoratione de *Egere Flozz* & *Barkenſtein. finitur:* ſub noſtro ſigillo & teſtimonio litterarum. Datum *Spire* Anno Domini MCCCLIII°. feria quarta proxima ante diem ſancti *Nycolai* Epiſcopi. *ined.*

XV. Sententia arbitralis in cauſa *Leopoldum* Bambergenſem Epiſcopum inter & *Rupertum* ſeniorem atque juniorem Comites Palatinos de caſtris *Hartenſtein* & *Neidenſtein* per *Gerlacum* Archiep. Mogunt. & *Wilhelmum* Colonienſem in favorem Comitum Palatinorum lata. *finis:* Preſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio litterarum. Datum *ſpire* Anno Domini M. CCC. LIII. in die S. *Eliſabethae. Lünig part. ſpec. Cont. I. Fortſez. III.* p. 132.

XVI. De Advocatia monaſterij Bronbacenſis Comitibus de *Wertheim* competente. *deſinit:* Unſir inſiegel an dieſen brief gehangen, der geben iſt an S. *Walpurgen* tag nach *Chriſti* geburt dreyzehen hundert jar und darnach in dem vier und fünffzigſten jare. *Lünig part. ſpec. Cont. II. fortſez. III. abtheil VI.* p. 109.

XVII.

XVII. *Gerlacus* Archiep. Mogunt. *Conradum* de *Trimperg* in quotis theloneorum de *Erenfels* & *Lanſtein* ei competentibus defendere promittit. *finis:* Diſſen brief mit unſeme ingeſigel beſigelt der gegeben iſt da man zalte von Chriſtes geburte drutzehen hundert jare in dem vier und funffzigeſten jare uf den achtzigeſten tage. *Senckenberg ſelecta* T. 2. p. 636.

XVIII. Varia venduntur Erfordienſibus, ſalvo tamen jure reluendi. *finis:* der gegeben iſt zu *Mentze* uf den nehſten ſontag nach S. *Martins* tage do man zalte nach *chriſti* geburt dreyzehenhundert und vier und funfzig jare. *Lünig part. ſpec. Cont. IV. Th. II. fortſ.* p. 447.

XIX. *Gerlacus* A. M. confirmat fundationem altaris *B. M. V.* in Eccleſia parochiali in *Burfelden. terminatur:* In cujus confirmationis teſtimonium ſigillum noſtrum hijs litteris duximus appendendum. Datum *Steinheim* X. Kal. Novembris Anno Domini M. CCC. quinquageſimo quarto. *Schneider Erbach. hiſtor.* pag. 539. *urkunden.*

XX. *Ejusdem* declaratio ſuper Concilio *Petri: deſinit:* Datum Anno Domini MCCCLIV. in craſtino Nativitatis Beatae *Mariae* Virginis *Schannat Concil. Germ.* T. IV. p. 367.

. XXI. *Gerlacus* Archiep. Mog. confirmat incorporationem Eccleſiae parochialis in *Altzenau* factam monaſterio ſeligenſtadienſi. *finis:* Noſtram litteram Abbati & Conventui & eorum monaſterio ſigilli noſtri munimine tradimus communitam. Datum *Maguntiae* decimo nono Kalendas ſeptembris Anno Domini Milleſimo tercenteſimo quinquageſimo quarto. *Weinckens Navarchia ſeligenſtad:* p. 107.

XXII.

EXEMPCIO DATA *GERLACO DE BUTSPACH* IN ECCLESIA MOXSTADENSI.

G*erlacus* &c. honorabilibus viris Decano & Capitulo Moxſtadenſi noſtre dioc. ſalutem in Domino. Cum ſecundum antiquam & laudabilem conſuetudinem per felicis recordationis Archi Epiſcopos Maguntinos predeceſſores noſtros hactenus obſervatam in ſingulis ſuis Eccleſiis collegiatis noſtrarum civitatis & dioceſis Magunt: habeamus duas perſonas noſtros clericos eximere ut ad reſidenciam quam facere deberent apud ſuas Eccleſias & chori frequentationem minime teneantur, nos jus noſtrum nolentes in hac parte negligere & juxta eandem conſuetudinem dilectum nobis *Gerlacum* de *Butzpach* ſcolaſticum & concanonicum veſtrum quem in noſtrum clericum dudum

dum recepimus & recipimus per preſentes a reſidencia quam apud dictam veſtram facere deberet Eccleſiam & chori frequentatione eximimus per preſentes mandantes, quod eidem *Gerlaco* fructus redditus proventus & obvenciones quascunque ad dictas ſcholaſteriam & prebendam ſuas communiter vel diviſim ſpectantes, cottidianis duntaxat diſtributionibus exceptis que preſencie nuncupantur miniſtretis & miniſtrari integraliter faciatis, alioquin honorabilibus viris ſancti *Bartholomei* ſanctorum *Marie* & *Georgij* nec non montis ſancte *Marie* Eccleſiarum Franckenford: Decanis damus hijs noſtris litteris in mandatis, ut vos ad id compellant auctoritate noſtra eccleſiaſticam per cenſuram. Datum *Aſchaffenburg II.* Idus januarij Anno Domini M° CCC° LIIII°

12 Ian.

Item ſimilem exceptionem dedit Dominus eidem *Gerlaco* in Eccleſia Lichenſi.

XXIII.

COMMISSIO DATA THEODERICO PLEBANO S. ALBANI IN GOETTINGEN PRO COLLIGENDIS FRUCTIBUS BYENNALIBUS PER PREPOSITURAM NORTHUNENSEM.

G*erlacus* Dei gratia &c. *Theoderico* Rufi plebano S. *Albani* in *Göttingen* devoto noſtro dilecto

lecto ſalutem in Domino ſempiternam. Cum de antiqua & approbata conſuetudine ſit pacifice obſervatum & etiam ad cautelam & ex ſuper habundanti per ſedem Apoſtolicam ex ſpeciali privilegio nobis indultum favorabili & conceſſum, ut fructus beneficiorum vacancium per noſtras civitatem & dioceſin pro ſolutione debitorum noſtrorum & Eccleſie noſtre per byennium tollere & colligere ac noſtris uſibus retinere libere valeamus ut & in litteris apoſtolicis deſuper confectis & apud nos repoſitis plenius continetur. Tue igitur Diſcretioni, de qua confidenciam gerimus ſpecialem, injungimus & mandamus, quatenus omnes redditus fructus & proventus quorumcunque beneficiorum in terminis Prepoſiture Northunenſis tue que a byennio proxime preterito vel citra vacaverunt vel in antea vacabunt, plene & integre ſecundum conſuetudinem diutius obſervatam tollas, colligas & nobis fideliter conſerves, contradictores & rebelles ratione conſuetudinis predicte auctoritate noſtra ordinaria ad hoc per cenſuram eccleſiaſticam compellendo ac nichilominus nominantes & intimantes nobis eosdem, ut etiam per executores noſtros a ſede Apoſtolica nobis deſuper deputatos procedi acrius auctoritate dicte ſedis Apoſtolice procuremus faciens in premiſſis ut intel-

intellecta & inventa fidelitate tua negotia noſtra & Eccleſie noſtre in antea tibi committere nos contingat. Datum *Maguncie* VI. Idus Marcij Anno Domini Milleſimo CCC^mo LIIII.

10 Martij.

Similis Commiſſio data eſt *Conrado* de *Gervvigichen* plebano veteris civitatis *Geyſmarienſis.* &

Buſſoni. Prepoſito Heyligenſtadenſi per Prepoſituram ſuam. &

Ottoni Cellerario in *Ameneburg* per Prepoſituram Fritzlarienſem.

XXIV.

LIGA FACTA CUM COMITE DE ZEGENHAN.

Wir *Gerlach* &c. tunt kunt allen den dy dyſen brieff anſehent oder horent leſen, daz wir den edeln man *johan* Grauven zu *Cygenhein* zu unſirm und unſer ſtiftes helfer und diener gewinnen und gewunnen han und ſullin und wulln yn vorantwerten wider aller meinlichen an wider den ſtul von *Rome* datz Romiſche Riche, alle Kurfurſten die Kure an dem riche hant alle die biſchoffe die under uns ſint, die wir beſtedigen und wihen und an alle die mit den wir uns vorbunden und vereynet han

biſſ

byſſ uff dyſen hutigen tag die wir mit namen uznemen, nochtan ſollen wir yn vorantwerten wider die als wir unſirn burgman billich verantwerten ſollen zu ſinem rechten, wo er des an uns bliben wolde, und *johan* Grave zu *Cygenhayn* vorgenant bekennen mich auch offentliche an dyſem brieffe daz ich mines vorgenanten herren von *Mentze* und ſines ſtiftes erbe burgman bin und ſin und ſines ſtiftes helfer und dijner worden bin ewelichen wider aller meinlich und mit namen wider de Langrauen von *Heſſen* an wider die Erwirdigen herren den Ertzbiſchoffe von *Colne* und hern *Ludewig* biſchoffe zu *Monſter*, den Apt von *Folde* Greven *Otten* von *Valdecken* und Greven *johan* von *Hennenberg* die ich auch uz nemen. Me iſt geredit daz unſer jeglicher dem andern ſal beholfin ſin mit veſten mit lande und mit luten des beſten dez her mag ane allerley geverde mit guten truwen und ſollen unſer jegliches veſten dem andern offen ſin zu allen ſinen noten wo er iz bedorff, es iz mit namen gereth das wir *Gerlach* Ertzbiſchoff zu *Mentze* dem vorgenanten Greven *johan* und ſinen dynern wo er yn unſern veſten und yn unſerm und unſers ſtiftes dinſt iſt, koſt gebin ſollen als andern unſern dynern und helfern und ſollen yme ſinen ſchaden abelegen

wo

wo er kuntlichen ſchaden yn unſerm dienſt an gevangen an roſſen und an pherden enphehet und ſullen alle gevangen unſer ſin dy von yme und ſynen dynern gevangen werden yn unſerm dienſte, wo aber wir ader unſer diener und helfer yn ſinen veſten ſint dar ſollen wir uns und unſer diener ſelber bekoſtigen, wo aber derſelbe Greue unſir und unſer diener helfe bedorff yn ſinem cryege die helfe die ſollen wir yme tun uff unſern ſchaden und koſt und ſal man gevangen und brantſchatzung teil nach mantzal als wir uff beide ſite lute han. Vorbaz me ſo iſt gereth und ſint wir des uber ein komen were daz kein ufflouff nu vorbaz me tuſchen unſer beider frunde burgman oder luten geſchee ſo ſullen wir off beyden ſiten unſer amptlute darzu halten mit guten truwen, daz ſie zu einander riten an die ſtat do iz bythere gewonlichen iſt geweſt und den ufflouff rechten ane geverde ſo ſie aller baldiſt mugen, were aber daz des nit geſchee, ſo han wir *Gerlache* der vorgenant Ertzbiſchoff unſern Kelner zu zyten zu *Ameneburg* und Grave *johan* zu *Cygenhayn* unſerm amptman zu *Ruſchenberg* wer auch zu zyten amptman iſt und wir beyde *Rudolphen Schurenſloſs* rittere zu einem dritten manne erkorn, die den ufflouff rechten ſullen yn eines mandes friſt, uff er eyde

an

an geverde und war der merteil under yn hyn vellit daz ſal macht habin und waz die dry oder daz merteil under yn irteilet, daz ſal man uffrichten und wider tun daz nach in eines mandes friſt, geſchee des nit ſo mag des amptman uff des ſyten dem der ſchaden geſchehen iſt den andern phenden an allerley zorn und mit den phanden tun als phandes recht iſt alſo lange bit daz der ufflouff und ſchade gerecht und wider tan wirt, Iz iſt auch gereth daz wir uns darumb von keinerley ſache wegen von einander ſcheiden ſullen noch unſer verbuntniſſe und gelobede ledig ſollen ſin, wanne wir ſollen iz alſo beſtellen daz der ufflouff gericht werde und gienge der dritte man abe ſo ſollen wir beede einen andern an des ſtat ſetzen yn eines mandes friſt ane geverde. Geſchee auch villichte daz etlicher unſeres vorgenanten Ertzbiſchofves burgman dyner oder man nit rechtes wolde gehorſam ſin vor den drien von dem Greven von *Cygenhain* oder von den ſynen ſo ſollen wir denſelben Greven wyder den beholfen ſin als lange bit daz er ſich an rechte leszet genugen vor den drien. Daz ſelbe ſal ich Greve *johan* von *Cygenhain* minem herren von *Mentze* und den ſinen hin wider tun und alle dyſe vorgeſchriben ding, als ſie hie vorgeſchriben ſint, die han

han wir die vorgenant Ertzbiſchoff mit guten truwen und ich Greve *johan* von *Cygenhain* auch mit guten truwen, und han daruber minem vorgeſchriben herren von *Mentze* und ſinem ſtifte zu den heilgen geſworn ſtede und veſte zu haldin und nymmer darwijder zu tun mit worten oder mit wercken ane allerley argliſt und geverde, und daruber zu einem urkunde und zu einer ewigen ſtedekeit ſo han wir beyde unſer Ingeſigel gehenket an dieſen brief, der geſchriben und gegeben zu *Ameneburg* an ſanct *Pancratien* tage nach gotes geburte Duſent dru hundert jare und darnach in dem vier und funffſigenſten.

12. Maji.

XXV. *Gerlaco* exhibetur computus & liquidatio debitorum *Francofurti* contractorum. *finis:* undir unſern Ingeſigeln die wir zu des : : *Gerlach* Ertzbiſchove zu *Mentz* : : . han gehangen uf den neheſtin fritag nach ſente *Bonifacien* tag als man zalte nach Chriſtes geburte drutzenhundert jar darnach in dem vier und fünfzigeſten jare. *ined:*

XXVI. *Gerlacus* qualiter poſſederit caſtrum *Wildenſtein: definit:* Han wir : : unſir ingeſigel an dieſen brieff tun hencken, gebin zu *Aſchaffinburg* an dem neheſten mittewochen vor ſente *Gallin* dage, do man zalte nach *Chri-*

ſtus geburte drutzehen hundirt jar darnach in dem vier und funfzegeſten jare. *ined.*

XXVII. De conſtructione *Burgberg* alias *Wildenfels. explicit:* unſir ingeſigel an dyſen brief tun hencken. Der geben iſt an deme neheſten dornſtage nach dem *Pingeſtage* als man zalte nach *Chriſtus* geburte druzenhundert jar darnach in deme vier und funfzigeſten jar. *ined.*

XXVIII. Recommendatiae pro *Lupoldo* Praepoſito Northunenſi ad praebendam Moguntinam. *finis:* Datum *Loynſtein* VII. Kal. Novembr. *ined.*

XXIX. *Gerlaci* Archiep. ulteriores promotoriales pro eodem *Lupoldo* Canonico Moguntino. *deſinit:* Datum apud *Nuvvenſted* XVI. Kal. januarij. *ineditum.*

XXX. *Gerlacum* Archi Epiſcopum Moguntinum inter & *Theodericum* Abbatem Corbejenſem confoederatio. *deſinit:* und des zu orkunde haben wir unſir ingeſiegel an dyſen brief tun hencken, der geben iſt zu *Eltvil* of den zwelfften tag den man ſchribet zu Latine *Epiphaniam* Domini Anno . . MCCCLV. *de Gud.* T. 3. p. 384.

XXXI. *Ejusdem Gerlaci* diploma quo *Rupertus* Comes Palatinus Rheni Senior declaratur verus Imperij Elector. *finis:* des zu urkunde

de han wir unſir ingeſiegel an dyſen brief tun hencken, geben zu *Wyſebaden* ufden Donrſtag nach dem ſonntage in der faſten als man ſang *Invocavit*, nach gottes geborten druzehenhundert jar darnach in dem fünff und fünffzegeſten jare. *Lünig. part. ſpec. Cont. II. p.* 11.

XXXII. *Gerlaci* Archiep. Mog. conventio cum civitate Erfordienſi. *explicit:* des zu urkunde unſer inſiegel an dieſen brief tun hencken, geben zu *Eltevil* uf den heiligen pfingſtabend nach *Chriſtus* geburte dreyzehen hundirt jar darnach in dem fünff und fünffzigſten jare. *Lünig. part. ſpec. Cont. IV. Th. II. fortſ.* p. 448.

XXXIII. Debitum quoddam fratribus *Milchling* dictis aſſecuratum. *finis: Herren* von *Mentze* Ingeſigel an diſen brieff gehangen, geben zu *Eltevil* off den Pingeſtabint nach *Chriſtus* geburte drutzenhundert jar, darnach in dem fünff und funffzegeſten jare. *ined.*

XXXIV. *Gerlaci* conſtitutiones ſynodales. has alibi dabimus.

XXXV. *Ejusdem* confirmatoria donationis villae *Mumbach* factae Capitulo Moguntino. *deſinit:* Praeſentes litteras noſtro Pontificali ſigillo juſſimus communiri. Datum *Eltevil* Anno Domini MCCCLV. XV. Kal. Octobris. *de Gudenus* Tom. III. pag. 391.

XXXVI. *Ejusdem* conſenſus ſuper incorporatione per *Carolum IV.* de Ducatibus Poloniae Sileſiae & Marchionatus Luſatiae &c. facta regno Bohemiae. *explicit:* Preſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio literarum. Datum in *Nürnberg* Anno Domini MCCCLV. in die beatae *Luciae* Virginis. *Lünig part. ſpec. Cont. I. fortſ. I.* pag. 39.

XXXVII. *Idem* recognoſcit quod Duces Bavariae *Carolo IV.* Regi Bohemiae varia caſtra, oppida &c. vendiderint: *deſinit:* geben wir dieſen brief verſiegelt mit unſerm inſiegel, der geben iſt zu *Nürnberg* nach *Chriſti* geburt MCCCLV. an S. *Thomas* tag. *Lünig part. ſpec. Cont. I. fortſ. I.* p. 235.

XXXVIII. Compoſitio inter *Rupertum* ſeniorem & *Rupertum* jun. Palatinos de jure eligendi Regem Rom. aſſenſu *Gerlaci* Archiep. firmata. *finitur:* Mit urkunde dies briefes virſigelt mit unſerm Ingeſiegel der geben iſt zu *Nuremberg* Anno Domini MCCCLV. in die *ſ. jois Evangeliſte. de Guden:* T. 3. p. 394.

XXXIX. *Gerlaci* Archiep. quoad Electorem ſaxoniae compoſitio. *finis:* ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Nuremberg* ſabbato quod fuit in Craſtino *Circumciſionis* Domini Anno ejusdem Domini MCCCLVI. *de Guden.* T. 3. pag. 396.

XL.

XL. *Gerlaci* Electoris Mog. conſenſus quod Bohemi extra regnum citari non poſſint. *terminatur:* literas . . noſtri ſigilli appenſione fecimus communiri. Datum in *Nürnberg* Anno MCCCLVI. in Craſtino *Epiphanie* ejusdem. *Lünig part. ſpec. Cont. I. fortſ. I.* p. 42.

XLI. Super revocatione privilegiorum civitatis Colonienſis. *finis:* literas ſigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Datum *Nürnberg* . . MCCCLVI. Craſtino *Epiphaniae* . . *Lünig ſpic. Eccleſ. fortſ. I. Ib.* p. 492.

XLII. *Gerlaci* conſenſus cum daretur Argentinenſibus privilegium pfalburgerorum . . . Datum *Nüremberg* Anno Domini MCCCL. ſexto . . feria tertia proxima poſt *Epiphan. Lünig. ſpicil. Eccleſ. II. Ib.* p. 883.

XLIII.

LITTERAE DATAE ILLIS DE HIRSCHHORN SUPER VARIIS OPPIGNORATIONIBUS.

Wir *Gerlach* von Gotz gnaden Ertzbiſchoff zu *Mentze* und Ertz-Kantzler dez heiligen romiſchen Richs in dutſchen landen veriehen und tun kunt offentlichen, mit dieſem briue allen den die in an ſehent oder horent leſſen. Daz wir unſerm lieben getruwen *Engelhart* vom *Hirshorn*, *Engelhart* ſinen ſon und al-

len iren erben gelobt haben. Unde geloben mit diſem gegenwartigen Briefe umb ſoliche ſatzunge unde pfantſchaft alz, ſie von uns habent, mit namen *Wildenberg* die burg *Amerbach* die ſtat, und waz dar zu gehoret, und die gulte zu *Miltenberg* alz es in unſerm Briefe den wir in dar uber geben haben volleckomenlichen geſchriben und begriffen iſt, daz wir in dez unſers Capitels zu *Mentze* willen verhencknuſſe und beſtetigunge gewinnen ſullen mit irem offen brieue und hangenden Inſigel beſigelt und geloben in daz by guten truwen zu tun und zu vollefuren innewendig jares vriſt nach date diz Briefs ane allez geuerde. Were aber daz wir dez niht enteten oder getun mochten, wanne uns danne der vorgenant *Engelhart* vom *Hirshorn Engelhart* ſine ſune oder ire Erben manent nach der jars friſt, ſo geloben wir in den vorgenanten unſers Capitels verhencknuſſe Briefe vollicklichen und unverzogenlichen zu ſchaffen und zu geben oder aber unverzogenlichen die vorgenante ſatzunge und pfantſchafft von in zu ledign und zu loſen ane allen iren ſchaden nach unſer briefe ſage. die ſie von uns daruber habent ane geuerde und diz geloben wir allez by guten truwen veſte und ſtete zu halten, ane allez geuerde. Und daruber haben wir

gebe-

gebeten den allerdurchluchtigeſten fürſten unſern lieben genedigen Herrn Herrn *Karl* romiſchen Keyſer zu allen ziten merer dez richs und Kunig zu Beheim und die Hochgeborne unſer lieben Herren und Oheim Herrn *Ruprecht* den Eltern und *Ruprecht* den jungern Pfallentzgraffen by rine und Hertzogen in Beyern, daz ſie mit iren offen briefen fur uns geſprochen habent, daz wir in daz tun und vollefuren ſullen ane allez geuerde und globen ſie davon zu ledigen und zu loſen ane allen iren ſchaden ane geuerde. Und dez zu urckunde haben wir unſer Inſigel an diſen Briefe gehenckt. Der geben iſt dez jars da man zalt nach *Criſtus* geburt druzehenhundert jar und darnach in dem ſechs und funfzigeſten jare an dem nehſten montag nach ſante *Erhartz* tag.

10. Jan.

XLIV. *Gerlacus* A. M. *Conrado* Pincernae de *Erbach* concedit in feudum Caſtrum *Fürſtenau. deſinit:* der geben iſt do man zalte nach *Criſtus* geburte dritzehundert jar darnach in dem ſechs und funffzigiſten jar dem nec[illegible]ſten ſampſtage nach ſant *Walpurgis* tag. *Sch[illegible] der Erbach. hiſt. urk.* p. 545.

XLV. *Adolphus* Comes de *Naſſau* [illegible] a Moguntino Archiepiſcopo in feudum [illegible]ſtrum *Adolph Eck. finis:* der geben i[illegible]

 F[illegible]

Fritzlar uff den näheſten donnerſtag nach S. *Valentini* tag des Mertelers nach *Criſtus* Geburt dreizehen hundert jar darnach im ſechs und funffzigſten jare. *Lünig ſpic. ſec. I. Th.* p. 638.

XLVI. *Gerlaci* A. M. confirmatio ſuper Caſtro & ditione *ſtriberg*. *explicit*: mit unſerm inſiegel der geben iſt zu *Nürnberg* nach Criſti geburt MCCCLVI. des nechſten tages vor dem heiligen *Oſter tage*. *Lünig part. ſpec. Cont. I. fortſ. I.* p. 236.

XLVII. *Ejusdem* ſtatuta ſynodi Dioeceſanae de an. 1356. *alibi*.

XLVIII. *Gerlacus* confirmat duo beneficia in Eccleſia parochiali *Grünberg*. *finis*: ſigillum noſtrum ſecretum preſentibus eſt appenſum. Datum XVI. Kal. junij An. Domini MCCCLVI.

XLIX. *Ejusdem* recognitio quod ditio *Plauen* ſit feudum haereditarium Bohemiae. *explicit*: preſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio litterarum. Datum *Metis* Anno Domini MCCCLVI. feria ſecunda ante diem beate *Lucie* virginis. *Lünig part. ſpec. Cont. I. fortſ. I.* p. 237.

L. Conſtitutiones *Ejusdem* ſynodales alibi proferemus.

LI.

LI. *Gerlacus* A. M. caſſat & annullat litteras quasdam Abbatiae ſeligenſtadienſis damnoſas.

Gerlacus Dei gratia S. Magunt. ſedis Archi Epiſcopus S. Imperii per Germaniam Archicancellarius Univerſis, ad quos praeſentes Litterae pervenerint ſalutem & ſinceram in Domino charitatem. Ad noſtram pervenit audientiam, quod cum inter nos ex una & quondam D^{num} *Henricum* de *Virnenburgk* praedeceſſore ab Archi Epiſcopatu ejusdem ſedis Maguntinae per ſedem Apoſtolicam depoſitum & ammotum ac ipſius Dⁿⁱ *Henrici* complices & fautores parte ex altera diſcordiae, lites & rixae verterentur, pro eo & ex eo, quod nos ad Archi Episcopatum noſtrum praedictum juxta promiſionem nobis per ſedem Apoſtolicam praedictam de eo factam admittere non curarunt, ſe nobis contra Deum & juſtitiam & in noſtrum praejudicium opponere nonnulli praefati Dⁿⁱ *Henrici* fautores ſeque de adminiſtratione nimirum ipſius noſtrae Eccleſiae Magunt. praedictae de facto intromittentes diſcordiis & litibus hujusmodi durantibus, Religioſos in Chriſto Abbatem & Conventum Monaſterii *Selgenſtadt* noſtrae Dioceſis noſtrae jurisdictioni ordinariae ſubjectis per potentiam non immerito formidandam Deo odibilem juſtitiae-

ſtitiaeque novercam arctare & cogere praeſumpſerunt, ut *Remboldo* dicto de *Spiegelburgk* Canonico Eccleſiae Aſchaffenburgenſis praetextu quarundam precum regalium ſicut aſſeritur, impetratarum & obtentarum de beneficio ad praeſentationem Abbatis ſive Conventus praedictorum ſpectante, quando vacare contingeret, quadraginta libras hallen: loco beneficii ſic vacantis, Abbas & Conventus praedicti coacti praemiſerint annis ſingulis ſe daturos eidem, litteris & inſtrumentis ſuper hoc editis & confectis ſigillisque Abbatis & Conventus praedictorum ſigillatis. Nos igitur, qui ex aſſumpti officii debito religioſas perſonas & Monaſteria nobis divinitus credita & ſubjecta tenemur ab injuriis & oppreſſionibus injurioſis quibuslibet, prout ſufficimus, praeſervare, ac in ſuis juribus & commoditatibus paterna ſollicitudine confovere, volentes ſuper praemiſſis diligentius inquirere veritatem Abbatem & Conventum ac *Remboldum* nominatos cum litteris & inſtrumentis datis, ut premittitur & obtentis ad noſtram praeſentiam in certum & competentem terminum videlicet feriam tertiam ante feſtum S. *Albani* Martyris mandamus evocari; Quibus coram nobis hinc inde ſufficienter comparentibus praefatus *Remboldus* litteras & inſtrumenta praedicta nobis exhi-

exhibuit, praeſentavit, & in manus noſtras liberaliter reſignavit, gratiae, pronuntiationi, ordinationi & declarationi noſtris ſe ſubmittens promiſit eisdem ſe voluntarie pariturum. Nos itaque viſis inſtrumentis ſive litteris hujusmodi plenius & perſpectis habito deſuper Clericorum noſtrorum jurisperitorum conſilio, deliberatione diligenti conſideratisque circumſtantiis univerſis, quae noſtrum animum movere poterant & debebant, quia duximus penſionem praedictam per vim exſtortam, indebite perceptum contra juſtitiam & de facto uſurpatam, litteras & inſtrumenta praedicta & effectum eorundem caſſamus, irritamus & viribus penitus vacuamus Abbatem & Conventum praedictos ſolutione penſionis praedicte abſolventes ac abſolutos nuntiantes & praeſentibus declarantes, Premiſſum vero *Remboldum* a reſtitutione perceptorum ex certis cauſis nos moventibus abſolventes & praeſentibus relevantes. Quas quidem pronuntiationem, declarationem, abſolutionem & relevationem noſtras praedictas partes praefatae laudantes, approbantes promiſerunt easdem ratas & gratas tenere ac perpetuis temporibus immobiliter obſervare, fraude & dolo cujuslibet circumſcriptis; in quarum pronunciationis, declarationis & abſolutionis noſtrarum evidentiam

ac

ac roboris firmitatem praeſentes litteras noſtro ſigillo juſſimus conſignari. Datum *Eltevil* VII. Kal. Iulij anno D. MCCCLVII.

25. Iunij.

LII. *Gerlaci* A. M. ordinatio circa feudum *Bickenbach. explicit:* Der geben iſt zu *Eltvil* uf den nechſten mondag vor ſant *Bartolomeus* tag nach *Criſti* geburte drutzehenhundert jar und darnach in dem ſyben und funffzigeſten jare. *Schneider Erbachiſche hiſtor. urk.* p. 79.

LIII. Articuli pacis initae a *Gerlaco* A. M. & Dominis de *Erbach* & *Bickenbach &c. definit:* der geben iſt zu *Eltvil* of den nechſten dynſtag vor ſenct *Bartolomeus* tag des Apoſteln nach *Criſtus* geburte drutzehen hundert jar darnach in dem ſyben und funffzigeſten jare. *Schneider Erbach. hiſt. urk.* p. 585.

LIV. *Ejusdem* circa ſupradictum feudum *Bickenbach* ordinatio: *finis:* Ingeſiegel an dieſen brief gehangen, der geben wart, do man zalte nach Criſtus geburt druzehen hundirt jar und in dem ſieben und funffzigeſten jare an dem neheſten montage fur unſir *frauwen tag* als ſie *geboren* war. *Schneider Erbach. hiſt. urk.* p. 80.

LV. De Regis Bohemiae in eligendo Rege Rom: juribus: *definit:* Datum *Metis* Anno.,

M.

MCCCLVI. Dominico die proximo ante *Luciae* Virginis. *de Gud.* T. 3. p. 411.

LVI. Exorta inter Electorem ſaxoniae *Rudolphum* & *Wenceslaum* Ducem Lucemburgenſem controverſia de praeferendo Imperatori enſe in favorem ſaxonis deciſa. *finis*: Preſencium ſub noſtro ſigillo appenſo teſtimonio litterarum. Datum *Metis* Anno Domini MCCCLVI. in die beati *johannis Apoſtoli* & Ewangeliſte. *de Gudenus* T. 3. p. 415.

LVII. *Gerlaci* Archi Ep. Mog. & aliorum Co-Electorum conſenſus ſuper permutatione Caſtri *Tomslauff* inter Epiſcopum Ratisbon: & Regem Bohemiae facta. *deſinit:* Praeſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio litterarum. Datum in *Nurembergk* Anno Domini MCCCLVI. in die ſancti *Thomae* Cantuarienſis. *Lunig C. G. Dipl.* T. 1. pag. 1171.

LVIII. *Idem* renuntiat juri in judaeos Francofurtenſes. *explicit:* Ertzbiſchoff zu *Maintz* ingeſiegel . . an dieſen brief gehangen. Der geben iſt zu *Erenfels* uf ſanct *Bartholomei* tag des Apoſtels nach gotes geburt MCCCLVIII. jar. *Senckenberg ſelect.* Tom. 6. pag. 584.

LIX. *Ejusdem* patentes ad ſubveniendum indigentiae templi S. *joannis* Mog: *finis:* Datum *Eltevil* Anno . . MCCCLIX. Kal. januariis. *de Gudenus.* T. III. p. 894.

LX.

LX. *Idem* ordinat, ne numerus ſanctimonialium in monaſterio *Hildevvardeshuſano* L. perſonas excedat. *finitur:* Datum *Aſchaffenburg* XIII. Kalend. ſeptembris Anno Domini MCCCL. nono. *Scheidt nachrichten vom teutſchen Adel. p.* 503.

LXI. *Idem* ratam habet venditionem molae *Hattenberg* inferioris ad praeſentias Eccleſiae Metropolitanae factam ab illis *zum jungen. deſinit:* Litteras ſcribi, noſtroque ſigillo impendenti fecimus communiri. Datum *Eltevil* feria ſexta proxima poſt feſtum ſancti *Michaelis* Archangeli Anno Domini MCCC quinquageſimo nono. *de Gud.* T. 3. p. 435.

LXII. *Idem* parthenoni S. *Crucis* Gothano incorporat Eccleſiam in *Remſtete. explicit:* preſentes litteras noſtro fecimus & facimus communiri ſigillo. Actum & Datum *Maguntie* Anno Domini Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo nono. Kalendis Decembris. *Tenzel ſupplem. II. hiſt. Goth. p.* 162.

LXIII. *Ejusdem* deciſio ſuper juribus in *Amorbach* monaſterio ibidem competentibus. *finis:* zu.. *Gerlachs*.. Inſigel an diſen brief gehangen. Geben zu *Aſchaffenburg* uf ſent *Katherinen* tage nach *Chriſtus* geburte druzehen-hun-

hundert jar darnach in dem neun undt fünffzigſten jare. *Gropp Hiſtor. Amorb.* p. 223.

LXIV. *Ejusdem* litterae ad *Carolum* Imp. quibus ſe purgat de obtrectatione, ac ſi de eodem exauctorando & *Ludovico* Rege Hungariae ad faſtigium Imperiale evehendo conſilia miscuiſſet. de *Guden.* Tom. III. p. 425.

LXV. *Ejusdem* litterae ad Hungariae Regem ſuper negotio praelibato. *de Guden.* T. III. p. 426.

LXVI. *Ejusdem* litterae ad Ducem Auſtriae ſuper eodem negotio. *de Gud.* T. III. p. 427.

LXVII. Tabulae pacis provincialis per Wetteraviam. An. MCCCLIX. *de Gud.* T. III. p. 430.

LXVIII. *Gerlacus* confirmat altare S. *Nicolai* in Eccleſia parochiali *Bergen. finis:* preſentium ſub noſtro pendenti ſigillo teſtimonio literarum. Datum *Eltevil* IIII. Kal. Martii M. CCC. LX. *Kuchenbecker Anal. Haſſ. coll. VIII.* p. 314.

LXIX. *Idem* Eccleſiam parochialem in *Ameneburg* effert in collegiatam. *finis:* ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum VII. die .. Marcij Anno Domini MCCCLX. *de Guden.* T. III. p. 438.

LXX.

LXX. *Ejuſdem* beneficio fructus parochialis Eccleſiae Dipurgenſis transferuntur in Metropolitanam. *deſinit:* Damus litteras ſigilli magni noſtri Pontificalis appenſione firmiter communitas. Datum & Actum Anno Dominice Incarn. MCCCLX. ſabbato proximo ante Dominicam qua cantatur *Oculi*, quod fuit VIII. Idus Marcij. *de Guden.* T. 3. p. 443.

LXXI. Relatio de reperto reliquiarum theſauro in Armario coenobij montis S. *Johannis.* *deſinit:* preſentem paginam noſtri ſigilli appenſione fecimus communiri. Datum *Eltvil* XXIII. die menſis Marcij que fuit ſecunda feria poſt diem B. *Benedicti* Abbatis Anno Domini MCCCLX. *de Guden.* T. III. p. 445.

LXXII. *Ejusdem* Ordinatio pro Altariſtis Monaſteriorum in *Dalheim* & S. *Agnetis. explicit:* Datum *Eltvill* noſtro ſub ſecreto. V. Idus Octobris Anno Domini Milleſimo CCC. ſexageſimo. *Subſid. Diplom.* T. IV. p. 373.

LXXIII. *Ejusdem* conſenſus ſuper permutatione quorundam locorum in Bohemia. *finis:* ſub appenſione ſigilli noſtri teſtimonio litterarum. Datum *Aſchaffenburg* ſabbato proximo ante feſtum *Purificationis B. Virginis* Anno MCCCLXI. *Lünig part. ſpec. Cont. I. p.* 52.

LXXIV. *Ejusdem* electio arbitrorum cum Haſſiae Landgravio. *explicit:* Vorſiegelt mit unſme

unſme ingeſiegel der gegeben iſt zu *Arnsburg* nach Chriſti geburt dryzehen hundert in dem eyn und ſeſtigeſten jare an dem donnerſtage vor ſente *Dyoniſij* tage. *Schmincke, Monum: Haſſ.* T. III. p. 268.

LXXV. De nova ſtructura Templi S. *johannis* Mog: *finis:* litteras ſigillo noſtro munitas .. Datum *Eltvil* XXVII. die menſis julij Anno Domini MCCCLXII. *de Guden.* T. III. p. 896.

LXXVI. *Gerlacus* concedit in armiſtitium cum *Wilhelmo* milite de *Maspach. explicit:* datum *Aſchaffenburg* die B. *Anthonij..* MCCCLXIV. *de Gud.* T. 3. p. 461.

LXXVII. Confirmatio Abbatis Breitungenſis *finis:* noſtrum ſecretum preſentibus eſt appenſum. Anno Domini M. CCC. LXV. IX. die menſis januarij. *Kuchenbecker Anal. Haſſ. coll. XII.* 376.

LXXVIII. *Gerlacus* in Reinhartsbornenſes beneficus. *deſinit:* Datum *Aſchaffenburgi* XXII. die menſis junij An. Domini MCCCLXV. *Schannat Vindem: litter. Col. I.* p. 137.

LXXIX. *Gerlaci* ſtatutum de dividenda monaſterij S. *Catharinae Francofurti* rectura. *deſinit:* iſt unſer ingeſegel an dieſen brieff gehangen. gegeben zu *Franckenford* an dem diensdage in dem jare unſers herrn da man zalte duſent

und dryhundert jare darnach in des ſechs und ſechzigſten jare. *Senckenberg ſelecta* T. I. p. 129.

LXXX. *Ejusdem* grave edictum pro immunitate Eccleſiaſtica. *finis:* Datum ſub ſigillo noſtro in teſtimonium perpetue firmitatis. Anno Domini MCCCLXVI. die XX. ſeptembris. *de Gud.* T. III. p. 467.

LXXXI. *joannes de Naſſau* fit Princeps-Comes cum conſenſu *Gerlaci. deſinit:* ſub appenſo noſtro majori ſigillo .. Datum *Herbipoli* die XXVI. octobris Annò Domini MCCC. ſexageſimo ſexto. *Lunig part. ſpec. Cont. II. IV. Abtheilung* p. 459.

LXXXII. *Gerlaco* committitur ut rebelles *Francofurti* compeſcat. *explicit:* Anno Domini MCCC ſexageſimo ſexto. noſtro ſub ſecreto. *Senckenberg ſelecta* T. VI. p. 595.

LXXXIII. *Ejusdem* litterae circa jura monaſterio in *Amorbach* competentia. *finis:* mit unſerm inſigel beſigelt der gebin iſt zu *Aſchaffenburg* an ſanct *Albans* tage nach *Chriſtes* geburte drutzent hundert jar darnach in dem nun und ſechtizichſten jare. *Gropp Hiſtor. Amorb.* p. 224.

LXXXIV. *Idem* a *johanne zum jungen* emit dimidium Anglicum. *deſinit:* gegeben zu *Mentze* des mandagès nach unſer *Frauvven dage* als

als ſie *geboren* wart da man zalte nach Gots geburte druzenhundert jare und darnach in dem nün und ſechzigiſten jare. *Subſid. Dipl.* T. IV. p. 379.

LXXXV. *Idem* Pincernis de *Erbach* confirmat feudum Gugenheimenſe. *explicit:* iſt unſer ingeſigel an diſen brief gehangen der geben iſt am Montage vor ſante *Walburgen* dag nach *Criſtes* geburte drutzenhundirt jar darnach in dem ſybintzigiſten jare. *Schneider Erbach. hiſt. urk.* p. 72.

LXXXVI. *Idem Winthero* de *Waſin* feudum caſtrenſe in *Diepurg* confert. *finis:* ingeſiegel an dieſen brief gehangen, der geben iſt zu *Aſchaffenburg* am frydage nach dem heiligen phingsdage nach gotes geburte drutzehin hundirt jar darnach im ſiebentzigiſten jare. *Senckenberg ſelecta* T. 2. p. 42.

LXXXVII. *Idem* dat commiſſionem confirmandi Praepoſitum in *Cappelndorff. finis:* Datum *Aſcheburg* viceſima tertia die menſis junij Anno Domini MCCC ſeptuageſimo. *Mencken ſcript. Rer. Germ.* T. I. p. 744.

LXXXVIII. Abſolutio ab excommunicatione ad Cautelam. *deſinit:* Datum *Aſchaffenburg* III. nonas januarij Anno Domini Milleſimo CCC^mo ſeptuageſimo primo. *ined.*

Sigillum *Gerlaci* minus ſupra deſcriptum iſt angehängt dem Sune brief Ertzbiſchofs *Gerlachs* zwiſchen ſeinen brüdern *johann* und *Ruprecht*. Der Brief endigt ſich alſo: Und diſſir ſtucke zu urkunde und merer ſicherheit han wir unſir ingeſigel an dyſen bryeff tun hencken, der geben iſt zu *Eltevil* off den donrſtag vor ſente *Marien Magdalenen* tage nach *Criſti* geburte duſent druhundert jare darnach in dem vier und ſehſſzigeſtem jare. *Ex Archivio Naſſovico.*

XXVII.
SIGILLUM *IOANNIS I.*
ARCHIEP. MOGUNT.
ab an. MCCCLXXI—MCCCLXXIII.

Archiepiſcopus mitratus in faldiſtorio eminentiori ſub baldachino more Gothico turriculis ornato ſedens dextra benedicit, crucem patriarchalem tenet ſiniſtra. Ad latus dextrum Rota Moguntina, ad ſiniſtrum Leo (*) Ducum Luxemburgenſium inſigne poſitum eſt. Sigilli circumferentia hanc inſcriptionem refert:

† S.

(*) Das herzogthum Luxenburg führet einen rothen, goldgekrönten, gewaffneten, blau gezüngelten, doppelſchweifigten Löwen.

† S. IOHIS. DEI. GRA. SCE. SED. MAGŪT. AREPI. SAC. ĪPERII. PER. GMANIĀM. ARCANCELLAR. id eſt:

† Sigillum johannis Dei Gratia ſanctæ ſedis Maguntine Archi Epiſcopi ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarij.

Adpendet diplomati, quo *joannes* anno MCCCLXXII. Oppidi Buchenſis libertates & privilegia confirmavit.

Ortum & familiam *johannis* Archiepiſcopi notavit *Bertelius in hiſtoria Luxemburgenſi* pag. 61. his verbis: Anno Milleſimo trecenteſimo octuageſimo tertio in conceptionis Divae Deiparae pervigilio *Wenceslaus* primus Luxemburgenſis Dux & Brabantiae princeps optimus & Catholicus prole nulla ſibi ſuperſtite (cum antea filius ejus *joannes* quondam Argentinenſis Epiſcopus ac deinde Maguntinenſis Archiepiſcopus laudatiſſimus humanis jam rebus eſſet exemptus) morte ſolutus eſt.

Pauca, quae nobis occurrerunt *joannis* Archi Episcopi diplomata hic annotamus.

I. *Iohannis* Archi Ep. litterae concernentes civitatis Erfordienſis libertates &c. *expliciunt:* des zu urkund iſt unſer inſiegel an dieſen brief gehangen, der geben iſt zu *Prage* nach *Chriſtus* geburt dreyzehenhundert jar, darnach in dem zwey und ſiebenzigſten jare an

dem heiligen Oſtertage. *Lünig part. ſpec. Cont. IV. theil II. Fortſ. p.* 450.

II. *Iohannes* Ertzbiſchof beſtedigt und ernuwet der ſtatt alle privileg und gnade die ſine vorfarn Ertzbiſchofen von *Mentz* mit des Kapitels ingeſigel der ſtatt beſigelt geben hant. *finis:* haben wir diſen brieff beſigelt mit unſerm groſen anhangenden ingeſigel, und iſt dirreſelbe brief geben an des heilgen ſant *Boniſacius* tag unſers gnedigen herrn und vorfarn in ſinen ziten Ertzbiſchoff des heilgen ſtuls zu *Mentze* und in dem jare da man zalte nach Gotz geburte duſendt druhundert und in dem zwey und ſiebenzigſten jare.

III. Libertas curiae in *Dreiſs. deſinit:* In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Eltvil* in craſtino beati *Laurencij* Mart. Anno Domini MCCCLXXII. *de Guden.* Tom. III. p. 505.

IV. *Ioannis* Archiep. Mog. commiſſio ad audiendum computum thelonij in *Lanſtein &c. explicit:* In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Aſchaffenburg* IIII. die menſis januarij MCCCLXXIII. *de Gudenus ſylloge* p. 512.

V. *Idem* conſentit in fundationem & conſtructionem Cartuſiae Erfordenſis. *finis:* ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum

tum *Erenfels* ultima die Novembris Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo primo.

XXVIII.

SIGILLUM *ADOLPHI I.* ARCHIEP. MOGUNT.

ab an. MCCCLXXIII—MCCCXC.

Sigillum iſthoc ſpeciale quidquam notandum haud offert, ſed vix non ſimile eſt Sigillo *Gerlaci* ſub num. XXVI. praeter mitram, quae ibi pretioſa conſpicitur. Inſcriptio ſic habet: † S. ADOLFI DEI GRA. SCE MAGUNT SEDIS ARCHIEPI SAC. IMPII P. GERMANIA. ARCHI CANCELL. Adhaeret diplomati, quo *Adolphus* Archiepiſcopus an. MCCCLXXXI. confirmavit jura & privilegia cleri Moguntini.

Interim notandae ſunt inter chartas ejusdem prima & ſecunda, quae per verba: Unſer Adminiſtracien Inſiegel, Unſer formunderſchafft ingeſiegel, ſigillum ſpeciale indigitant, quod adhibitis tot laboribus & curis reperire necdum licuit. Pro illo ulterius inveſtigando, addimus, quod *Adolphus* an. MCCCLXXIX. dimiſſo Epiſcopi Spirenſis & Adminiſtratoris

 Mo-

Moguntini titulo, quo ad id usque temporis uſus erat, Archi Epiſcopum Moguntinum & Adminiſtratorem Spirenſem ſe ſcribere coeperit, ut alibi oſtendemus.

Varias *Adolphi* chartas hic annectere placuit.

I. *Adolphus* Epiſcopus ſpirenſis Adminiſtrator Moguntinus annuntiat communitati *Biſchoffsheim* qualiter electus ſit, poſtulans homagiam ſibi praeſtari. *finis:* Des zu urkunde iſt unſer Adminiſtracien Inſigel an dieſen brief gehangen. Datum *Aſchaffenburg* die inventionis ſancte crucis Anno Domini MCCCLXXIII. *de Gud.* T. 3. p. 515.

II. *Idem Eberhardum* de *Eppenſtein* adverſus *Ludovicum* Epiſcopum Bambergenſem &c. mercede conducit. *deſinit:* iſt unſer furmunderſchafft Ingeſiegel an dieſſen brieff gehangen. Datum *Aſchaffenburg* in vigilia S. *Andreae* Apoſtoli Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto. *Senckenberg ſelecta* T. 2. p. 671.

III. *Idem Erneſto* de *Gleichen* dat litteras ſuper feudo Caſtrenſi in *Aſchaffenburg*. *explicit:* Iſt unſer inſiegel an dieſen brief gehangen, der geben iſt zu *Aſchaffenburg* auf den nechſten dinſtag nach dem ſontag als man ſinget *Quaſi modo Geniti.* Anno Domini M.

MCCCLXXVII. *Lunig part. ſpec. Cont. II. fortſ. III. Abtheil. VI.* pag. 60.

IV.

LITTERA DATA IOHANNI DE SEYNE DICTO DE GRIFFENSTEIN SUPER FEUDO IN CLOPP.

Wir *Adolff* &c. bekennen &c. daz wir angeſehen haben ſteten getruwen dinſt, den uns und dem ſtifte zu *Mentze* der edel unſer lieber nefe *johan* von *Seyne* genant *Griffenſtein* lange zyt bizher nutzberlich und unuerdroſſenlich getan hat, und auch furbaz tun ſal und mag in kunfftigen ziten, und haben yme fur uns unſer nachkommen und den ſtift zu *Mentze* ſolich burglehen uff unſerme huſe zu *Kloppe*, daz uns und dem ſtiffte zu *Mentze* ledig worden iſt, von todes wegen des edeln *Philips* ſeligen von *Bolanden* gnediclich verluhen und verlihen yme daz mit dieſem brieffe, alſo daz der vorgenante *johan* von *Seyne* daſſelbe burglehen zu *Kloppe* furbaz beſitzen halden haben und ynnemen ſal in aller der maſſe als daz der von *Bolanden* beſeſſen und bizher gehabt hat, als er auch daz umbe uns emphangen hat, und uns daruber globet und geſworn daſſelbe burglehen zu verdinen mit truwen und eiden als dicke des noit geſchiet und

er des ermant wirdet, als ſolicher burglehen recht und gewonheid iſt, darumbe heiſſen wir geinwertiglich mit dieſem brieffe unſern lieben getruwen Schultheiſſen Scheffen Rad und ſtat gemeinlich zu *Bingen* daz ſie dem vorgenanten *johann* von *Seyne* daz egenante burglehen furbaz jerlich reichen und geben in aller wiſe als ſie daz dem von *Bolande* vorgenant bizher gereicht und geantwortet haben ane alle widerrede Des zu urkunde &c. Datum *Eltuil* Sabbato ante *Michahel:* anno Domini M° CCC°LXX octavo.

25. Sept.

V. *Idem* relaxat ad tempus interdictorum ſententias. *finis:* Datum *Eltevil* Anno MCCCLXXIX. Kal. Aprilis. *de Gud.* T. III. p. 527.

VI. *Idem* dotationem beneficij capellae in *Alzbach* confirmat. *deſinit:* ſigillo noſtro fecimus ſigillari. Datum *Wysbaden* XXII. die menſis Maji Anno Domini Milleſimo CCCLXX. nono *Schneider Erbach. hiſt. urk. p.* 589.

VII.

PRIVATIO RECTORIS ECCLESIAE PAROCHIALIS IN ODERNHEIM CUM ANNEXA PROVISIONE AD EANDEM ECCLESIAM.

Adolffus &c. dilecto nobis in Chriſto plebano in *Sobernheim* ſalutem in Domino. Ad noſtram

ſtram audienciam veridice eſt deductum quod *jacobus* Rector Eccleſie parochialis in *Odernheim* prope montem ſancti *Diſeboti* noſtre Magunt: Dioc: per tres annos & amplius ſe a dicta parochiali Eccleſia & ejus officio vagabundus abſque cauſa rationabili & ſine licentia noſtra tamquam noſtrorum mandatorum rebellis & inobediens abſentaverit, dictaque Eccleſia medio tempore Rectoris officio fuerit heu defraudata & quia ad noſtrum paſtorale ſpectat officium pocius augmentare quam diminuere cultum divinum, verum quia in jure tantum reperitur quod qui parochialem habet Eccleſiam dignitati vel prebende non annexam illam per ſe ipſum deſervire debet in ordine quem ipſius Eccleſie cura requirit, alioquin illa ſe ſciat privatum libere alij conferenda qui velit & poſſit ipſius Eccleſie Officium adimplere, & quamvis nos dudum dictum *jacobum* ad noſtri preſenciam cum noſtris literis in dicta Eccleſia *Odernheim* publice ad noſtri preſenciam loco monitionis faciende citaverimus ad tertium terminum peremptorium longe retrofluxum ad videndum procedi contra ipſum pro negligentia hujusmodi in quantum de jure contra eum foret procedendum prout in ipſa citatione per nos emiſſa plenius continetur, in quo quidem termino idem *jacobus* per ſe vel alium

alium coram nobis minime comparuit ſed comparere recuſavit ipſo per nos ſufficienter expectato, quare juris ordine ſervato dictum *jacobum* Eccleſia in *Odernheim* ſupradicta privavimus & preſentibus privamus ſicut etiam de jure fuit & eſt privatus, ipſamque Eccleſiam parochialem in *Odernheim* ut ſic vacantem discreto viro *johanni* nato *johannis ſegebudel* de *ſobernheim* famuli *Antilmanni* militis Burggravij caſtri noſtri in *Beckelnheim* noſtri dilecti, quem ad hoc ydoneum reperimus pure propter Deum conferimus ſibique de ea in hijs ſcriptis providemus ipſum nichilominus de Eccleſia ſupradicta noſtram cartam per preſentem inveſtientes nec non curam animarum ejusdem parochialis Eccleſie ſibi etiam committentes vobis plebano predicto in virtute ſancte obedientie & ſub pena ſuſpenſionis ab officio Divinorum canonica tamen premiſſa monitione firmiter & diſtricte precipiendo mandamus, quatenus *johannem* ſupradictum in ipſius Eccleſie parochialis jurium redituum proventuum & obventionum poſſeſſionem auctoritate noſtrae ducatis corporalem facientes eciam eidem *johanni* vel ejus procuratori de fructibus redditibus juribus proventibus & obventionibus ejusdem Eccleſie per cenſuram penſionarios & reddituarios ipſius integre reſponderi & complete adhi-

adhibitis circa hec ſolempnitatibus debitis & conſuetis, mandantes etiam noſtra auctoritate predicta omnibus & ſingulis parochianis ejusdem Eccleſie *Odernheim* ut eidem *johanni* tanquam vero ipſius Eccleſie parochialis Rectori obediant in licitis & honeſtis. reproductis litteris ſigillatis. Datum Anno Domini Milleſimo CCCLXXX^mo^ feria ſexta proxima poſt Dominicam *Oculi.*

2 Martij.

VIII. *Ejusdem* & arbitrorum laudum praevium de Captivis & feudis inter Cronbergios, Reiffenbergios & Francofurtenſes. *explicit:* unſer ingeſiegel an dieſen brief gehangen, der geben iſt zu *Eltvil* uf den montag nach ſant *Mertins* tag da man zalte nach *Chriſts* geburte dritzehenhundert und achtzig jare. *Senckenberg ſelect.* T. 6. p. 617.

IX. *Idem* diſponit de laudi modo dicti efficacia. *finis:* Datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo octogeſimo ſabbatho poſt Aſſumptionem *Mariae* virginis glorioſae. *Senckenberg ſelect.* T. 6. p. 626.

X. *Ejusdem* compoſitio inter Francofurtenſes ex una & Cronenburgios ac Reiffenbergios ex altera partibus. *deſinit:* iſt unſer Ingeſiegel an dieſen brief gehangen. Datum Anno Domini MCCCLXXX^mo^ ſabbatho poſt Aſſum-

ſumptionem *Marie* Virginis. *Senckenberg ſelecta* Tom. 6. pag. 613.

XI. In locum *Ulrici de Hanau* ad tenendum bina caſtra obſtagialia ſurrogatur *Gozo* comes a *Rieneck*. *deſinit*: Datum *Nurenberg* quarta feria ante converſionem *S. Pauli* Anno Domini MCCCLXXXI. *de Gudenus* T. 3. p. 542.

XII. *Adolphi* Archiep. preces primariae ad monaſterium in *Worbes*. *finis:* ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Heilgenſtad* feria ſecunda poſt diem ſancti *Laurencij* Anno Domini Milleſimo CCC° octuageſimo primo. *Subſid. Diplom.* T. III. p. 6.

XIII. *Adolphus Burchardo* de *Querfurt* dat poteſtatem judicandi in cauſis pecuniarijs certae ſummae. *explicit:* Datum *Gota* feria quinta poſt diem Exaltacionis *S. Crucis* Anno Domini MCCCLXXXI. *de Guden.* T. 3. p. 544.

XIV. *Adolphus* ordinat commiſſionem contra Fratres praedicatores in *Marburg* tempore interdicti praeſumentes divina officia celebrare. *finis:* Datum *Ameneburg* XXIV. menſis Novembris Anno Domini MCCCLXXXI. *de Gudenus* Tom. III. p. 545.

XV. Burgfrieden zwiſchen Ertzbiſchoff *Adolph* und den burgmannen auff dem Schloſſ *Wartenberg*. *deſinit:* Inſiegel an dieſen brief ge-

gehencket. Datum Anno Domini 1382. in die ſancti *Petri ad vincula*. *Lünig part. ſpec. Cont. III. abſatz III.* pag. 81.

XVI. *Adolphus jacobum* Epiſcopum Lavacenſem ordinat ſuffraganeum Moguntinum, *finis:* ſigillum noſtrum preſentibus litteris juſſimus appendendum. Date *Aſchaffenburgi* in die S. *Agnetis* virginis Anno Domini MCCCLXXXIII. *joan.* T. 2. p. 429.

XVII. *Idem* recipit *Rupertum* juniorem Comitem Palatinum Rheni in foedus pactum *Norimbergae*. *deſinit:* Geben zu *Wirtzburg* uf dinſtag nach des heiligen Mertelers *Georgij* tag MCCCLXXXIII. *de Gudenus* Tom. III. p. 549.

XVIII. Decretum Comitiale, quo ſtatuitur, extortum cuidam nobili a praedonibus juramentum non eſſe ſervandum. *deſinit:* Mit unſerm angehangen ingeſiegel. Datum Anno Domini MCCCLXXXIII. feria ſexta poſt feſtum beatorum *Philippi* & *Iacobi*. *de Gud.* T. III. p. 550.

XIX. *Adolphi* entſcheidung fur das cloſter *Amorbach* über den lämmerzehenden &c. in beiden Centhen *Amorbach* und *Mudau*. *explicit:* iſt unſer inſigel an dieſen brief gehangen. Datum *Aſchaffenburg* feria tertia poſt Dominicam *Remiñiſcere*, Anno Domini Milleſimo

leſimo CCC. octuageſimo quarto. *Gropp Hiſtor. Amorb.* p. 224.

XX. *Ejusdem* charta ſuper quinque aureorum millibus *Eberhardo* Eppenſteinio debitis. *finis:* Ingeſigel an diſſen brief gehangen Datum *Eltvil* feria quarta poſt dominicam *Palmarum* Anno Domini Milleſimo trecenteſimo octuageſimo primo. *Senckenberg ſelecta* T. 2. p. 674.

XXI. Burgfrieden *Adolphs* und deren burgmannen uff dem Schloſs und Hauſſ *Layen. explicit:* Inſiegel an dieſen brieff gehangen der geben iſt auf ſanct *johannes* abend baptiſten in deme jahr da man zalte nach gottes geburt dreyzehenhundert in deme vier und achtzigſten jare. *Lünig ſpicil. Ecclecſ. Contin. III.* pag. 510.

XXII. Ab hucusque conſueta datione alearum in theloneis judaei liberantur. *finis:* Datum *Eltvil* feria ſecunda poſt diem S. *Galli* Anno Domini MCCCLXXXIV. *de Guden.* T. III. p. 554.

XXIII. *Adolphi* ſyngrapha de tribus florenorum millibus *Iſenburgio* dotis in augmentum numerandis. *deſinit:* Datum *Aſchaffinburg* in die S. *Stephani* protho Martiris MCCCLXXX quarto. *de Guden:* T. III. p. 557.

XXIV.

XXIV. Contractus ſponſalitius inter *Johannem Iſenburgium* & *Margaretam* catimelibocenſem. *finitur:* und han . . unſer Ingeſiegel. Datum *Aſchaffinburg* in die S. *Stephani* prothomartiris Anno Domini MCCCLXXX quarto. *de Gudenus Tom. III. pag.* 555.

XXV. *Adolphi* littera conſenſus in dotalitium *Margarethae* Misnenſis quoad oppida & caſtra, Eccleſiae Moguntinae clientelari jure affecta. *explicit:* iſt unſer ingeſiegel an dieſen brief gehangen. Datum & actum feria ſecunda poſt Dominicam *invocavit* An. MCCCLXXXV. *de Gudenus* T. 3. p. 559.

XXVI. *Ejusdem* charta ſuper debito ab Haſſiae Landgravio praeſtando. *terminatur:* das zu urkunde . . . . Datum Anno . . . MCCCLXXXV. ipſo die beate *Marie Magdalene. de Guden.* T. III. p. 572.

XXVII. Conſtitutio Regis aurigarum per terras Moguntinas. *finis:* des zu urkunde . . Datum *Gernsheim* in Craſtino conceptionis beate *Marie* Virginis Anno Domini MCCCLXXXV. *de Gud.* T. III. p. 578.

XXVIII. Reverſale ſuper debito Haſſiae Landgravii. *explicit:* des zu urkunde . . . Datum Anno Domini MCCCLXXXV. *de Guden.* T. III. p. 573.

XXIX. Indulgentiae propter concluſionem ultimae collectae in miſſa addendam. *deſinit:* Datum *Aſchaffenburg* Dominica proxima poſt diem beati *jacobi* Apoſtoli Anno Domini MCCCLXXXVI. *de Gudenus* T. III. pag. 579.

XXX. Statutum Domini *Adolffi* Archiep. Magunt. de propinatione vinorum. *finitur:* Datum *Aſchaffinburg* in vigilia *Aſcenſionis Domini* anno ejusdem M CCC°LXXX ſexto.

XXXI. *Adolphus* promittit obſides Moguntinos indemnes ſervaturos, ſicubi ad obſtagium actu ſubeundum eos a Landgravio evocari contingat. *explicit:* Datum *Rodenberg* in vigilia beati *Mathei* Apoſtoli anno Domini MCCCLXXXVII. *de Gudenus* Tom. III. pag. 586.

XXXII. *Idem* dirimit litem Fuldenſem &c. *terminatur:* des zu urkund iſt uns Ingeſiegel an dieſen brieff gehangen. Datum *Hamelburg* in Craſtino S. *Georgii* Martiris Anno Domini MCCCLXXXVIII. *Schannat Clientel. Fuld. pag.* 365.

XXXIII. *Adolphi* Archiep. unio cum civitatibus Moguntina Wormatienſi & Spirenſi. *explicit:* und han des zu waren urkunde unſer ingeſiegel an dieſen brieff dun hencken, der geben iſt uff den nehſten fritag nach der zweier Apoſteln tag ſente *ſymon* & *jude* nach Criſti ge-

geburte drutzenhundert und echt und achtzig jare.

XXXIV. *Adolphi* Compoſitio cum *Nicolao de Wiſebaden* ſuper Epiſcopatu Spirenſi quoad vaſallos. *finis:* des zu urkunde . . . Datum *Heppenheim* feria tertia poſt Dominicam *Oculi* Anno . . MCCCLXXXIX. *de Guden:* Tom. III. pag. 587.

XXXV. *Adolphus* circa electionem *ottonis* Abbatis S. *Albani* varia diſponit. *deſinit:* des zu urkunde . . . Datum *Udenheim* Dominica proxima poſt diem *Aſcenſionis* Domini Anno ejusdem MCCCLXXXIX. *joann.* T. 2. p. 771.

XXXVI. *Ejusdem* & *Lamberti* Epiſcopi Bambergenſis deciſio in cauſa *Gerhardum* Epiſcopum Wirceburgenſem inter & civitates *Rothenburg*, *Schvveinfurt* & *Windsheim*. *explicit:* des zu urkund ſind unſer beeden inſiegel an dieſen briefgehangen. Datum *Bamberg* Dominica qua cantatur *jubilate* Anno Domini 1389. *Lünig ſpicil. Eccleſ.* 2. *Theil pag.* 954.

XXIX.

SIGILLUM *LUDOVICI*
ARCHIEP. MOGUNT.
ab an. MCCCLXXIV—MCCCLXXX.

Sigillum *Ludovici* nitidiſſimum exhibet Archiepiſcopum in habitu ſacro inter Opus turritum ſcalpello Gothico affabre elaboratum, ſtantem, mitratum & pallio ornatum, dextra benedicentem & crucem ſiniſtra tenentem. In mitra proſtant duae rotae cum ſex radiis, quae liberis vix deteguntur oculis. Infra figuram poſitum eſt ſcutum in quadrantes ſectum, in quorum primo & quarto Rota cum ſex radiis, in ſecundo & tertio Leo Miſnicus conſpicitur. Inſcriptio ſic habet: SECRET. LUDOVICI. ARCHIEPI. MAGUNTINI.

Adpendet chartae Inſigni Collegiatae ad S. *Bartholomaeum Francofurti* a Regum Romanorum electionibus celeberrimae ex aurea Bulla conceſſae, cujus initium: *Ludovicus* Dei & Apoſtolicae ſedis gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus &c. *deſinit*: Datum *Frankenford* Anno Domini Milleſimo CCC° ſeptuageſimo nono prima die menſis Marcii. continet moderationem ſubſidii charitativi majoris ad marcas viginti quinque & minoris ad duodecim & mediam. Eruit e latebris conſtans

ſtans & invicta ſolertia R. D. *joannis Georgii Batton* praefatae Eccleſiae Capitularis, qui & Bibliothecam ibidem adornavit.

Annectimus quasdam *Ludovici* Archi Epiſcopi Mog. chartas.

I. Monaſterium Breitungenſe Capitulo Gothano dat jus patronatus Eccleſiarum in *Tuphleibin* & *Mittelhuſen* cum ratificatione *Ludovici*. *finis:* preſentes fecimus litteras compilari ac ſigilli noſtri appenſione communiri. Datum & Actum *Gotha* Anno Domini MCCCLXXIIII. XXI. die menſis Aprilis. *de Gudenus* T. 3. p. 516.

II. *Ludovicus* Archiep. Mogunt. fundationem Carthuſiae Erfordienſis approbat & confirmat. *finis:* litteras . . ſigilli noſtri majoris appenſione juſſimus communiri. Datum *Prage* Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quinto Indictione tertia decima die prima menſis Maji.

III. *Idem* Capitulo Gothano unit Eccleſiam in *Tuphleibin. deſinit:* ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum in caſtro noſtro *ſalza* . . . die tercia menſis Maji Anno Domini Milleſimo tricenteſimo octuageſimo. *Tenzel ſupplem. II. hiſtor. Gothanae pag.* 201.

IV. *Idem* concedit indulgentias devote orantibus in Eccleſia Auguſtinianorum in *Gotha. terminatur:* Datum *Saltza* V. Octobris Anno MCCCLXXX. *Sagittar. hiſtor. Gothan. pag.* 161.

V. *Idem* Decano collegiatae in *Caſſel* committit cauſam discutiendam inter oppidum & monaſterium Hersfeldenſe. *finis:* Datum *ſaltza* Anno Domini MCCCLXXX. die XIX. menſis octobris. *Kuchenbecker Analect. Haſſ. coll. V. pag.* 49.

XXX.
SIGILLUM *CONRADI II.*
ARCHIEP. MOG.
ab an. MCCCXC—MCCCXCVI.

In hoc minori Sigillo ſtans *Conradus* Archiepiſcopus mitratus baculum paſtoralem dextra & manum ſiniſtram ſub habitu occultam tenet. A dextris in medio cernitur Rota & a ſiniſtris ſcutum continens tres parmulas ſupra duas unam inferius, inſigne Dominorum in *Weinſperg*.

Addita eſt haec inſcriptio † S. CONRADUS MOGUNTINE SEDIS ARCHIEP... ARCHICANCELL . . .

In ſcuto quadripertito Baronum olim de *Schönborn* nunc comitum areola ſecunda & tertia rubea tres parmulas argenteas defert. Haec teſſera eſt illuſtriſſimae familiae Weinſper-

ſpergiae ſeu Winſpergiae, quae cum ſtirpe Rappolſteiniae ejusdem originis fuiſſe creditur. Porro nulla inter Schoenbornios & Weinſpergios interceſſit affinitas, ſed jus laterculi hujus ex eo eſt, quia Dynaſtiam *Reigelsperg* ſive *Reichelsperg* ab Epiſcopatu Herbipolitano impetrarunt. Illa olim ad Weinſpergios ſpectaverat ſed *Catharina Weinspergia* uxor *Eberhardi Eppſteinii* Dn. de *Koenigſtein* eam Herbipolitano Epiſcopo 52000. florenis vendidit, unde ejus nomine Epiſcopatus inter Dynaſtas Franconiae peculiare ſuffragium habuit. Ita in matricula Imperii legitur *Reigelſperg*. *Limnaeus jur. publ. Tom. IV. add. ad* 4. 7. *pag.* 534. vertritt der biſchoff zu *Würtzburg*. Nunc eo jure *Schönbornii* utuntur. *Spener opus Herald. Tom. part. ſpec. pag.* 525.

Sigillum noſtrum adpendet chartae worinnen *Conrad* gibt *Albrecht* von *Hirſchhorn* einen halben hoff zu *Bensheim* als ein lehen an. 1393.

Chartas *Conradi* Archiep. proferemus cum ejusdem ſigillo Majori Tomo mox ſequente.

Sigillorum ſanctae Moguntinae ſedis ſeriem jam multum adultam excipiunt a Num. I-XXV.

Brevia Gregorii IX. PP. e genuinis fontibus hauſta, quibus Res Germaniae Sacrae multum illuſtrantur, ſive ſpectes beneficia eccleſiaſtica cum vel ſine cura, ſtatuta eccleſiarum confirmanda, haereſes extirpandas, heroicas fidelium virtutes indagandas, ſive alia diſciplinae capita vel moderanda; nec diſplicebunt, quae de cruciatis addenda cenſuimus.

Synodos Epiſcopi Spirenſis *Rhabani* quatuor a n. XXI—XXIX. communicamus, ut quivis videat, ſi non palpare velit, quam ſolliciti nunquam non fuerint Epiſcopi in tollendis abuſibus, honeſtate clericali conſervanda & virtutibus clero & populo implantandis. Synodi quidem hodie tanto cum ſumtu & apparatu non celebrantur; invigilant tamen Eccleſiarum praeſides & paſtores fidelium aliis modis & mediis atque viis eradicando Zizania e vinea Domini, ut fructus ferat & abundantes & ſalutares.

Sequitur a n. XXX-LXIX. Diplomatarium Hamerslebienſe, quod non ſterile eſt, ut ſubindicare videntur chartarum argumenta, ad ductum libri copialis coaevi deſcripta; occurrunt enim in eisdem varii Epiſcopi Halberſtadienſes, Praepoſiti & Abbatiſſae nec non Abbates Duces, Comites, milites & alia memorabilia.

Codex Diplomaticus Eccleſiae Argentinenſis a n. LXX-CXXIII maxime commendari meretur, cum & ineditas proferat chartas, editasque multis in locis emendet. Collegit illas magna cum induſtria Cl. *Grandidier* Cathedralis Argentinenſis praebendatus, qui edendo duos hiſtoriae Argentinenſium Epiſcoporum Tomos, publici litterati deſiderium, & reliquos pervolvendi, non parum accendit.

An. CXXIV. ad finem usque Tomi exhibentur documenta, quae geſta ſub *Gerlaco* Archiep. Moguntino praeclare illuſtrant.

Haec omnia exhibet ſequens

ELEN.

ELENCHUS DOCUMENTORUM
MAXIME AUTHENTICORUM.

I.

Gregorii IX. PP. breve quo Praepoſito Eccleſiae Moguntinae indulget retentionem Praepoſiturae S. Petri & aliorum beneficiorum. 1227. *pag.* 1

II.

Idem Pontifex paterne hortatur R. Hildeshemenſem S. Mauritij Canonicum, ut praedicatione Verbi Divini mulieres ſeductas ad meliora reducat. 3

III.

Friderici II. Reg. Apologetica ad Gregorium *IX. PP.* 7

IV.

Idem Pontifex diſpenſat cum Rodolpho ut Eccleſias parochiales in Borcheim & S. Quintini Moguntiae ſimul retinere poſſit. 1230. 14

V.

Idem confirmat Eccleſiae Frideslarienſis ſtatutum: de applicandis fructibus praebendarum per biennium poſt obitum cujuslibet Canonici ad fabricam. 1231. 15

VI.

Idem confirmat amicabilem compoſitionem inter Archiepiſcopum Moguntinum & Conradum

Digitized by Google

Landgravium Thuringiae per Conradum de Marburg factam. 1232. *pag.* 17

VII.

Idem Reinaldo de Puzalia committit ut Deodatum clericum in pacificam Canonicatus S. Florini in Confluentia poſſeſſionem inducat. 19

VIII.

Ejusdem commiſſorium: ut Conradus plebanus in perceptionem fructuum parochiae ſuae reſtituatur. 21

IX.

Ejusdem Commiſſorium ad Sigfridum III. Archiep. Mog. ut in virtutes & miracula Eliſabethae Landgraviae inquirat. 24

X.

Ejusdem hortatoriae ad Sifridum III. Archiep. Mog. ut totis viribus contra haereticos procedat. 28

XI.

Ejusdem ad eundem Archiep. breve ut Archidiaconos ad reſidendum compellat. 31

XII.

Idem pro conſtruendo novo monaſterio fratribus Praedicatoribus Wormatiae concedit centum marcas ab illis exſolvi, qui vota ſua pro peregrinatione in terram ſanctam volunt redimere 1233. 32

XIII.

Idem jubet translocationem monialium ſuburbii Wormatienſis. 35

XIV.

XIV.

Idem ad Sifridum III. Mogunt: ut contra haereticos juxta ſtatuta Concilij Generalis procedat. pag. 36

XV.

Idem ad Sifridum III. de coede Conradi de Marburg. 38

XVI.

Idem ſuper ſtatu Monaſterii Veteris Moguntiae immutando 1234. 41

XVII.

Ejusdem breve, quod electus curienſis a Metropolitano confirmatus poſſit retinere beneficia ſua. 1234. 44

XVIII.

Ejusdem breve ſuper inquiſitione in miracula Eliſabeth Landgravie. 45

XIX.

Ejusdem breve indulgentiarum pro monaſterio Reinhardsborn. 46

XX.

Ejusdem breve quo Abbati Reinhardsbornenſi concedit uſum annuli. 48

XXI.

Idem ad Sifridum III. Archiep. Mog. ut cum militia veniat in ſuccurſum terrae ſanctae. 49

XXII.

Idem exhortatur Decanum & Scolaſticum Mogunt: pro Cruciata. 51

XXIII.

Idem Archiepiſcopis Mog. Trever. & Colonienſi commendat defenſionem Eccleſiae. 54

XXIV.

XXIV.
Ejusdem Breve ad Archiepiſcopum Mogunt: ſuper Praepoſitura colonienſi. 1234. pag. 55
XXV.
Idem excitat Epiſcopum Hildesheimenſem ad praedicandum ſignum crucis 1235. 56
XXVI.
Proceſſus ſynodalis Rabani Epiſcopi Spirenſis. 1398. 59
XXVII.
Ejusdem Epiſcopi ſynodalis proceſſus. 1399. 69
XXVIII.
Synodalis proceſſus Spirenſis ſub eodem Epiſcopo. 1401. 74
XXIX.
Proceſſus ſynodalis Spirenſis de anno 1407. 78
XXX.
Abbatiſſae de Waltigerode litterae de tribus manſis in Hamersleve. 1237. 86
XXXI.
De dimidia decima in Hamersleve 1268. 87
XXXII.
Eccleſiae Halberſtadenſis de quinque manſis in Hamersleve. 1282. 89
XXXIII.
Capituli in Hamersleve de duobus manſis ibidem 1282. 90
XXXIV.
De bonis in Otenleve & Hamersleve & Wegbersleve. 1282. 91

XXXV.

XXXV.

De duobus manſis in Wegersleve & uno in Hamersleve 1283. *pag.* 92

XXXVI.

Volradi Epiſcopi Halberſtadenſis de manſo in Wegbersleve qui fuit illius de Biwende 1284. 93

XXXVII.

De uno manſo & curia in Hamersleve & alijs bonis. 1285. 94

XXXVIII.

De duobus manſis in Hamerslevé. 1286. 95

XXXIX.

Comitis Conradi de Wernigerode de uno manſo in Hamersleve 1288. 96

XL.

Proteſtatio Annonis dicti de Heymborch de proprietate trium manſorum in Wegersleve & unius in magna Hamersleve. 1288. 97

XLI.

Abrenuntiatio Annonis de Heymborch de duobus manſis in Hamersleve 1288. 98

XLII.

Annonis de Heymborg renuntiatio duorum manſorum in Hamersleve 1288. 100

XLIII.

Alberti Praepoſiti Magdeburgenſis de duobus manſis in Hamersleve. 1289. 100

XLIV.

De proprietate trium manſorum in Wegersleve & unius in magna Hamersleve illorum de Heymborch. 1292. 101

XLV.

XLV.

Proteſtatio illius de Seulenburg de proprietate manſorum in Wegersleve & uno in magna Hamersleve 1292. *pag.* 102

XLVI.

Proteſtatio Annonis de Heymborg de proprietate trium manſorum in Wegersleve & unius in magna Hamersleve 1292. 103

XLVII.

De duobus manſis in parva Hamersleve & Wegersleve 1292. 104

XLVIII.

De prato in Gunnensleve 1293. 106

XLIX.

Super altari in curia noſtra Hamersleve 1294. 107

L.

De proprietate XXIII. manſorum & trium jugerum & unius molendini in Hamersleve & Weghersleve. 1295. 108

LI.

Epiſcopi Merſeburgenſis de proprietate bonorum quorundam in Hamersleve 1295. 110

LII.

Impeticio quedam ſuper aliquibus bonis in Hamersleve 1295. 111

LIII.

Comites de Werniggerode reſignant unum manſum Epiſcopo Merſeburgenſi 1295. 112

LIV.

Nobilium de Werberge de duobus manſis in Hamersleve 1295. 113

LV.

LV.

Volradi Epiſcopi Halberſtadenſis de quinque manſis in Hamersleve. 1295. *pag.* 115

LVI.

Comitis de Regenſtein de proprietate unius manſi & dimidii in Hamersleve. 300. 117

LVII.

De duobus manſis in Hamersleve & dimidio in Wegersleve 1302. 119

LVIII.

De quibusdam bonis in Hamersleve Wegersleve, Otenleve & Werdesleve. 1302. 121

LIX.

Comitis de Dasle de uno manſo & dimidio in Hamersleven. 1303. 123

LX.

Renunciacio unius manſi & dimidii in magna Hamersleve. 1304. 124

LXI.

Recognitio Henrici Merſeburgenſis Ep. ſuper bonis in Hamersleve. 1305. 125

LXII.

Proteſtatio illorum de Spirinc militum ſuper bonis in Hamersleve 1305. 126

LXIII.

Abrenuntiatio impeticionis foſſati quod dicitur Veltgrave & de conceſſione ſemitarum & viarum aliarum in Hamersleve. 1309. 128

LXIV.

Henrici comitis de Regenſtein de molendino prope Hamersleve. 1310. 130

LXV.

LXV.

Montis S. Mariae de areis. 1312. *pag.* 130

LXVI.

Privilegium praepoſiti montis S. Mariae de permutatione quarumdam arearum in Hamersleve. 1315. 133

LXVII.

De Huysburg ſuper quibusdam manſis & areis in Hamersleve & Wegersleve & de quodam vitulo. 1329. 135

LXVIII.

Impeticio duorum manſorum in Hamersleve. 1330. 137

LXIX.

De L. manſis in Oteleve & in Hamersleve & in Weghersleve. 138

LXX.

Ottonis III. Imp. diploma ſuſpectum, quo villam Düttelnheim ab Hemedicho traditam Abbatiae Altorfienſi cum omni jure & juſtitia confirmat. 999. 139

LXXI.

Sylveſter II. PP. Abbatiam Andlavienſem Epiſcopis Argentinenſibus defendendam committit. 999. 143

LXXII.

Noticiae de S. Adelheide Imperatrice & fundatrice Abbatiae Seltenſis circ. 1047. *conſcriptae* 145

LXXIII.

Excerpta Tſchudiana 146

LXXIV.

Otto III. Imp. concedit, ut publica moneta fiat in Brumagad 150

LXXV.

LXXV.

Henricus II. Rex Epiſcopis Argentinenſibus Abbatiam S. Stephani intra Argentinam tradit atque confirmat. 1003. *pag.* 150

LXXVI.

Idem Abbatiae Andlavienſi jus mercatus ac telonei concedit. 1004. 154

LXXVII.

Werinbarius Ep. Argentin. Abbatiae San-Stephanianae adminiſtrationem memorat 1004. 157

LXXVIII.

Henricus II. Rex Eccleſiae Bambergenſi Abbatiam Gengenbach concedit 1007. 164

LXXIX.

Idem Abbatiae Schutteranae immunitatem & liberam electionem Abbatis concedit 1009. 166

LXXX.

Idem Werenbario Epiſcop. Argentin. Abbatiam Schwarzacenſem tradit 1014. 168

LXXXI.

Ejusdem leges datae in publico conventu Argentinenſi 1014. 170

LXXXII.

Idem Abbatiae Schutteranae concedit bona & redditus in Heiligenzell 1016. 173

LXXXIII.

Idem Epiſcopis Argentinenſibus venationem in Alſatia concedit 1017. 176

LXXXIV.

Idem privilegia & jura Abbatiae inferioris monaſterij Hohenburg confirmat 1017. *pag.* 179

LXXXV.

Idem privilegia Abbatiae Fabarienſis in Helvetia confirmat 1019. 182

LXXXVI.

Conradus II. Rex Bambergenſi Eccleſiae donationem Abbatiarum Gengenbach & Schuttern confirmat 1024. 185

LXXXVII.

Wilhelmus Ep. Argentin. Abbati Aprimonaſterienſi bona confirmat 1031. 187

LXXXVIII.

Bertha de Griez bona in Meiſtersheim Abbatiae Aprimonaſterienſi concedit 1031. 192

LXXXIX.

Conventus Argentinae habitus 1038. 196

XC.

Donatio bonorum in Richtolsheim & Wittisheim Eccleſiae S. Petri junioris Argentinenſis circa an. MXL. conſcripta. 197

XCI.

Hunfredus de Wülflingen Canonicus Argentin. Eccleſiam Argentinenſem conſtituit haeredem. 1044. 199

XCII.

Henricus III. Imp. Hezeloni Ep. Argentin. antiqua Eccleſiae ſuae jura & privilegia confirmat. 1048. 205

XCIII.

XCIII.

Idem Abbatiae Cluniacenſis bona & praeſertim Monaſterium Paterniacenſe cum curtibus in Colmaria &c. Hugoni Abbati confirmat 1049. *pag.* 207

XCIV.

Leo IX. PP. Abbatiae Andlavienſis jura & privilegia confirmat 1050. 212

XCV.

Idem Abbatiae Hohenburgenſis bona & jura confirmat 1050. 215

XCVI.

Noticia de bonis in Embrach. circ. an. MLII. vel III. 221

XCVII.

Victor II. PP. Abbatiae Andlavienſis jura & privilegia confirmat 1056. 223

XCVIII.

Henricus III. Imp. Lebrabenſis monaſterii bona & poſſeſſiones confirmat. 1056. 224

XCIX.

Henricus IV. Rex litem inter Epiſcopum Argentin. & Comitem Nordgoviae ſuper banno ferino ortam definit 1059. 226

C.

Folmarus de Ortenberg Abbatiam Hugeshofen Epiſcopis Argentinenſibus donat 1061. 230

CI.

De Dedicatione Oratorij S. Trinitatis in monte Caſtelberg a Sifrido Archiepi Mog. peracta. 1064. 232

CII.

Noticia fundationis & reſtaurationis Abbatiae Aſchovienſis. 1066. *pag.* 235

CIII.

Sigefridus vicum Ulm cum Caſtro adjacente concedit Eccleſiae Argentinenſi. 1070. 243

CIV.

Henricus IV. Rex Abbatiae Cluniacenſi donationem Eccleſiae in Rimellingen ab Heſſone factam confirmat. 1072. 246

CV.

Idem Werinhario Ep. Argentin. Comitatum Briſgoviae concedit. 1077. 247

CVI.

Theodoricus Dux Lotharingiae monaſterio Lebrabenſi decimas S. Mariae ad fodinas & S. Blaſij reſtituit. 1078. 249

CVII.

Otto Epiſcopus Argentinenſis ſex manſos in Wolcksheim fratribus Eccleſiae ſuae concedit 1089. 252

CVIII.

Albertus Comes Egisheimenſis monaſterio Marbacenſi praedium in Herlisheim &c. concedit. 1092. 254

CIX.

Hildegardis de Buren Eccleſiam S. Fidis in Seleſtia fundat & Abbatiae Conchenſi regendam committit. 1094. 256

CX.

CX.

Otto Ep. Argent. circa allodium in Wittisheim conceſſum monaſterio S. Fidis in ſeleſtat 1095. *pag.* 258

CXI.

Idem fundationem monaſterij S. Fidis in Seleſtat confirmat eique privilegia largitur 1095. 259

CXII.

Rotbertus cum uxore ſua concedit Abbatiae S. Fidis in Concha Eccleſiam de Horſam cum alijs Eccleſijs in Anglia. 262

CXIII.

Urbanus II. PP. monaſterium Marbach in protectionem ſedis Apoſtolicae ſuſcipit. 1096. 265

CXIV.

Burchardus de Munzenheim Abbatiae Rhenaugienſi concedit praedia ſua in Ruffach & Heringheim. 1098. 267

CXV.

Nomina Fratrum B. Mariae Eccleſiae Cathedralis Argentinenſis circ. finem XI. aut initium XII. ſeculi 269

CXVI.

Henrici IV. Imp. diploma pro Fratribus Eccleſiae Spirenſis. 1102. 270

CXVII.

Paſchalis II. PP. confirmat jura & privilegia Abbatiae S. Walburgis in ſylva Hagenoënſi. 1102. 274

e 3 CXVIII.

CXVIII.

Idem monaſterium Marbacenſe in protectionem ſedis Apoſtolicae recipit. 1103. *pag.* 277

CXIX.

Privilegium joannis Epiſcopi ſpirenſis in Gratiam Schwartzacenſis Abbatiae. 1104. 278

CXX.

Henricus IV. Imp. res Abbatiae ſchwarzacenſis collapſas reſtaurat. 1104. 280

CXXI.

Charta Brunonis Honaugienſis Praepoſiti de vino in Inſula Honaugienſi vendendo. 1104. 283

CXXII.

Cuno Argent. Ep. donationem decem manſuum & Eccleſiae in Harthauſen fratribus ſuae Eccleſiae ab Hartmanno presbytero factam confirmat. 1105. 284

CXXIII.

Fridericus Dux Sueviae & Alſatiae fundationem Monaſterii S. Fidis in Seleſtadt factam confirmat & limites ejus determinat 1105. 286

CXXIV.

Gerlacus Archiep. Mog. Comites Palatinos in auxilium vocat 1347. 202

CXXV.

Gerlacus Comites Naſſovicos contra Henricum de Virnenburg auxiliatores conquirit. 1347. 297

CXXVI.

CXXVI.

Iuden zu Diepurg ſchwören dem Ertzſtifft verbunden zu ſeyn. 1348. *pag.* 299

CXXVII.

Hie verzibent die Dumherren uf daz gevengknuſſe und bekennent daz in gebezzert ſie. 1348. 300

CXXVIII.

Diz inſtrument beſagt daz her Kun von Falkenſtein ſwure in der Kirchen zu Coſtheim die ſune. 1348. 305

CXXIX.

Obligatio Caſtri Elnboug illis de Hatzfeldt. 1348. 308

CXXX.

Ernuwunge und gabe mit ſampt einer beſtedigung aller Gifften Fryheit und rechte des ſtiffts zu Mentze biſchoff Gerlach gegeben. 1348. 311

CXXXI.

Confirmatio jurium et privilegiorum Eccleſie Moguntine conceſſorum per Romanos Imperatores. 1348. 314

CXXXII.

Forma juramenti, quod Dominus Karolus Rex fecit Domino Moguntino. 1349. 317

CXXXIII.

Erffordenſes non citentur extra locum. 1349. 318

CXXXIV.

Confirmatio privilegiorum Erfordenſium. 1349. 319

CXXXV.

Item littera Conradi Rode Burggravij de ſtarckenburg, quod decem marcarum redditus tenet in feudum in Wildenberg deſerviendum. 1349. 320

CXXXVI.

Caroli IV. Imp. ad Clerum Moguntinum monitoriae ſuper reaſſumento Officio Divino pro falicitanda admiſſione Gerlaci Archiep. Mog. à Civibus impedita. 1349. 322

CXXXVII.

Hie verſpricht ſich biſchoff Gerlach daz er bin einer mil weges umb die ſtadt zu Mentz kein Zoll nem uf Wazzer noch uf Land. 1349. 325

CXXXVIII.

Hie hebent ſic an Ertzebiſchof Gorlach priviley und zum erſten hat er beſtediget biſſof Sifrides Gnade. 1349. 327

CXXXIX.

Tractatus inter Archiep. et Capitulum Mogunt. et Wirceburgenſem Epiſcopum innovantur. 1349. 330

CXL.

Iohann von Saltzauwe öffnet dem Ertzb. Gerlach das Schloſſ Wechtersbach. 1349. *pag.* 331

CXLI.

Burg und Ambt Beckelnheim ſoll cuno von Falckenſtein für das Ertzſtifft einlöſen können. 1349. 332.

CXLII.

Hie iſt beſchrieben die ſune die da gerette wart als von der juden ſleger wegen. 1349. 333

CXLIII.

Aber beſtedigung des ſtiffts zu Mentze privilegia, fryheit und rechte. 1349. 337

CXLIV.

Daz Erzſtifft bleibt Peter Beyger von Kirberg LXXX ℔ Heller ſchuldig. 1350. 339

CXLV.

Ulrich von Trubtelingen verſpricht Ertzb. Gerlach allen beyſtandt. 1350. 341

CXLVI.

Stadt-Gerichts urteil über ererbte Freye und verpente güter in- und auſſer der ſtadt gegen. 1350.

Digitized by Google

CXLVII.

Sententia contra Nicolaum Durnheim, quod Vicaria ſua privandus ſit & incarcerandus 1350. *pag.* 344

CXLVIII.

Item littera Gerlaci Archiep. Mog. illis de Wolffskel feudum caſtrenſe aſſignantis 1352. 348

CXLIX.

Cuno von Falckenſtein begibt das Schultheiſſen Amt &c. zu Algesheim. 1352. 349

CL.

Hans von Reterſpach bekennet ſic einen gefangenen des Cuno von Falckenſtein. 1352. 352

CLI.

Collegiatae Francofordenſes adhoerent Henrico Archiepiſcopo &c. 1352. 353

CLII.

Confirmatio ſuper pignoratione de Egere, Flozz & Barckenſtein. 1353. 356

CLIII.

Quittung über LXVI. gulden 1354. 359

CLIV.

Das Dom Capitel gibt Heilmannen von Wattenheim ſicheres geleit 1354. 359

CLV.

Ausſchreiben des Dom-Capitels das dem Ertzbiſchoff Gerlach zu gehorſamen ſeye 1354. 360

CLVI.

CLVI.

Paſtorie gefälle zu Sobernheim werden in beſtandt gegeben 1354. *pag.* 361

CLVII.

Hic numerantur bona que Comes de Feldentze habet in feodo 1354. 362

CLVIII.

Abbas S. Albani proteſtatur quod licet reſumit divina officia, per hoc tamen nullatenus renuntiare intendat juribus & impeticionibus ſibi competentibus contra civitatem Moguntinam occaſione deſtructionis eorum Monaſterij 1354. 364

CLIX.

Reverſa, qua de Falckenſtein promittit compoſicionem factam ratam tenere 1354. 366

CLX.

Computus & liquidatio debitorum Francofurti contractorum 1354. 369

CLXI.

Gerlacus qualiter poſſederit caſtrum Wildenſtein 1354. 372

CLXII.

De conſtructione Burgberg alias Wildenfels 1354. 375

CLXIII.

Gerlacus Archiep. ſummam decem millium floren. mutuam accepit a Walramo Archiep. & civibus Colonienſibus 1354. 377

CLXIV.

CLXIV.

Recommendatitiae pro Lupoldo Praepoſito Nortbunenſi ad praebendam Moguntinam. pag. 388

CLXV.

Ulteriores promotoriales pro eodem Lupoldo. 389

CLXVI.

Dominus Moguntinus recognoſcit caſtrum Tumſtauf permutationis titulo eſſe aſſignatum Domino Imperatori tanquam Regi Boemie & Corone Regni ejusdem per Dominum Epiſcopum Ratisbonenſem ſi conſenſus Domini Pape acceſſerit. 1355. 390

SIGILLA ARCHIEPISCOPORUM MOGUNT. TOMO SEXTO CONTENTA.

ad XXVI.) XXVI.)	*Gerlaci.*	ad pag. IV.
XXVII.	*Johannis I.* - -	XXXVI.
XXVIII.	*Adolphi I.* - -	XXXIX.
XXIX.	*Ludovici* - - -	LII.
XXX.	*Conradi II.* - -	LIV.

Vale Lector amice! & chartas haſce eo, quo offerimus, animo ſuſcipe; easdemque in publicae Rei emolumentum, id quod unice intendimus, ſedulitate aſſueta revolve. Datum in civitate Vangionum Kalendis Februarij anno MDCCLXXXV.

BREVIA

Digitized by Google

BREVIA APOSTOLICA ECCLESIAS ET RES GERMANIAE ILLUSTRANTIA E REGESTIS GREGORII IX. ET ALIIS CODICIBUS BIBLIOTHECAE VATICANAE COLLECTA.

I.

BREVE GREGORII PP. IX. PRAEPOSITO MOGUNTINAE ECCLESIAE INDULGENS RETENTIONEM PRAEPOSITURAE S. PETRI ET ALIORUM BENEFICIORUM.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio G. (*) Prepoſito Maguntino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Qui bene meritos cupimus invenire, tanto libentius honoramus inventos, quanto ad ſtudium hone-

(*) *Gerbodoni. Gerbodo* Majoris Eccleſiae Moguntinae Canonicus *Poppone* adhuc in vivis exiſtente Decani obivit munia tandem Praepoſiti conſecutus honores. An. 1224. in litteris *Sifridi* Archiep. inter teſtes ponitur *Gerbodo* Praepoſitus Majoris. An. 1227. Idem *Siſtidus* bona *Wignandi*, quae *Ruthardus* Archiep. Anno MXCVII. monaſterio S. *Albani* contulerat, litteris firmavit, in quibus *Gerbodo* Major praepoſitus & Praepoſitus S. *Petri* teſtis occurrit. plura vide *in Elencho Praepoſitorum Majoris & S. Petri.*

honeſtatis deſiderabilius allicimus univerſos, cum & ſi virtus nullis comitata bonis externis ex ſe ſit principaliter appetenda, ſicut tamen dignis retributionibus honorabilior redditur, ita minus fieret appetibilis, ſi quod abſit ſperatis premijs fraudaretur. Cum itaque venerabilis frater noſter C. (**) Portuenſis Epiſcopus tunc Apoſtolice ſedis Legatus honeſtate morum, litterarum ſcientia, nobilitate generis & ceteris tue probitatis meritis rite penſatis tibi conceſſerit, ut Prepoſituram ſancti *Petri* cum Prepoſitura Majoris Eccleſie Maguntinenſis ac alijs beneficijs que ante *Lateranenſe Concilium* (a) es adeptus, valeas retinere, ſupplicans bone memorie *H* (***) PP. predeceſſori noſtro inſtanter, ut hoc idem tibi ex diſpenſationis Apoſtolice gratia largiretur. Nos igitur ſequentes formam litterarum, quas idem predeceſſor noſter, qui ejusdem Epiſcopi precibus inclinatus probitati tue favorem debitum impendebat, tibi providerat concedendas, tecum ut predictas prepoſituras & beneficia retinere valeas auctoritate Apoſtolica diſpen-

(**) *Conradus* Portuenſis Epiſcopus, de quo haec apud *Steronem* in *Annal.* an. 1225. *Conradus* Romanae ſedis Legatus per ſe & per plures cooperatores verbũm crucis per totam Alemanniam praedicavit & quam plures cruce ſignati ſunt. Quibus adjicit *Elwangenſis Chronici autor:* ſacrum bellum infidelibus inferendum Chriſtianis omnibus pro concione propoſitum ac denuntiatum innumeraque hominum millia conſcripta fuiſſe.

(a) nempe ante an. 1215.

(***) *Honorio* PP. III.

ſpenſamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre diſpenſationis infringere vel ei auſu temerario contra ire. ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Laterani* VII. Kal. Maji Pontificatus noſtri anno primo.

25 Aprilis.

Ex Regeſto Anni primi Litterarum Apoſtolicarum *Gregorij* PP. IX. Tom. I. ep. 49.

II.

GREGORIUS PP. IX. PATERNE HORTATUR R. HILDESHEIMENSEM S. MAURITII CANONICUM, UT CONTINUATO PRAEDICATIONIS OFFICIO SEDUCTAS MULIERES AD MELIORA REDUCAT. (*)

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *R.* presbitero Canonico S. *Mauritij* Hildeſemen: ſalutem &c.

A 2 Gau-

(*) *Gregorius* magno aeſtuabat zelo ut collapſos Chriſtianorum mores emendaret atque ad pietatem antiquam traduceret. Praeter has in Germaniam transmiſſas litteras, inſignes etiam ſunt eo argumento exhortationes ad *Inſubriae* praeſules exaratae. queis ipſos monet ut extirpandis pop..orum vitiis vacarent. „Ad confuſionem perpetuam evi-„tandam & declinandos ſempiternos ardores ac „cruciatus aeternos, oportet omnes, qui aſſumpti „ſunt

Gaudemus in Domino & tue ſollicitudinis ſtudium commendamus, quod quaſi vocatus a Domino de mandato venerabilium fratrum noſtrorum C. Portuenſis Epiſcopi tunc Apoſtolice ſedis Legati & . . Archiepiſcopi Maguntini ad ſancte predicationis officium te convertens & hominum piſcator effectus rete plenum piſcibus extraxiſti, dum illas miſerrimas mulieres, que humani generis hoſtis ſuggeſtione ſeducte in lutum ceciderunt fece libidinis involute, de lacu miſerie ne ipſas deſperationis abſorberet puteus, eduxiſti, ſicque factum eſt, quod multis ex ipſis nuptui traditis, alie facte de meretricibus moniales, & de proſtibulo fugientes ad clauſtrum ſervare voverunt Domino ca-

„ſunt ad agrum dominicum excolendum granum „a palea flagello debitae correctionis excutere & „à fruge dominica zizania ſeparare, ne electos „contagium tantae corruptionis inficiat & filios „Dei cum filijs mundi hujus hora repentinae ca„lamitatis involvat. Quò circa fraternitati ve„ſtrae in virtute obedientiae per Apoſtolica ſcripta „diſtricte praecipiendo mandamus, quatenus omni „mora & occaſione poſtpoſitis, primo incipien„tes a Vobis ipſis torporem deſidiae & negligen„tiae teporem omnimode deponentes, ne bovis „ſtercore lapidatos incipiat vos Dominus vomere „de ore ſuo, arma ſpiritualia, gladium & ignem „viriliter aſſumentes incipiatis parietem fodere, „ut appareant genimina viperarum & radius lucis „vibretur interius & ad vindictam exigat umbram „mortis moniales & monachos & clericos ſecula„res efficaciter corrigentes tam in capite quam in „membris &c. Datum *Anagniae* II. Jd. jul. Pon„tif. noſtri anno I.

XXVI.



ad. XXVI.



Digitized by Google

caſtitatem. Potes inquam & tu letari in Domino, cum & ipſe chorus Angelicus gaudeat ex hoc facto, ſed ut tantum à te gaudium nemo tollat, indefeſſa vigilare ſollicitudine te oportet, ac inſtare viriliter, ne hoſtis ille antiquus & callidus converſionem mulierum ipſarum penitentiam agentium ſue poſſit calliditatis aſtutia impedire. Quo circa diſcretionem tuam monendam duximus & hortandam per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes & in remiſſionem peccaminum injungentes., quatenus ſumens intrepidus auctoritate noſtra tam pium predicationis officium ad converſionem mulierum talium prudenter intendas & converſas ſalubribus monitis in caſtitate & religione corrobores & confortes. ut autem commiſſum tibi à nobis predicationis officium poſſis liberius & utilius exercere, auctoritate preſentium tibi concedimus poteſtatem, ut confeſſiones hujusmodi mulierum audire valeas & eis de commiſſis injungere penitentiam ſalutarem. Illos vero qui mulieres hujusmodi cauſa lucri tanquam patroni turpitudinis manutenent & fovent, quod eas ad audiendum vocem predicationis tue libere venire permittant & converſionem & ſalutem earum nullatenus impedire preſumant, diligenter moneas & inducas. Mulieres vero, que relicto maritali thoro lapſu carnis ceciderint, ſi mariti earum a te diligenter commoniti eas ad frugem melioris vite converſas noluerint recipere propter Deum, in clauſtris ipſis cum predictis converſis mulieribus ſtudeas collocare ut perpetuam penitentiam ibi agant, prius tamen viris ip-

 ſis

ſis injungens in remiſſionem peccaminum, ut easdem uxores ſuas recipiant divine intuitu pietatis, alios autem viros ſolutos ſalubribus exhortationibus moneas & inducas, & eis ſi expedire videris, in remiſſionem peccatorum injungas, ut aliquas ex hujusmodi mulieribus, que caſtitatem ſervare nequiverint, dummodo ſolute fuerint, accipiant in uxores. Ad hoc quia ſicut audivimus quidam Clerici & laici de pretio ſcorti lucrum captantes ex quadam prava conſuetudine vel potius corruptela queſtum accipere turpitudinis non verentur, licentiam tibi concedimus ut ſub pena excommunicationis inhibeas, ne quisquam de cetero exigat vel recipiat hujusmodi turpem queſtum. Tu igitur tanquam vir prudens ita modeſte conceſſa tibi poteſtate utaris, quod opera tua, divina favente gratia, Deo & hominibus ſint accepta, ſecurus utique, quodſi viam mandatorum noſtrorum cucurreris, eterne felicitatis bravium dante Domino comprehendes. Datum *Anagnie* ſexto idus junij Pontificatus noſtri anno primo.

8. junij.

Ex regeſto Anni I. Litterar. Apoſt. *Gregorij* PP. IX. Tom. I. ep. 110.

III.

III.

APOLOGETICA FRIDERICI II. EP. AD GREGORIUM IX. PP. (*)

In admirationem vertitur vehementer, quod, unde pro multis beneficiis praeſtolabamur gratiam, inde tam offenſionis quam contumeliae diverſa genera reportemus. Inviti loquimur, ſed tacere nequimus, & in eo, quod diu tacuimus, ſpes, quae mnltos decipit, nos decepit. Forte nos ſumus ad quos devenerunt ſaeculorum fines. Non enim ſolum gens contra gentem inſurgit, non regnum regno immutatur, non peſtis & fames tantummodo corda viventium, praemiſſo terrore conturbant: ſed ipſa caritas, qua coelum & terra regitur, non tantum in rivulis, ſed videtur in fonte turbari, dum Romanum Imperium ad defenſionem Chriſtianae fidei divinis proviſionibus

 depu-

(*) *Gregorius* expeditionem ſacram in Sarracenos urgens *Fridericum* ad profectionem ſolicitat eundemque non transfretantem anathemate irretitum teneri pronuntiat, litteras encyclicas ea de re ad univerſos praeſules mittit, deploratque copias cruce ſignatas a *Friderico* expoſitas exitio. Nuntios ab eo ad ſemet excuſandum miſſos repellit Pontifex ſollicitatque *Fridericum* ad expianda crimina &c. Imperator deſuper commotus iras in Pontificem effundit, ardentesque has aliasque aculeatas litteras diſſeminare coepit, quarum plures extant apud *Petrum* de *Vineis* qui *Friderico* a ſecretis fuit ac nonnullae a *Pariſio* afferuntur. Hac de materia caute legendus eſt *Conradus* Abbas Urſpergenſis fautor *Friderici.*

deputatum, non a quibuslibet jnfimis, ſed ab ipſis, quos honoravit, & ſibi praepoſuit, Patribus graviter infeſtatur. ſi enim contra nos homo inimicus inſurgeret, ſi perſecutor Eccleſiae, ſi hoſtis fidei, ſubjectos imperio noſtro populos, in noſtrum odium concitaret, apprehenderemus arma defenſionis, & gladium, cujus eſt nobis a Domino pro tuitione fidei, & Eccleſiaſticae libertatis, attributa poteſtas & totis inciperemus viribus praelia Domini praeliari.

Sed cum univerſalis ille Pater, *Chriſti* Vicarius, & beati *Petri* ſucceſſor, in quo locavimus ſpei noſtrae fiduciam, contra patientiam noſtram indigne & acriter moveatur, & ad conflandum in nos odium totius orbis intendere videatur, quis non turbetur & ſtupeat adverſus jnnocentiam noſtram, tam gravia bella parari, quibus non niſi urgens neceſſitas nos invitos cogeret obviari; cum beato *Petro*, cui velut ligandi, atque ſolvendi, conceſſit in terris Dominus poteſtatem, ob conferentis reverentiam credamus humiliter deferendum.

Audiat igitur, & intelligat orbis terrae, quod provocati trahimur ſcripturis & Nuntijs dudum noſtrae Matris Eccleſiae, nunc in filium novercantis, quos contra nos ubique terrarum, ſicut accepimus, deſtinavit. Audiſtis ſane, quod Imperatrix *Conſtantia*, divae memoriae, Mater noſtra, de nobis, unico Filio, quem diligebat, laudabilem curam gerens, in extrema voluntate, in ſinu et tuitione ſacroſanctae matris Eccleſiae, non ſine

multa

multa circumſpectione, commiſit, ut Rex filius, adhuc in cunabulis poſitus, materno minime ſubſidio privaretur: ſed amiſſae matris ſolatia noviter ſuſcepta cura ſalubrior tanto firmius compenſaret, quanto per ſpiritualem & temporalem ejus potentiam pupilli poterat indempnitatibus provideri; de cujus tutela licet ſancta ſedes Apoſtolica debuiſſet ſollicitudinem habere laudabilem, non tamen de pupillo defuit periculum, & de regno ſuo non modicum detrimentum, & ne videamur diffuſius cognita recitare omnino patuit invaſoribus & deſtructoribus Regnum noſtrum, & ſicut navis in tempeſtate ſine remige, ſic absque gubernatione regiminis pupillaris haereditas indefenſa in partes diſciſſa eſt, & ab inimicorum morſibus quaſi penitus diſſipata.

Deinde viro nobili, conſanguineo, licet inimiciſſimo domus noſtrae, *Oddoni* de *Saxonia*, multo, ſed indebito ſedis Apoſtolicae favore, oppreſſa pupilli juſtitia, qualitercumque ad Imperiale faſtigium ſublimato, dum crederetur pupilli ſtatus vacillans, per ipſius perſonam facile perimendus. Sed quia aliter homo, aliter videt Deus, divina miſericordia humanam intentionem reprobans, cum multa pietate permiſit, ut dictus conſanguineus noſter, licet (ut diximus) inimicus, per ſuperbiam cuncta deſpiciens, non ſolum contra nos, ſed in ipſum tutorem noſtrum, per quem coronatus fuerat, conſpiravit, & majori parte Regni noſtri jam per inania deſolati, per conceptam malitiam occupata, ipſam ſedem Apoſtolicam,

 cam,

cam, quae ipſum promoverat, multis perſecutionum generibus inclementer oppreſſit, ita quod tunc verius, quam nunc, ab exiſtentibus in *Petri* navicula, tantis tempeſtatibus agitata, clamari poterat: Domine ſalva nos, perimus! cumque non inveniretur alius, qui oblatam Imperij dignitatem contra nos, & juſtitiam noſtram, vellet aſſumere, & praecipitanti naviculae de portus ſolatio providere, vocantibus nos Principibus, ex quorum electione nobis corona Imperij debebatur; tunc dormiens in puppe Dominus, diſcipulorum clamoribus excitatus, per nos derelictum, quem mirabiliter praeter humanam conſcientiam conſervavit, dejiciendo ſuperbum, & humilem exaltando, quaſi ventis praecepit, ut tranquillitas fieret, & naviculam non ſolum liberavit a fluctibus: ſed in tutiori & altiori ſpecula mirabiliter collocavit.

Novit altiſſimus, quod praeter humanum ſenſum & ſubſidium in Theutoniam veniendo, multimodis periculis perſonam noſtram expoſuimus, & divino, nec non & Principum Imperij ſubſidio mediante, per miniſterium noſtrum ſic ſuperbum potentia divina dejecit, ut prius ſtatum reformaret Eccleſiae, quam quieti noſtrae, ſublatis penitus periculis, provideret. Nos autem, quod retribueremus Domino pro tot beneficijs, quae tribuit ipſe nobis, devoto animo metientes, quam cito Imperij diadema recepimus *Aquiſgrani*, licet non ſit aequa facturae retributio ad Factorem, Perſonam, & poſſe noſtrum, non in ſacrificium, ſed in holocauſtum humiliter obtulimus Domino puro

&

& ſincero corde & animo, crucis ſignaculo noſtros humeros decorantes, ut ad recuperationem Terrae ſanctae, votivis & debitis ſtudijs efficaciter intendere deberemus, plures vero de Pricipibus, & magnam multitudinem nobilium & Magnatum, exemplo, promiſſis & largitionibus, ad ſuſceptionem crucis induximus, quorum nonnulli noſtris liberaliter adjuti ſubſidijs, ad ſubſidium Terrae ſanctae tunc temporis proceſſerunt. ſic enim aeſtuantibus votis, & ſolius divini zelo ſervitij ipſum negotium ferventer aſſumpſimus; quod ut maturius procederet, cum caeteris cruce ſignatis perſonaliter tranſituri, cum inſtantia magna poſtulamus, tam Nobis, quam omnibus alijs, certum, ſub cenſura Eccleſiaſtica praefigi terminum veniendi, & quam libentiſſime feciſſemus, niſi voluntas Principum, & evidens neceſſitas (quia nondum fuerat Imperij plene pacata turbatio) noſtra deſideria praepediſſent, licet tenui occaſione morae, inde noſtra bona intentio in malum vocetur, unde laudem meruit & favorem. Demum, ad vocationem Apoſtolicam, rebus Imperij tranquille diſpoſitis, venimus, & ſolemniter Imperiale ſuſcepimus diadema, ut non inutilis extitiſſet Apoſtolicae ſedi noſtra vocatio, quae de majoribus & melioribus provincijs Italiae divitijs & ſtrenuitate virorum a nobis extitit aſſecuta. Poſt ſuſceptionem vero Imperialis coronae per manus Reverendi Patris *Gregorij* Apoſtolici, tunc Epiſcopi Oſtienſis, iterum crucis ſignaculum reverenter accepimus, vota votis, & deſideria deſiderijs aggre-

aggregantes; Ingreſſi demum proſperis auſpicijs Regnum noſtrum, quod per diuturnas Guerras bonis ſuis, & opibus, erat exhauſtum, munitiſſimas arces, & inexpugnabiles munitiones, invenimus tam a chriſtianis, quam ſarracenis rebellibus, detineri, & cum oportuerit eos quaſi de novo per bellicam potentiam noſtrae ſubjicere ditioni, nihilominus inter ipſos labores, & nondum pacatae turbationis tempus, ſubventioni non defuimus Terrae ſanctae, praemittentes dilectos Principes noſtros, Ducem Bavariae, & Epiſcopum Patavienſem, & plures alios in auxilium *Damiatae*, nuntios vero nuntijs, & litteras litteris ſaepius inculcavimus, rogantes & monentes totum exercitum Chriſtianum, ut navalem claſſem noſtram, & *Exfortium* exſpectantes, nequaquam ſine ipſis a *Damiata* moverent, certi, noſtram praeſentiam ſe cominus habituros, ſed noſtris precibus & monitis praetermiſſis, absque conſilio Virorum Nobilium & prudentum, non expectato laudabilis claſſis noſtrae ſubſidio, incaute ductus eſt populus, & incidit in laqueum inproviſum. Cujus inopinati caſus incerti, *Anſelmum* de *Juſtingen*, tunc temporis Marſchalcum, cum ſubſidio militum & victualium ſubventione, transmiſimus, Comitem *Henricum*, fidelem noſtrum, cum XC. Galeis, pro ipſius Terrae ſuccurſu laudabiliter & magnifice dirigentes, qui ſalubriter applicans *Damiatam*, exercitu non invento, quia receperat in mandatis a nobis ut Legatis Apoſtolicae ſedis qui exercitui praeerant, usque ad adventum noſtrum inten-

intenderet, & pareret, deorſum cum galeis per flumen ad exercitum properabat; ubi, occurrentibus ei Nuntijs Legati, Magiſtris videlicet militiae domus Templi, & domus S. *Mariae* Theutonicorum, & Comite de *Pizita*, ex parte Legati praecipientibus ut rediret, redijt cum eisdem qui ad hoc venerant, ut, pro liberatione captivorum, *ſoldano* redderent civitatem, quae in hunc modum amiſſa extitit, non ex interdicto, quod inventoribus nobis aſtruit, & de inhibitione concambij *Damiatae* per noſtras litteras fuiſſe transmiſſum; quia non eſt veriſimile ut dum ad liberandam Terram ſanctam expenſis innumeris & immenſa ſollicitudine laboramus, interdictum concambij, per quod optatus finis noſtrae ſollicitudini & laboribus adveniſſet, fieri mandaremus. Nos autem, acceptis tam infelicibus de amiſſione *Damiatae* rumoribus, ut tam enormi damno poſſemus competentibus remedijs obviare, praemiſſis ad ſedem Apoſtolicam Nuntiis, ad Colloquium apud Verulas cum felicis recordationis Reverendo Papa *Honorio*, pro diſponendo & maturando paſſagio, maturavimus convenire.

Ex Cod. MS. Bibl. Vatican. num. 4957.

IV.

IV.

GREGORIUS PP. IX. DISPENSAT CUM RODOLPHO UT ECCLESIAS PAROCHIALES IN BORCHEIM ET S. QUINTINI MOGUNTIAE SIMUL RETINERE POSSIT.

G*regorius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio *Rodolfo* (*) plebano Ecclefie de *Porgeim* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Qui proprie probitatis meritis adjuvantur, jure ſunt ab alijs honorandi, ut & ipſi ſe gaudeant de meritis premia reportare ac alij ad bene merendum eorum exemplo laudabili animentur. Cum itaque ſicut ex relatione venerabilium fratrum noſtrorum. . Patriarche Aquilegen: . . . Archi Epiſcopi Salzeburgen: & . . Epiſcopi Ratiſponen: & dilecti filij nobilis viri. . Ducis Auſtrie, nec non ex litteris Dioceſani tui & aliorum fide dignorum accepimus tibi, quem generis nobilitas decorat, & decorat morum honeſtas & litterarum ſcientia laudabiliter ſuffragentur, nos qui bonis bene facere cupimus, predictorum de te nobis laudabile teſtimonium perhibencium precibus, nec non tue merito probitatis inducti, tecum ut Eccleſiam de *Pergeim*

(*) *Rudolphus* hic ut plebanus S. *Quintini* jam ſubit An. MCCXXII. inter teſtes ſubſcriptos ſententiae, quam *Sigefridus* II. pro monaſterio *Reters* tulit. vid. *Gud. Tom. III. p. 796.* Decennio poſt legitur inter teſtes Diplomatis *Sigfridi* III. *Eberhardo* de *Iſenburg* Canonico Domicellari Metropolitanae conferentis Praepoſituram in *Limburg*. vid. *Joannis Tom. II. Rer. Mog. p.* 373.

geim cum Eccleſia ſancti *Quintini* de *Maguntia* nuper tibi collata valeas retinere, non obſtante conſtitutione Concilij Generalis (**) de ſpeciali gratia diſpenſamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre diſpenſationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Laterani* 5. Jd. Maji Pontificatus noſtri anno quarto.

11. Maji.

Ex Regeſto anni IV. Litterarum Apoſtolicarum *Gregorij* PP. IX. Tom. 2. ep. 21.

(**) *Concilium Lateranenſe* ſub *Innocentio* III. *in cap. de Multa X. de praebend.* vetitam ſiſtit pluralitatem parochialium Eccleſiarum, Dignitatum & perſonatuum cum ſubjecta clauſula: circa ſublimes tamen & litteratas perſonas, quae majoribus beneficiis ſunt honorandae, cum ratio poſtulaverit, per ſedem Apoſtolicam poterit diſpenſari.

V.

GREGORIUS PP. IX. CONFIRMAT ECCLESIAE FRIDESLARIENSIS STATUTUM, DE APPLICANDIS FRUCTIBUS PRAEBENDARUM PER BIENNIUM POST OBITUM CUIUSLIBET CANONICI AD FABRICAM &c.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filijs Prepoſito Decano & Capitulo Frisſariens: (*) ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hijs

(*) Fritzlarienſi.

Hijs que pro Eccleſiarum commodis provide ſtatuuntur Apoſtolice ſedis favorem gratanter impendimus & robur adicimus perpetue firmitatis, ut eo minus impugnationi ſubjaceant, quo validioribus vallata munimentis fuerint. Ex parte ſiquidem veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum a longis retro actis temporibus in Eccleſia veſtra bone memorie Archiepiſcopi Maguntinenſis Dioceſani loci accedente conſenſu provida fuit deliberatione ſtatutum & hactenus obſervatum, ut fructus prebendarum ipſius Eccleſie per biennium poſt obitum Canonicorum, qui eas tenuerint, converti debeant in fabricam & communes utilitates ipſius eccleſie relevandas, (**) ſtatutum hujusmodi

(**) In pluribus Eccleſijs pro ſublevandis Fabricae neceſſitatibus idem ſtatutum aut magis reſtrictum aut dilatatum extitit ſic capitulo Collegiatae S. *Andreae* Wormatienſis conceſſum eſt: Dum viſitandi gratia ad Eccleſiam B. *Andreae* divertiſſemus & lacrymabiles ruinas ex omni parte inveniremus, diutina cogitatione penſavimus, qualiter aedificia ejus poſſent reſarciri, cum & ſtipendiorum ſive oblationum tenuitas minime poterat ſuffragari; hoc igitur animo noſtro ſedit conſilium, ut cum aliqua canonia ibidem vacaret, continuis quatuor annis ad fabricam cederet Eccleſiae antequam alicui ſubſtituto aſſignaretur. *Schannat hiſtor. Worm. p. 361. ad an. 1190.* Confer. *joann. Tom. II. ſcript. Rer. Mogunt. p. 594.* ubi de reſtituenda S. *Victoris* Eccleſia extra muros Mog. agitur. *joannis loc. cit. p. 653.* ubi de reſtauratione Eccleſiae Collegiatae *B. M. V. ad gradus* agebatur. adde Diploma Eccleſiae S. *Mauritij* conceſſum apud *Guden. Tom. III. p. 955. &c.*

di Apoſtolico dignaremur munimine roborare. Nos igitur veſtris devotis poſtulationibus gratum impertientes aſſenſum, ſtatutum prefatum, ſicut juſte, provide & ad utilitatem eccleſie memorate factum eſſe dinoſcitur, ratum habentes & gratum, illud auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtre confirmationis infringere &c. ſi quis autem &c. Datum *Laterani* nono Kal. Maji Pontificatus noſtri anno quinto. 23. Aprilis.

Ex Regeſto Anni V. Litterarum Apoſtolicarum *Gregorij* PP. IX. Tom. 2. ep. 63.

VI.

GREGORIUS PP. IX. CONFIRMAT AMICABILEM COMPOSITIONEM INTER ARCHI EPISCOPUM MOGUNTINUM ET CONRADUM LANDGRAVIUM THURINGIAE PER CONRADUM DE MARBURG FACTAM.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili Fratri. . (*) Archi Epiſcopo Maguntinenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ea que judicio vel concordia terminantur, firma debent & illibata perſiſtere, & ne in recidive contemptionis ſcrupulum relabantur, convenit Apoſtolico preſidio communiri. Preſentate ſiquidem nobis tue Fraternitatis littere continebant, quod cum dudum inter te ac nobilem virum *Conradum* Landgravium Thuringie juniorem ſuper ea-ſtro

(*) *Sifrido III.*

ſtro de *Hileberc*, (*) villis, poſſeſſionibus & rebus alijs gravis discordia (a) inſtigante humani generis inimico ſuborta fuiſſet, ita quod dictus Landgravius & ſui in caſtrum Fislarien:, (**) quod eccleſie Maguntine ſpecialis juris exiſtit, hoſtiliter irruentes illud incendio devastaſſent & alia multa perpetraſſent ibidem, tandem mediante dilecto filio Magiſtro *Conrado* de *Marburch* (b) predicatore verbi Dei

(*) *Heiligenberg*.

(a) E MS. ſeculi XIII. quod aſſervatur in Bibliotheca Eccleſiae Metropolitanae haec anotantur — Hoc anno (MCCXXXII) discordantibus Archi-Epiſcopo Maguntino & *Cunrado* fratre Landgravij pro monte *Heiligenberc* in Haſſia ſito & bella moventibus; idem *Cunradus* XVII. Kal: Octobris civitatem *Uritslar* contra multorum opinionem incendio cepit: captivos ſecum abducens Epiſcopum Wormatienſem ac *Gumbertum* ejusdem loci Prepoſitum: *Heinricum* Heilegenſtadenſem Prepoſitum & quosdam Canonicos cum alijs fere ducentis militibus.

(**) Frideslarienſe.

(b) In hoc quidem Brevi Apoſtolico ſicut in alijs a D. *de Gudenus* litteris magno numero viſis *Conradus de Marburg* vocitatur *Magiſter*, ex quo cum *Ayrmanno* in ſua de Fratre *Conrado* de *Marburg* an. 1733. publicata diſſertatione conjicere voluit, quod *Conradus* non monachus ſed e ſtatu Clericali fuerit. Transmittimus hic tale argumentum debito robore non undequaque vallatum & memoramus, quod paulo infra *Conradus* a Pontifice *Gregorio* nominetur: *Frater Conradus*, hinc fallat nota, quam attulerat de *Gudenus Tom. I. p. 506.* ubi ait, quod Marburgenſis *Conradus* ſemper ſemperque audiat Magiſter, &c.

Dei in Alamania inter vos amicabilis compoſitio interceſſit, quam ut Apoſtolico dignaremur munimine roborare a nobis humiliter poſtulabas. Nos igitur tuis devotis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, compoſitionem jam dictam, ſicut ſine pravitate provide facta eſt , & ab utraque parte ſponte recepta & hactenus pacifice obſervata auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. ſi quis autem &c. Datum *Anagnie* 2do nonas februarij Pontificatus noſtri anno ſexto. 4. Febr.

Ex Regeſto Anni VI. Literarum Apoſtol: Gregor. PP. IX. Tom. 3. ep. 286.

VII.

GREGORIUS PP. IX. REINALDO DE PUZALIA COMMITTIT UT DEODATUM CLERICUM IN PACIFICAM CANONICATUS S. FLORINI IN CONFLUENTIA POSSESSIONEM INDUCAT.

Gregorius &c. Dilecto filio *Rein;* de *Puzall*: (a) Subdiacono noſtro Canonico Maguntino ſalutem &c. Conquerente dilecto filio *Deodato* clerico nepote bone memorie Magiſtri *Gotifridi* Notarij noſtri nos noveris accepiſſe, quod cum *W.* de *Suſaco* prebendam, quam in Eccleſia ſancti *Florini*

B 2

(a) *Reinaldus* de *Puzalia* Canonicus Moguntinus & *Erfordiae* ad D. *Severi* Praepoſitus occurrit in litteris an. 1220. 1222. 1224. & ſequentibus.

rini in *Confluentia* optinebat, in manibus dilecti filij noſtri *O.* (b) ſancti *Nicolai* in *Carcere Tulliano* Diaconi Cardinalis tunc in partibus illis Apoſtolice ſedis Legati libere reſignaſſet, idem Cardinalis prebendam ipſam prefato *D.* liberaliter conferens Magiſtrum G. clericum ſuum nomine ipſius *D. A.* . Decano & Capitulo ejusdem eccleſie recipi fecit ad prebendam eamdem in Canonicum & in fratrem & ei ſtallum in Choro & locum in Capitulo aſſignari, ſed cum poſtmodum idem *D.* optentis literis noſtris, per quas mandabatur Decano & Capitulo ſupradictis ut eum ad prebendam predictam admitterent & fraterna caritate tractarent perſonaliter ad ipſam Eccleſiam acceſſiſſet, dicto *W.* in prebendam ipſam interim ſe temere intrudente, ijdem Decanus & capitulum non ſolum denegarunt mandatum Apoſtolicum adimplere, verum etiam comminari ſibi mortis periculum, ſi prebendam ipſam peteret, preſumpſerunt propter quod idem Clericus non ſine multo pudore & magno expenſarum gravamine a loco ipſo diſcedere ac redire ad propria eſt coactus. Nolentes igi-

(b) *Otho* S. *Nicolai* in *Carcere Tulliano* Diaconus Cardinalis poſthac Legatus Apoſtolicus in Angliam miſſus, in cujus litteris credentialibus a *Gregorio* IX. PP. datis haec leguntur: Ecce magnum & honorabile membrum Eccleſiae amicum Dei dilectum filium noſtrum *Othonem* S. *Nicolai* in *Carcere Tulliano* Diaconum Cardinalem, virum morum honeſtate conſpicuum, praeditum ſcientia litterarum & providentia circumſpectum &c. &c.

Igitur clerico memorato in ſuo jure deeſſe, quem prenominati Magiſtri patrui ſui recolenda memoria nobis ad gratiam recommendat, mandamus, quatenus, ſi eſt ita, dicto *W.* ab eadem prebenda prorſus amoto, prefatos Decanum & Capitulum ut ſepefatum *D.* cum plenitudine juris Canonici ad eandem admittant & fraterna caritate pertractent, monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compellas, de fructibus a tempore facte ſibi collationis a Cardinale jam dicto perceptis ex ipſa ſatisfactionem ei faciens debitam exhiberi. Datum *Anagnie* IX. Kal. Martij Pontificatus noſtri Anno ſexto.

21 Febr.

Ex regeſto Anni VI. Litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 3. ep. 311.

VIII.

GREGORII PP. IX. COMMISSORIUM UT CONRADUS PLEBANUS IN PERCEPTIONEM FRUCTUUM PAROCHIAE SUAE RESTITUATUR.

G*regorius* &c. dilectis filijs.. (*) Maguntinenſis &.. (**) ſancti *Severi* de *Herfordia* Magunt:

B 3 Dioc:

(*) *Gerbodo* Praepoſitus Moguntinus ab an. 1222-1235. 4. id. Novembr.

(**) *Arnoldus S. Severi* Praepoſitus dein Archiepiſcopus Trevirenſis an. 1242. vid. *Broweri annal. Trevir. Tom. 2. p. 136. ſq.*

Dioc: Prepoſitis & . . (***) Scolaſtico Maguntin: ſalutem &c.

Conradus plebanus Eccleſie de *Chimera* ſua nobis petitione monſtravit, quod cum olim Fr. *Daniel* ord. Fratr. Predic. . . . Prepoſitus Herfordenſis & *Rodulfus* plebanus de *Vipeche* Magunt: Dioc. auctoritate venerabilis fratris noſtri . . Maguntin: Archi Epiſcopi loci dioceſani, ut ipſi dicebant, cauſa viſitationis ad eandem eccleſiam acceſſiſſent, idem tandem ex eo ſe ſentiens ab eis injuſte gravari, quod ipſi ad falſam quorumdam emulorum ſuggeſtionem aſſerentium ipſum de lapſu carnis fuiſſe ſuſpectum, licet ad eos ſuper hoc nulla clamoſa inſinuatio perveniſſet, eum non convictum in aliquo vel confeſſum, quin potius ſuam innocentiam purgare paratum eidem eccleſie ac alijs beneficiis ſuis in *Maguntina Dioc.* habitis & habentis renuntiare & eadem abjurare penitus pro ſua voluntate cogebant, noſtram audientiam appellavit, at illi ejus appellatione contempta, beneficijs ſupra dictis contra juſtitiam ſpoliarunt eundem, in ipſum ſuſpenſionis ab officio & excommunicationis ſententias promulgantes. Cumque nos poſtmodum ad querulam petitionem ipſius eisdem noſtris dedimus litteris in mandatis, ut ſi res taliter ſe haberet, niſi contra eum accuſator legittimus appareret, a prefato plebano ſuper infamia hujusmodi canonica purgatione recepta, predictas excommu-

mu-

(***) *Conradus* e nobilium de *Türckheim* prognatus genere, an. 1236. ad Decani Metropolitanae conſcendit honores.

municationis & ſuſpenſionis ſententias relaxantes eidem beneficia ipſa cum fructibus perceptis ex eis reſtituere procurarent; licet ipſis ab eodem Archiepiſcopo, quem ſuper hijs conſuluerant, reſponſum extiterit, ut mandatum apoſtolicum adimplerent, quod duo ipſorum Prepoſitus videlicet & plebanus parati erant executioni mandare, quia tamen dictus frater a ſuo non poteſt rigore molliri predictum negotium pro eo quod illa clauſula generalis: quod ſi non omnes, omiſſa fuerat in litteris directis ad eos remanſit hactenus indiscuſſum, in ejusdem plebani prejudicium & gravamen. Ideoque mandamus quatenus ſi eſt ita, dictos judices attentius moneatis, ut in eodem negotio juxta formam ſibi traditam infra duos menſes poſt commonitionem veſtram finaliter procedere non omittant. Quodſi adhuc extiterint negligentes, vos ex tunc in negotio ipſo juxta priorum litterarum continentiam ratione previa procedatis. Quod ſi non omnes &c. Datum *Anagnie* V. Idus Martii Pontificatus noſtri anno ſexto.

.11. Martij.

Ex regeſto Anni VI. Litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 3. ep. 375.

IX.

GREGORII PP. IX. COMMISSORIUM AD SIFRIDUM III. ARCHIEP. MOGUNTINUM &c. UT IN VIRTUTES ET MIRACULA ELISABETHAE LANTGRAVIE INQUIRANT.

G*regorius* &c. venerabili Fratri . . Archiepiſcopo Magunt: & dilectis filijs . . Abbati de *Ebbarch* (*) Ciſterc. ord. & fratri *Conrado* de *Marburch* Predicatori verbi Dei ſalutem. &c.

Viſibilium & inviſibilium conditor cuncti potens & eternus, etſi grata multorum perpetuitate bonorum populum reficiat, quem plasmavit, illum tamen gratorum ſucceſſiva recreat creatione novorum, eo quod illa humane conditionis affectibus & ſue ſalutis effectibus ſint votiva, prout probat inſpectio florum amena recentium & exhibet perceptio fructuum gratuita novellorum. Igitur ad eternas delicias fidelibus exponendas, ad dandum gentibus fidei, ſpei & caritatis augmentum, ad dirigendos in viam pacis & claritatis eterne pedes in tenebris & mortis umbra ſedentium ſolis & lune mirificus operator in celeſti ſolio nova producit lumina lucis inextinguibilis emiſſiva, per que cordibus devotorum querentium luminis ineffabilis lucidiſſimas manſiones, immenſitas exultationis infunditur, & alias infinita beneficiorum genera conferuntur. Porro letantur plures hujus preſentia temporis ſolam ſtellam in die proſpicere, que decurſe noctis tempore innumeras ſe recolunt inſpexiſſe

(*) *Eberbach* in Rhingavia.

ſpexiſſe. Gaudebant & Magi fulgorem ſyderum, que ab initio Dei ſapientia fecerat intueri, ſed ſpectantes novam ſtellam in Oriente Regis nati nuntiam gaudio inexplicabili ſunt perfuſi. Exultat nimirum & ſancta Mater Eccleſia, cum in ejus fulgido firmamento diverſis ſanctorum ſplendoribus illuſtrata fulget de novo ſydus perſpicuum ſingularis & precellentis luminis oſtenſivum, per quod ignorantium Dominum tenebre propelluntur, per quod hereticorum perverſum dogma confunditur & fidelium beata credulitas adaugetur. ſane cum letitia dulcium lacrimarum concurſibus comitata, pridem dilecte fili frater C. ex litteris tue devotionis accepimus, quod ille artifex glorioſus, qui terram in aurum & aquam alterat in Criſtallum clare memorie ancillam ſuam E. quondam cariſſimam in Chriſto filiam noſtram Lantegraviam Turinchie jure nature fragilem & labilem demum dono gratie in cultu divini nominis ſtabilem & robuſtam ac tandem mundane miſerie compedibus expeditam aggregavit collegio ſupernorum, gloriam conceſſe beatitudinis ſignis exprimens glorioſis. Nam circa ſepulchrum ejus & locis alijs per invocationem ſui nominis & devotionis ſincere ſuffragia, vita mortuis, lumen cecis, auditus ſurdis, verbum mutis & greſſus claudis celeſti dextera conferuntur. Verum ſi per virtutum inſignia, quibus olim jam dicta Lantgravia extitit multipliciter inſignita, ſeu per famoſa miracula, quibus ejus ſancta rutilare dicitur ſepultura celeſtis ſponſe vocibus eſſe de ſanctorum numero debeat affirmari;

tamen quia mentibus ambiguis ſubito rei veritas non clareſcit & repentinis non ſolet miraculorum relatibus quorumdam ſpiritus exultare, eo quod omne rutilum nomen auri non impetrat, nec ebur quodlibet niveum imitatur, nos quos providentia preambula decet feſtinos in certis & lentos in dubijs inveniri, diſcretioni veſtre, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus provide attendentes, quod lux vera ſanctorum Dominus *Iheſus Chriſtus* ſignis publicis & prodigijs evidentibus trepidantia diſcipulorum pectora roboravit, mentes eorum nubilas de reſurrectionis admiranda gloria expreſſe certitudinis clarificans fulcimentis, vitam & converſationem Lantgravie memorate, quibus Deo & hominibus noſcitur placuiſſe, nec non miracula, que auctore Deo de ſui Corporis ſanctitate procedunt habita pre oculis ſola divine reverentia majeſtatis per teſtes idoneos ſtudeatis inquirere cauta diligentia & ſollicitudine vigilanti, que in ſcriptis redacta ſub ſigillis veſtris fideliter conſervetis, illa nobis, poſtquam mandatum Apoſtolicum receperitis, per fideles Nuntios ſollempnes transmiſſuri. Datum *Anagnie* ſecundo Idus Octobris Pontificatus noſtri anno ſexto.

14 Oct.

Ibidem ep. 122. Eisdem.

Ut ceci viam, increduli veritatem, mortui vitam inveniſſe gaudeant & colere delectentur, diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, qua-

quatenus ſuper glorioſis miraculis, quibus clar. mem. *E.* Lantgravia Turingie auctore Chriſto dicitur refulgere, ſecundum ſcripti tenorem, quod vobis ſub bulla noſtra mittimus intercluſum, habendo pre oculis ſolum Deum, teſtes recipere & diligenter examinare curetis, ut incredulitatis excuſſa caligine de dubijs prectoribus & obſcuris miraculorum claritas ſinceris mentibus illuceſcat, & eo ſit in gentibus glorioſa virtus Altiſſimi, quo dignatur in populis ſanctorum ſplendoribus declarari. Datum *Anagnie* 3. Idus Octobris an. ſexto (*)

13 Oct.

(*) Demum in tertijs litteris praeſcripta eſt forma examinis = Teſtes legitimi qui ſuper vita, converſatione ac miraculis quondam *Eliſabeth* Lantgraviae Thuringiae ſunt recipiendi, prius ab eis praeſtito juramento diligenter examinentur & interrogentur de omnibus, quae dixerunt, quomodo ſunt, quo tempore, quo menſe, quo die, quibus praeſentibus, quo loco, ad cujus invocationem, quibus verbis interpoſitis & de nominibus illorum, circa quos miracula facta dicuntur, & ſi eos ante cognoſcebant & quot diebus ante viderunt eos infirmos & quanto tempore fuerunt infirmi & de qua civitate ſunt oriundi & interrogentur de omnibus circumſtantiis &c. *ex ep. 123.*

X.

X.

GREGORII PP. IX. BREVE HORTATORIUM AD SIFRIDUM III. ARCHIEP. MOGUNT. UT TOTIS VIRIBUS CONTRA HAERETICOS PROCEDAT. (*)

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri . . Archi Epiſcopo Maguntin: ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ille humani generis inimicus pervicax omnium malorum incentor, quem de ſupremis ad ima ſuperbia ſua proſtravit, non contentus quod ſue fraudis nequitia hominem perduxit ad caſum erumpnis & miſeriis applicandum, callide eum nititur peſtiferis retibus irretire aſtute ſibi parans inſidias ne reſurgat, locum a quo ceciderat obtenturus. Noviſſime autem diebus iſtis fidem niſus perfidia depravare, per miniſtros ſuos iniquitatis operarios venena ſparſit mortifera, ſeditioſe conſiderans, quod familiaris hoſtis ſit efficax ad nocendum, qui quaſi dulcia premittentes cauda pungunt ut ſcorpio, in aureo tandem calice *Babilonis* virus

(*) Inter hos Pruteni erant, quorum plures ſuſceptam Chriſti fidem abjecerant, cum alijs paganis conſcripto numeroſo exercitu in vicinas Chriſtianorum terras ſeſe effuderant, horrendasque intulerant clades, incenderant urbes, lacerarant foediſſime plures Chriſti fideles, totque alia intulerant mala, ut plures nemorum receſſus petere cogerentur. &c. vid. *Raynaldus Annal. Tom. XIII. p. 387.*

virus peſtilentie infuſuri. Licet enim heretici hactenus diutius latitantes ſicut cancer ſerperent in occulto, & velut vulpes latenter niterentur vineam Domini ſabaoth demoliri, jam tamen peccatis exigentibus in aperto quaſi equi parati ad prelium, preſumunt manifeſte inſurgere contra eam in quibusdam locis publice predicando, querentes in cibum ſimplices & in predam indoctos ac illaqueare nichilominus fideles quoslibet ſuis circumventionibus cupientes facti Magiſtri erroris, qui nunquam fuerint diſcipuli veritatis. Unde expedit, quod inſurgatur viriliter contra eos, ut eorum omnino hereſi confutata per totum vigeat fides *Xpi.* nam corona ſequetur premij temptationibus reſiſtentes. Cum igitur in partibus ſit Alamanie, quod dolenter referimus, rara fides, ac per hoc formidemus, ibi potius animalia venenoſa, nos qui circa horam undecimam inter operarios immo verius ſupra operarios vinee Domini ſumus patre familias angelico deputata moniti voce ſponſi capere vulpes parvulas, que demoliri vineam Domini moliuntur, & tacti dolore cordis intrinſecus non valentes ſuſtinere tantam contumeliam creatoris ac volentes tot animarum periculis obviare, fraternitatem tuam rogamus, monemus & hortamur attente per Apoſtolica tibi ſcripta ſub divini obteſtatione judicij diſtricte precipiendo mandamus, quatenus tam per te quam per aliquos de ſubditis tuis viros religioſos & in lege Domini eruditos, quos ad hoc idoneos eſſe noveris, ad omnes partes dioceſis tue tranſmittas,

qui

qui diligenti perquirant ſollicitudine de hereticis & etiam infamatis, & ſi quos culpabiles vel infamatos invenerint, niſi examinati velint abſolute mandatis eccleſie obedire, procedas contra eos juxta ſtatuta noſtra contra hereticos noviter promulgata in receptatores, defenſores & fautores hereticorum ſub eadem ſtatuta nichilominus proceſſurus. ſi vero aliqui heretica labe penitus abjurata ad eccleſiaſticam redire voluerint unitatem, ipſis juxta formam Eccleſie beneficium abſolutionis impendas & injungas eis, quod talibus conſuevit injungi, attentius proviſurus, ne qui videntur reverti ſub palliata ſpecie pietatis impietatem commutent & angelus ſathane in lucis Angelum ſe transformet, propter quod ſtatuta que ſuper hoc duxerimus promulganda inſpicere poteris & ab eorum inſidijs ſecundum diſcretionem tibi datam a Domino precavere. Adhec ut ſuper premiſſis omnibus officium tibi comiſſum liberius poſſis & efficacius exercere, omnibus qui ad predicationem eorum, quos ad hoc provideris eligendos acceſſerint, in ſingulis ſtationibus XX. dies, illos vero, qui ad impugnandum hereticos, fautores, receptatores & defenſores eorum in munitionibus & caſtellis, vel alias contra eccleſiam rebellantes ipſis ex animo auxilium, conſilium preſtiterint vel favorem, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, tres annos de injuncta ſibi penitentia relaxamus & ſi qui ex hijs in proſecutione hujusmodi negotij forte deceſſerint, eis omnium peccato-

cato-

catorum de quibus corde contriti ac ore confeſſi ſunt, plenam veniam indulgemus. Ne vero deſit aliquid hijs, quos ad hoc deſtinaveris ad predictum negotium proſequendum, in contradictores & rebelles eccleſiaſticam proferendi cenſuram tenore preſencium liberam tibi concedimus facultatem; Predicatores quoque queſtuarios, quorum intereſt caritativa tantum ſubſidia ſimpliciter petere ac indulgentiam, ſi quam forſan habent exponere a predicationis officio quoad ipſos nullatenus pertinet compeſcendi, cenſura ſimili tibi nichilominus licentiam indulgemus. Datum *Anagnie* quarto Kal. Novembris Pontificatus noſtri Anno ſexto.

29 Oct.

XI.

GREGORII PP. IX. BREVE AD ARCHIEPISCOPUM MOGUNT. UT ARCHIDIACONOS AD RESIDENDUM COMPELLAT &c.

G*regorius* &c. venerabili Fratri . . Archi Epiſcopo Maguntino ſalutem &c.

Tuis devotis precibus inclinati compellendi Archidiaconos Eccleſie Magunt: ad debitam in eadem Eccleſia reſidentiam faciendam (*) & aſſignandi

(*) Archidiaconorum munus erat, viſitare quot annis eccleſias in tractu Archidiaconali ſitas, abuſus corrigere &c. Factum eſt autem ſeculo XIII. ut muneri ſuo deeſſent Archidiaconi in Eccleſiis ſuis plane non reſidentes &c. inde Archiepiſcopi querelae

di eis ſtalla in choro & loca in Capitulo, ſed quod eorum exigunt dignitates, prout ad te pertinet, nec non & extirpandi pravas conſuetudines ab eadem & inſtituendi honeſtas in ipſa auctoritate preſentium liberam tibi concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Anagnie* 3. Kal. Nov. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

30 Oct.

Ex regeſto Anni VI. Litterarum Apoſtolicarum Gregorii PP. IX. Tom. 3. ep. 154.

XII.

GREGORIUS PP. IX. PRO CONSTRUENDO NOVO MONASTERIO FRATRIBUS PRAEDICATORIBUS WORMATIAE CONCEDIT CENTUM MARCAS AB ILLIS EXSOLVI QUI VOTA SUA PRO PEREGRINATIONE IN TERRAM SANCTAM VOLUNT REDIMERE &c.

G*regorius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filijs . . Decano Majoris Eccleſie . . Scolaſtico de *omnibus ſanctis* & . . Theſaurario ſancti *Guidonis* ſpirenſis ſalutem &c.

Non

relae &c. vid. *Dioeceſ. Mogunt. in Archidiaconatus diſtincta Commentationibus Diplomaticis illuſtrata Tom. I. II. & III.*

Non eſt dubium, quin pijs uſibus applicetur, quod pro conſtructione locorum miſericorditer erogatur, in quibus viri approbate religionis & vite Deo debeant famulari. Cum itaque ſicut inſinuantibus dilectis filijs Priore & fratribus ordinis Predicatorum Warmacienſ: intelleximus ſecundum formam compoſicionis inter eos ex parte una & Ven: fratrem noſtrum.. Epiſcopum Warmacienſ ex altera nuper inite, (*) recedere ipſos oporteat a

(*) Fratres Praedicatores ſub an. MCCXXVI. *Wormatiam* adſciti, mox in ipſo ſuo introitu diſſentire coeperunt cum *Henrico* Urbis Antiſtite; litem motam terminarunt judices Apoſtolici. His accedit Epiſcopus ſub hac forma: *Henricus*... Praebuimus ipſis aſſenſum & auctoritatem bonae voluntatis noſtrae, emendi locum ſive areas ad conſtruendum clauſtrum & Eccleſiam cum alijs officinis & inhabitandum infra muros civitatis noſtrae, ubicunque potuerint, excepto eo loco, quem dicti fratres primitus occuparunt... circa ſepulturam vero in hoc eſt conſenſum juxta formam... ordinatam, quod ijdem fratres recipiant illos, qui apud ipſos elegerint ſepeliri, ſic videlicet, quod corpus apud ipſos tumulandum primum deferatur ad Eccleſiam parochialem de qua ſumitur, & ibidem miſſa cantata, poſtmodum ad ipſorum eccleſiam proprio ſacerdote funus deducente deferatur. De relictis ſive legatis a morientibus ipſis fratribus, qui apud ipſos elegerint ſepulturam, inter nos ſic convenit, ut ſi aequalis portio relicta ſit fratribus & Eccleſiae conventuali, de cujus parochia corpus transfertur, utraque pars ſua portione ſit contenta..... Datum Anno Domini MCCXXXIII. *Schannat hiſt. Worm. T. II. p. 116.*

a domo, quam in civitate Warmacien: de fidelium elemoſinis conſtruxerunt & ad emendum alia loca in quibus Eccleſiam & clauſtrum ac neceſſarias officinas edificent eis tanquam nihil habentibus non ſuppetant facultates: preſentium vobis auctoritate concedimus, ut in Maguntin: Warmacien: & ſpiren: dioceſibus pauperes cruce ſignatos & debiles inutiles Terre ſancte volentes redimere vota ſua a peregrinationis labore poſſitis abſolvere & de expenſis, quas eſſent pro hujusmodi abſolutione petenda ad Apoſtolicam ſedem & ad propria remeando facturi usque ad ſummam centum marcarum eisdem fratribus pro predicto opere providere, ita tamen, ut quod idem ultra illud dederint pro redemptione votorum pro terre ſancte ſubſidio integraliter conſerventur, reſcribentes nobis quicquid inde duxeritis faciendum. Quod ſi non omnes ijs exequendis intereſſe potueritis, duo vel alter veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum *Laterani* quarto Kalend: Aprilis Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

29. Martij.

Ex Regeſto anni VII. Litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 4. ep. 14.

XIII.

XIII.

GREGORIUS PP. IX. MANDAT TRANSLOCATIONEM MONIALIUM SUBURBII WORMATIENSIS.

G*regorius* &c. Venerabili Fratri . . Archi Epiſcopo Maguntino ſalutem &c.

Cultores vinee Domini ab ipſo, licet immeriti deputati fructificantes arbores ibidem plantatas libenter excolimus & fovemus excultas, ſteriles extirpantes ex ipſa, que pre nimia pinguedine luxuriantes in folia, nullum fructum afferunt diutius expectate, ut fructifere plantentur in ea, que fructus producentes ſuaves odoris fragrantia vinee Dominum reficiant & cultorem. Ad noſtram ſiquidem audientiam venerabili fratre noſtro Warmacienſi Epiſcopo referente pervenit, quod cum Abbatiſſa & moniales Warmacienſis ſuburbij illecebris mundi relictis Deo ſe mundas exhibere deberent eidem incenſum ſuavitatis digniſſimum offerendo, eedem, quod non ſine mentis turbatione referimus, venerabile cenobii nomen in ceni fetorem horribilis convertentes, vitam ducunt multipliciter diſſolutam, alia committentes enormia, que cum Deum graviter offendiſſe & ipſas irreparabiliter diffamaſſe noſcantur, ne audientes errore concutiant preſentibus ſubticemus. Quia vero non immerito redargui poſſemus ab illo, a quo nobis eſt omnium Eccleſiarum cura commiſſa, ſi Domini ſanctuarium ulterius pollui pateremur, mandamus, quatenus, ſi res ita ſe habet, Abbatiſſa &

 mo-

monialibus ſupradictis a cenobio ipſo remotis & in alijs monaſterijs Warmac: Dioc: ordinis ſancti *Auguſtini* congrue collocatis, in eo auctoritate noſtra plantes aliquem ordinem de regulis approbatis, ſi ad hoc congruere penſatis ſingulis circumſtantijs videatur. Alioquin ibidem canonicos inſtituas ſeculares. (*) Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum *Laterani* XVI. Kal. junij Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

17 Maji.

Ex regeſto Anni VII. Litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 4. ep. 103.

XIV.

GREGORII PP. IX. BREVE AD SIFRIDUM ARCHIEP. MOG. &c. UT CONTRA HAERETICOS IUXTA STATUTA CONCILII GENERALIS PROCEDANT.

G*regorius* &c. venerabilibus Fratribus . . Archi Epiſcopo Maguntino . . Epiſcopo Ildeſemen: & dilecto filio Fratri C. ord. Predic. provinciali Priori in Teutonia ſalutem &c.

Dole-

(*) Ex hac ordinatione proviſoria dimetiri licet, quam ſollicite invigilaverint ſupremi paſtores Gregibus fidelium praeſertim in aſceterijs. Eamdem curam adhibuere Praeſules Wormatienſes, cum viderent mores diſſolutos &c. vid. *Schannat hiſt. Worm. T. I. p. 151.*

XXVII.



Google

Google

Dolemus & vehementi commotione turbamur, quod Teutonia, que ſicut ortus ſpiritualium voluptatum Catholice viriditate fidei & operum pietate redolere conſuevit hactenus & vigere, nunc apparet plena ſentibus hereſum & fedatu ſordibus vitiorum, & niſi Dominus reliquiſſet in ea benedictionis ſemen viros ſinceros fidei zelatores negotium correctionis ipſius eſſet ambiguum & forſitan deſperandum. Nunc vero ſicut in veritate comperimus, vos & alij Eccleſiarum Prelati ac perſone, fratres quoque ordinis Predicatorum tollentes reſinam ad dolorem ejus, & cauterium ad tumorem ac cum Evangelico ſamaritano vinum & oleum vulneribus infundentes vigilanter inſtatis, ſi forte ſit ſanitas, nec non viri nobiles vere fortes veri lectulum Salomonis gladijs ambiunt, dum vobis efficaciter aſſiſtentes opus Dei & utilitatem publicam operantur. Unde non immerito proſperari jam in talium manu fidei negotium credimus, que pro immanitate ſcelerum & multitudine perverſorum timere contrarium poteramus. Quocirca mandamus, quatenus aſſumptis vobiscum viris religioſis & Deum timentibus ac in jure peritis in examinatione, condempnatione & reconciliatione ſecundum formam Concilij Generalis & ſtatuta nuper a nobis edita procedatis, attentius proviſuri, ut puniatur ſic temeritas perverſorum, quod innocentie puritas non ledatur, univerſis auctoritate noſtra mandantes, quibus hoc negotium fidei eſt commiſſum, ut ſecundum formam ac ſtatuta preſcripta procedere non poſtponant. Contra-

tradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Quod ſi non omnes &c. duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum *Anagnie* XII. Kal. Novembris Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

21 Oct.

Ex regeſto anni VII. litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 4. ep. 311.

Videantur litterae Apoſtolicae anno elapſo datae IV. Kal. Novembris.

XV.

GREGORIUS PP. IX. AD ARCHIEPISCOPUM MOGUNTINUM &c. DE COEDE CONRADI DE MARBURG &c. (*)

Gregorius &c. Venerabilibus Fratribus.. Archiepiſcopo Maguntinenſi.. Epiſcopo Ildeſemen: & dilecto filio Priori Provinciali ord. Pred. in Teutonia ſalutem &c.

Que-

(*) De *Conrado* multa in *Analectis Haſſiacis Kuchenbecker Coll. 3. p.* 72. ubi *Jo. Georg. Eſtor* ſupplementa vitam *Conradi de Marburg* illuſtrantia. Monendum autem, quod *Eſtor* in capite libri errorem commiſerit, ex *Conrado* Dominicanum faciendo, ſeductus formulâ *Gregorij* VIII. PP. ubi ait: *Conrado de Marburg* Praedicatori verbi Dei in Alamannia &c. quae verba Praedicatorem ſed non ex ordine Praedicatorum innuunt. De hoc jam alibi noſtra aperuimus ſenſa.

XXVIII.



Querit aſſidue perfidia proditorum ſingulis, quos odio proſequuntur per illorum domeſticos & dilectos procurare diſcrimina, eo quod pre cunctis peſtibus familiaris inimici jacula ſint nociva. Sane humani generis inimicus continue perverſitatis officio deputatus per plures de gentis collegio gratioſe in partibus Teutonie conſtitute, quam inter ceteras fidelium nationes reputavit & reputat mater eccleſia ſpecialem Chriſtiane fidei profeſſores atterere nititur & illius prorſus evacuare gloriam multipliciter expetitur, ipſe quidem ſicut dolentes audivimus & referimus conturbati pridem bone memorie Magiſtrum *Conradum de Marburch* preconem precipuum ſummi Regis & fratrem *Gerardum* quos eadem fides & paſſio vere fecit eſſe Germanos ſuorum manibus miniſtrorum extinxit & ex hoc iniquitatis ſue participes ad perditionis opera ſolito fortius inſtigavit. Quid ad iſta? Nonne ſatis evidenter innuitur, quod ille actor perfidie perditionis filius ſathan tumidus & elatus, qui ſedem ad Aquilonem ponere voluit & altiſſimi ſimilitudinem obtinere velit & nunc ſapientie Dei Patris obſiſtere, ac ne poſſit electorum reſtaurari numerus, impedire? quid eſt enim fideles a cultu ſeducere conditoris, niſi quod celi atrium careat futura preſentia beatorum? quid eſt ſancte Doctores eccleſie & alios in gentibus nomen Domini nuntiantes mortis delere ſupplicijs, niſi quod fidelibus via vite non pateat eorum ſalubribus documentis? Ergo Fratres quibus conſilijs, quibusve remedijs hujusmodi perverſoris periculis obſiſtetur? porro non

 eſt

eſt abbreviata manus Domini, quin ſue ſponſe ſtudio, quam virtutum inſignibus redimitam triumphanti fortitudine communivit, fraudibus principis ſuperborum quem de ſummis ad ima propulit & inferorum miſerie deputavit, poſſit potenter occurrere ac perfidie tenebris involutos de Collegio fidelium abolere. Vobis igitur quos virtus Divina conſtituit exaltare in populis ſue magnitudinem Majeſtatis, per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientie diſtricte precipiendo mandamus aç in remiſſionem injungimus peccatorum, quatinus provide attendentes, quantum poſſit fidelibus imminere periculum, ſi, quod abſit, peſtis heretica majus ſuſcipiat incrementum, preſertim cum ledre contagium quanto grandius redditur, tanto gravius tolleretur, vos promptis affectibus ad proponendum contra illam crucis evangelium in Teutonie partibus, quibus potius expedire videritis, accingentes, aſſumptis in partem ſollicitudinis, quibus digne congruat ſuperne preconium veritatis ſecundum dona prudentie, que de celeſti plenitudine vos tribuente Domino credimus accepiſſe, Regis eterni populum in eisdem partibus conſtitutum ad hoc ſacris & attentis exhortationibus inducatis, ut ſuſcepto cum reverentia ſignaculo ſancte crucis conſtantis animi fulcimenta ſuſcipiant & ad perdendas viperas, que familiam querunt extinguere conditoris potenti virtute ſe dirigant & procedant, ſicque fiat, quod illarum confuſa congerie poſſit chriſtiana religio preſentis & eterne ſalutis gaudijs exultare. Verum ut quod a nobis ſcripto

ſcripto ſuggeritur, ſacrorum impenſa munerum ad effectus gratiam auctore Domino perducatur, nos de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad ſpinas heretice pravitatis eterne punctionis aculeos producentes extirpandos de vinea Redemptoris laborem ſubierint in perſonis proprijs vel expenſis, omnium peccatorum ſuorum veniam ſicut euntibus *jeroſolimam* indulgemus. Datum *Anagnie* ſecundo Kal. Novembris Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

31. Oct.

Ex Regeſto anni VII. litterarum Apoſtolicarum *Gregorij* PP. IX. Tom. 4. ep. 347.

XVI.

GREGORII PP. IX. BREVE SUPER STATU MONASTERII VETERIS MOGUNTIAE IMMUTANDO. (*)

Gregorius &c. dilectis filiis . . Prepoſito & . . ſubdecano Majoris Eccleſie & Decano *Sancte Marie* ad *Gradus* Colonien: ſalutem &c.

Ex parte dilectarum in Chriſto filiarum conventus Monaſterij veteris Maguntin: fuit propoſitum

C 5

(*) Quod *Sifridus III.* Archipraeſul pie intenderat, id an. MCCXLII. ad effectum perduxit, Ordinem Cicercienſium in Monaſterium *Veteris Cellae* inducendo.

ſitum coram nobis, quod cum in aſſumptione ordinis intentio fuerit earumdem, ut in ea vocatione, qua vocate fuerant, perpetuo permanerent, venerabilis frater noſter . . Archiepiſcopus Maguntinus aſſerens ſe ſuper corrigendis monaſteriis & eccleſiis ſue dioceſis a nobis ſub certa forma recepiſſe mandatum ac volens mutare ſtatum, in quo idem monaſterium fuerat a tempore, cujus memoria non exiſtit, perſonaliter ad ipſum acceſſit & quasdam ipſarum monialium invitas & renitentes, reliquis recedentibus ab eodem, includi faciens violenter poſſeſſiones, redditus & alia bona prefati monaſterii pro ſue voluntatis libito occupavit ac *junčte* (**) quondam jam dicti monaſterii Abbatiſſe extra illud in ſeculo commoranti de bonis ejusdem non modicam pecunie ac bladi quantitatem facit annis ſingulis auctoritate propria miniſtrari in earum & dicti monaſterii prejudicium & gravamen, alias exiſtens eisdem gravis non modicum & moleſtus. Quare pro eis fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum per Dei Gratiam ſtatuta regularia in predicto monaſterio laudabiliter obſerventur & ad mandatum noſtrum ſi quid eſt correctione dignum, in eis corrigere ſint parate, providere ſuper hoc eis ſalubriter dignaremur. Quia vero nobis non conſtitit de premiſſis, mandamus, quatenus ad locum ipſum perſonaliter accedentes, inquiſita ſuper premiſſis diligentius veritate ſi rem inveneritis ita eſſe, predictas moniales

(**) In actis monaſterii Veteris vocatur *Guda* non *juncta.*

niales moneatis attentius & inducere ſtudeatis, ut incluſe corpore, mente libera Domino famulentur. Quod ſi monitis veſtris acquieſcere forte noluerint, cum coacta ſervitia Domino non ſint grata, conceſſa eis licentia in ſue vocationis propoſito permanendi, eidem monaſterio impendatis viſitationis officium vice noſtra corrigentes & reformantes ibidem, que correctionis & reformationis Officio videritis indigere. Poſſeſſiones quoque ac redditus & alia ſupradicta monaſterio memorato reſtitui ac dictam *I.* (*) redire ad ipſum monaſterium, ut tenetur, ibidem regulariter moraturam nichilominus faciatis, contradictores per Cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Quod ſi non omnes &c. duo vel alter veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum *Laterani* tertio Kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno octavo.

30 Martii.

Ex Regeſto Anni VIII. litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 4. ep. 5.

(*) vid. ſupra.

XVII.

GREGORII PP. IX. BREVE, QUOD ELECTUS CURIENSIS A METROPOLITANO COMFIRMATUS POSSIT RETINERE BENEFICIA SUA.

Gregorius &c. dilecto filio. (*) Electo Curienſi ſalutem &c.

Pro te fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum electio de te in Epiſcopum Curien: celebrata canonice per venerabilem Fratrem noſtrum . . Magunt: Archi Epiſcopum Metropolitanum tuum rite fuerit confirmata & Eccleſia Curien: gravi prematur onere debitorum, retinendi ſaltem usque ad certum tempus beneficia, que prius Canonice obtinebas, licentiam tibi concedere digaremur. Nos igitur Cariſſimi in Xpo filij noſtri *R.* Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti pro te ſupplicantis devotis precibus inclinati veris exiſtentibus ſupradictis, percipiendi fructus beneficiorum ipſorum usque ad noſtrum beneplacitum auctoritate tibi preſentium concedimus facultatem; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere &c. ſi quis autem &c. Datum *Reate* tertio Idus julij Pontificatus noſtri anno octavo. 13. julij.

Ex regeſto Anni VIII. Litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 4. ep. 154.

XVIII.

(*) Fuit is *Udalricus* IV. Comes de *Kyburg* Eccleſiae Curienſis Coadjutor & Abbas Einſidlenſis in Epiſcopum Curienſem electus an. 1234. in locum interfecti Epiſcopi *Bertholdi* Comitis de *Helffenſtein.*

XVIII.

GREGORII PP. IX. BREVE SUPER INQUISITIONE MIRACULA BEATE RECORDATIONIS ELISABETH LANTGRAVIE. (*)

Gregorius &c. Venerabili fratri .. Episcopo Ildeſemen: & .. de valle ſancti *Georgii* & Herweden: Abbatibus Magunt: Dioc. ſalutem &c.

Ne poſſimus argui, ſi lucernam dignam ſuper candelabrum collocari, detineri ſub modio patiamur, preſertim cum evidentibus indiciis de celo noſcatur emittere multos radios claritatis, diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientie precipiendo mandamus, quatenus inquiſitionem, quem de miraculis beate recordationis *Heliſabeth* Langravie Turingie per venerabilem fratrem noſtrum .. Archiepiſcopum Maguntinum & bone memorie Magiſtrum *C. de Marborch* fieri mandavimus, nobis per ſollempnes nuntios, quorum committi meritis tanti excellentia negotii debeatur ad noſtram preſentiam infra quinque menſes poſt ſuſceptionem preſentium deſtinetis. Verum ſi prefata inquiſitio forte pre manibus non habetur, vos habentes pre oculis divine reverentiam Majeſtatis, teſtes eosdem, quos dicti Archi Epiſcopus & Magiſter ſuper ipſius *E.* miraculis receperunt, aut alios, ſi habere poteritis fide dignos, advocatis ad hoc viris prudentibus & in

(*) Archi Epiſcopo Mog. & *Conrado* de *Marburg* Litterae Pontificis pro conficiendo hoc negotio transmiſſae ſunt an. 1232, II. Id. Octobris.

in jure peritis, examinantes qua convenit ſollicitudine diligenti dicta eorum & ſeriem teſtimonij de verbo ad verbum in ſcriptis fideliter redigi faciatis, que ut inſtruamur de dono gratie, quam circa gratitudinis filiam videtur virtutum Dominus effudiſſe, ſub veſtris ac Prelatorum nec non religioſorum virorum ſigillis infra dictorum menſium ſpatium, omni occaſione poſtpoſita, nobis mittere procuretis. Quod ſi non omnes ijs exequendum intereſſe potueritis, tu Frater Epiſcope cum eorum altero ea nihilominus exequamini. Datum *Peruſii* quinto Idus Octobris Pontificatus noſtri anno octavo.

11. Oct.

Ex regeſto Anni VIII. Litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 4. ep. 244.

XIX.

GREGORII PP. IX. BREVE INDULGENTIARUM PRO MONASTERIO REINHARDSBORN. (*)

G*regorius* &c. dilectis filijs univerſis Xpi fidelibus per Maguntinam provinciam conſtitutis ſalutem &c.

Quia ſenſus hominis proni ab adoleſcentia ſunt ad malum & a primis nature veſtigijs omnis etas vicium

(*) De hoc monaſterio Thuringiae valde celebri videatur *Thuringia ſacra pag. 41—291.*

vicium imitatur, ſicut ex ſenſualitate caro vergit in culpam, ita vigore ſpiritus precedente & gratia ſubſequente divina animus niti debet ad veniam & remedia ſemper inquirere, quibus occaſiones innumeras valeat declinare. Cum igitur non facile habitantibus ſuper terram incurſus evadere deliſtorum, propter quod divina ſuffragia ſunt plurimum oportuna, que ſi digne petantur, noſtrorum corruptela criminum aboletur, Univerſitatem veſtram monemus & hortamur in Domino ac in remiſſionem vobis injungimus peccatorum, quatenus ad monaſterium ſancte *Marie* in *Reinbburn* (*) ordinis ſancti *Benedicti* in feſto Aſſumptionis ipſius virginis glorioſe & primo die Dominico menſium ſingulorum imploraturi a Domino veſtrorum veniam delictorum in humilitate ſpiritus accedatis. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi univerſis cum debita reverentia & devotione illuc annuatim in eadem ſollempnitate ac die predicto accedentibus quadraginta dies de injuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Datum *Peruſii* ſecundo idus octobris Pontificatus noſtri anno octavo.

14 Oct.

Ex regeſto Anni VIII. Litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 4. ep. 257.

(*) *Reinhardsborn.*

XX.

GREGORII PP. IX. BREVE QUO ABBATI REINHARDSBORNENSI CONCEDITUR USUS ANNULI.

Gregorius &c. Dilecto filio. . (a) Abbati Monaſterij de *Reinbesburn* (*) ordinis ſancti *Benedicti* Mag. Dioc. ſalutem &c.

Ex eo quod ſicut accepimus in monaſterio de *Reinbesburn* tibi commiſſo laudum continuata frequentia nomen exaltatur altiſſimi & in tuo tuique conventus ſtudio geritur, favorem ſedis Apoſtolice per devotionis opera promereri, nos felicis recordationis *Lucij* Pape predeceſſoris noſtri veſtigijs inherentes, qui dictum monaſterium affectu proſequens ſpeciali, ad preces clare memorie Landgravij Thuringie quondam *H.* (b) predeceſſori tuo uſum mitre contulit, ſicut petitionis tue ſeries nos inſtruxit, intuitu dilecti filij nobilis viri Landgravij Thuringie, quem ſue devotionis meritis habemus in viſceribus caritatis, tibi & ſucceſſoribus tuis uſum annuli (c) de gratia concedimus ſpeciali. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam

(a) *Ekkehardus* tunc Abbas Reinhartsbornenſis erat.

(*) *Reinhartsborn.*

(b) *Hermanno* Abbati, cui uſus mitrae An. 1183. a *Lucio* conceſſus. *Thuringia ſacra* pag. 177. *Schannat vindem. litter. Coll. I. p.* 117.

(c) Per annulli geſtationem integritatem fidei indigitatam] eoque inſigni Abbatem admonitum voluerunt, ut eccleſiam ſibi traditam diligeret & cuſtodi-

ginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Peruſij* XVI. Kal. Novembris Pontificatus noſtri Anno octavo.

17. Oct.

Ex regeſto anni VIII. Litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 4. ep. 258.

XXI.

GREGORII PP. IX. BREVE EXCITATORIUM AD SIFRIDUM III. ARCHIEP. MOGUNT: UT CUM MILITIA VENIAT IN SUCCURSUM TERRAE SANCTAE.

Gregorius &c. Venerabili Fratri.. ArchiEpiſcopo Maguntin: ſalutem &c. (*)

Cuncta

ſtodiret. Ipſi enim Abbates dicuntur contrahere matrimonium cum eccleſijs ſuis, quemadmodum annulus in ſignum matrimonij tradi ſolet. *Tamburinus de jure Abbatum diſp.* 20. *quaeſt. I. p.* 292. Quando Epiſcopus benedicens annulum in digitum annularem dexterae manus Abbatis immittit, dicit: Accipe annulum fidei ſcilicet ſignaculum, quatenus ſponſam Dei, ſanctam videlicet Eccleſiam intemerata fide ornatus illibate cuſtodias. *Pontificale Romanum in benedictione Abbatis.*

(*) Praeter Moguntinam excitati pariter plures Eccleſiaſtici proceres praepotentes, Patriarcha nimirum

Cuncta ſapienter ab initio diſponens ſapientia Dei patris ſacroſancte Matri Eccleſie ſponſe ſue providit certa remedia, per que ipſo favente a neceſſitatum incurſibus reddatur feliciter expedita. Hinc eſt, quod cum ipſa multis excitetur Terre ſancte clamoribus, ut ejus miſerando ſtatui ſuccurſum celerem ſtudeat impertiri, cui preſtandi ſubſidium oportunitas tollitur, quin prius in diffidij conſtituti diſcrimine, quorum preſſa moleſtijs cogitur eccleſia ſuſpirijs inundare, in pacis federa reformatur; Nos de te merito preſumentes, ut diſpoſitione divina es de majoribus ejusdem membris eccleſie, ſibi letanter debeas in neceſſitatis articulo ſubvenire, fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta firmiter precipiendo mandamus, quatenus prudenter advertens, quod id filijs debeat ineſſe potiſſimum, ut mater eorum intenta profectibus vigoris & potentie obtineat fulcimentum & quod membris roboris munimen adicitur, ſi firma diſpoſitio capitis habeatur. Memor etiam juramenti, quod pro tuendis regalibus & patrimonio beati *Petri* ſedi Apoſtolice, preſtitiſti ad ſubventionem eccle-

mirum Aquilejenſis, Archiepiſcopus Treverenſis, Salisburgenſis, Epiſcopus Pragenſis, Leodienſis, Patavienſis, Metenſis, Conſtantienſis, Monaſterienſis, Baſileenſis alijque plures Epiſcopi & Abbates: tum alij ſeculares Imperij Principes, Rex Bohemiae, Lantgravius Thuringiae, Auſtriae & Stiriae Bavariae, Saxoniae, Lotharingiae, Limburgi, Brabantiae Duces, pluresque Marchiones Comitesque ſolicitati litteris, ut proximo futuro Martio egregijs inſtructi copijs iter ſacrum ſuſciperent. *Regeſt. Gregorij ep. 333. &c.*

eccleſie, pro cujus libertate tuenda cariſſimus in *Xpo* filius noſter *Fr.* Rom. Imperator ſemper Auguſtus, jeruſalem & ſicilie Rex Illuſtris paratus eſt magnifice proſequi, per quod tam Eccleſie quam Imperij jura favente Domino valeant optineri, apparatu ſtrenuo te ſtudeas communire, ita quod pro eccleſia proximo futuro Marcio te perſonaliter decenti militia, que in expenſis tuis per tres menſes preter tempus quo venient & recedent ad ejusdem moretur obſequia comitatum vel ſaltem jam dictam militiam ſi venire nequiveris cum exultatione recipiat ac tuis & aliorum expedita ſubſidijs ad redemptoris gloriam in pacis gaudio refloreſcat, mandatum noſtrum taliter impleturus, quod tuis & Eccleſie tue commodis, cum oportunum fuerit, favorabiliter intendamus. Datum *Peruſij* IX. Kal. Novembris Pontificatus noſtri Anno octavo.

24 Oct.

Ex regeſto Anni VIII. Litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 4. ep. 273.

XXII.

GREGORII PP. IX. BREVE EXHORTATORIUM AD DECANUM ET SCOLASTICUM MOGUNT: PRO CRUCIATA.

Gregorius &c. dilectis filijs . . Decano & . . Scolaſtico Magunt: ſalutem &c.

Pium & ſanctum propoſitum, quod de ſubventione Terre ſancte (*) pro communi ſalute Deo inſpirante concepimus & perducere ſatagimus ad effectum ex generalibus litteris poteritis advertere manifeſte. Cum ergo de ſinceritate ac ſollicitudine veſtra geramus fiduciam pleniorem, vosque reputemus idoneos ad fungendum pro *Xpo* legationis officium in hac cauſa, diſcretionem veſtram rogamus, monemus & obſecramus in Domino per Apoſtolica vobis ſcripta diſtricte precipiendo mandantes & in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus accenſi zelo fidei Chriſtiane portetis in humilitate cordis & corporis verbum crucis & ad vindicandam injuriam crucifixi fideles ipſius, prout in generalibus litteris continetur, cura ſollicita & accurata ſollicitudine inducatis exponentes diligenter & efficaciter univerſa, que ad ſubventionem terre ſancte in eisdem litteris videbitis comprehenſa, que a vobis voluimus ſtudioſe notari. Ut autem operum exhibitione monſtretis vos portare in cordibus veſtris ſtigmata *jheſu Xpi*, diſtricte precipimus, quatenus excutientes ab omni munere manus

(*) *Gregorium* indixiſſe *Spoleti* univerſo orbi Chriſtiano ſacram adverſus infideles Aſiaticos expeditionem, tradit vitae Pontificiae ſcriptor anonymus his verbis — Ibidem primo crucis verbum in Terrae ſanctae ſubſidium in majori platea civitatis utriusque ſexus populo congregato lacrymabiliter & devote proponens, eorum turbam non modicam cum lacrymarum profluvio crucis charactere inſignivit, per mundi climata crucis praedicatoribus paſſim deſtinatis. Id quod etiam apparet ex his noſtris litteris Apoſtolicis,

XXIX.



nus veſtras, nec aliquid preter victum & alia neceſſaria recipientes a quoquam quin etiam moderate ſumentes hec eadem & modeſte in evectionibus quaternarium & in perſonis ſenarium numerum ſinguli veſtrum nullatenus excedatis, ita modum atque modeſtiam in hijs alijsque ſervantes, ut in vobis nihil reprehenſibile valeat inveniri, per quod offendiculum credito vobis evangelio prebeatur. promoventes eo ſtudio ac evigilantia cauſam *Xpi*, ut multorum & magnorum laborum, que de ipſa credimus proventura, participes exiſtatis. ſi quid autem pro Terre ſancte ſuccurſu fuerit vobis oblatum, faciatis illud apud aliquem religioſum locum ſtudioſe reponi; ſignificaturi nobis in fine anni proceſſum & profectum ſollicitudinis veſtre, ut cognoſcere valeamus apud quos profeceritis in perſonis aut rebus ad hoc ſalutare negotium deputatos, noſtrumque vobis beneplacitum reſcribamus, docentes, qualiter in antea procedere debeatis. Datum *Peruſij* X. Kal. Decembris Pontificatus noſtri anno octavo.

22. Nov.

Ex regeſto Anni VIII. Litterarum Apoſtolicarum Gregorii PP. IX. Tom. 4. ep. 316.

XXIII.

GREGORIUS PP. IX. ARCHIEPISCOPIS MOGUNTINO, TREVERENSI ET COLONIENSI COMMENDAT DEFENSIONEM ECCLESIAE.

Gregorius &c. venerabilibus Fratribus . . Maguntinenſi . . Treverenſi . . Colonienſi Archiepiſcopis & eorum ſuffraganeis ſalutem &c.

Ecce per dilectum filium Magiſtrum *Petrum de Supin* ſcriptorem noſtrum de cujus fide ac diſcretionis induſtria ſinceram obtinemus fiduciam alias vobis litteras Apoſtolicas ſingulariter deſtinamus, quibus ſtatus noſter & Eccleſie plenius vobis exprimitur, ac a fraternitate veſtra pro defenſione libertatis eccleſiaſtice ad reprimendam ſuperbiam ſe circa Deum & eccleſiam extollentem fiducialiter auxilium imploratur. Vos itaque litterarum earundem tenore inſpecto & intellecto, que idem ſcriptor de ſtatu ipſo vobis duxerit proponenda, ita provide curetis, quod in inſtantis neceſſitatis articulo veſtre devotionis affectum certius agnoſcere valeamus ex opere ac experiri plenius per effectum, quantum libertatem eccleſiaſticam zelemini & honorem. (*) Quicquid autem ſinguli veſtrum inde duxeritis providendum, nobis per eun-

(*) Romani hoc anno ſeditionem conflarunt in Pontificem, *Gregorium* urbe exire coegerunt atque Oratores ad trahendos ad defectionem populos in Hetruriam ac finitimas regiones miſère, qui ubi a ſubditis Eccleſiae ingentem pecuniarum vim corraſiſſent, celſiſſimam turrim in oppido, cui Mons altus

XXX.



Google

eundem veſtris curetis patentibus litteris intimare. Datum *Peruſij* ſecundo Kal. Decembris Pontificatus noſtri Anno octavo.

30 Nov.

Ex regeſto Anni VIII. litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 4. ep. 345.

XXIV.

GREGORIUS PP. IX. BREVE AD ARCHIEPISCOPUM MOGUNTINUM SUPER PRAEPOSITURAE COLONIENSI.

Gregorius &c. Venerabili Fratri . . Archiepiſcopo Maguntino ſalutem &c.

Cum ſit officij noſtri debitum benigno favore proſequi, quod conſonum cernitur equitati, libenter bene meritis auxilium pie proviſionis impendimus, quos indigne neceſſitatis onere comprimi preſentimus. Hinc eſt, quod ſicut accepimus, cum dilectus filius *Conradus* Prepoſitus Colonienſis (*) propter proſecutionem cauſe, que inter ipſum & *Conradum* ſubdiaconum noſtrum Prepoſitum ſan-

D 4 cte

altus nomen eſt, in occupati dominatus argumentum excitarunt. *Raynaldus Annal Tom. XIII. p. 411.* Quae ſeditio cauſa litterarum ad Archiepiſcopos eorundemque ſuffraganeos erat.

(*) *Conradus* Comes Höchſtedenus *Lotharij* & *Mathildis* Viennenſis Comitis filius, Anno MCCXXXVII. a primoribus cleri uno conſenſu Archiepiſcopus eſt electus. Praefuit annis XXIV. menſibus III.

cte *Marie ad Gradus* Colonien: ſuper Prepoſitura Colon: vertitur, adeo ſit attritus laboribus & expenſis, quod prout ſuam condecet honeſtatem nequit in ipſa procedere, niſi concedatur eidem condigne ſubventionis gratiam obtinere, precipiendo mandamus, quatenus ſibi, ne hujusmodi occaſione in ſuo jure deficiat de bonis ad dictam prepoſituram ſpectantibus in expenſis, de quibus, quo uſque cauſa hujusmodi finem debitum ſortiatur, commode ſuſtentari valeat, auctoritate noſtra providere procures. Contradictores &c. Datum *Peruſij* XV. Kal. Ianuarij Pontificatus noſtri anno octavo.

18 Dec.

Ex regeſto anni VIII. litterarum Apſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 4. ep. 373.

XXV.

GREGORIUS PP. IX. EXCITAT EPISCOPUM HILDESHEIMENSEM AD PREDICANDUM SIGNUM CRUCIS.

G*regorius* &c. Venerabili fratri . . Epiſcopo Ildeſenenſi ſalutem &c.

Quantum nos urgeat negotium Terre ſancte, is novit plenius qui renes ſcrutatur & corda, cum ad liberationem ipſius totis deſiderijs aſpiremus. Cupientes igitur multos accingi per crucis gloriam ad corporale tyrocinium exercitus Ieſu Chriſti

ſti devotioni tue, in cujus ore non eſt verbum Domini alligatum, predicationis officium in Maguntina provincia pro crucis negotio duximus imponendum, & ut fideles *Chriſti* ferventius & libentius currant ad audiendum verbum Domini & accedant, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad ſolempnem predicationem tuam acceſſerint in qualibet civitate, villa vel oppido ſemel in ſeptimana decem vel viginti ſeu triginta dierum indulgentiam largiaris, prout videris expedire. Ut autem nichil omnino deſit ad commiſſum tibi officium exequendum, abſolvendi juxta formam Eccleſie manuum injectores in clericos ac incendiarios duntaxat cruce ſignatos & aſſumentes etiam ſignum crucis vel juxta facultates ſuas proprijs expenſis alios pro ſe miſerint bellatores & commutandi vota peregrinationis in votum hujusmodi pietatis auctoritate tibi preſentium concedimus poteſtatem, proviſo quod ij, qui pro violenta injectione manuum excommunicationis vinculo ſunt ligati, paſſis injuriam & incendiarij eis, quibus dampna per incendium intullerunt, ſatisfaciant competenter, dummodo non fuerit adeo gravis & enormis exceſſus manuum injectarum, quod merito ſint ad ſedem Apoſtolicam deſtinandi. Ceterum quia ſicut accepimus, predicationis officium, quod pro jam dicto negotio imponimus tibi & alijs per queſtuarios impeditur, ne ipſi negotio impedimentum vel obſtaculum aliquod ingeratur, mandamus, quatenus queſtuarijs univerſis, ſi qui preſentes fuerint, proponendi aliquid populo dum a

te proponitur verbum crucis, licentiam penitus interdicas, eos ſi contra preſumpſerint per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, eadem quoque auctoritate tibi concedimus ut per plebanos & alios Eccleſiarum rectores nec non & ſimplices ſacerdotes ad predicationem tuam poſſis populum convocare, per quos etiam, ſi qui voluerint, poterunt ſecure recipere ſignum crucis. Ne vero os bovi trituranti claudatur, liceat tibi eidem officio inminenti pro octo perſonis & ſex evectionibus extra tuam dioceſim procurationes recipere moderatas. Contradictores autem, ſi qui fuerint, vel rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum *Aſiſij* quarto Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno nono. (*)

28 Sept.

Ex Regeſto anni IX. Litterarum Apoſtolicarum Gregorij PP. IX. Tom. 5. ep. 243.

(*) Quanto arderet ſtudio promovendae Divinae gloriae atque e manibus impiorum eripiendae Terrae ſanctae *Gregorius*, praeter has ad Hildeſemenſem Epiſcopum litteras id aliae demonſtrant ad alios Orbis praeſules exaratae, quibus eos incitare populos monuit, ad ſuas pro ſacra expeditione conflanda opes, prout ſua quemque moveret pietas, conferendas. *Reg. Gregor. ep. 135. &c.*

SYNO-

SYNODI SUB RABANO EPISCOPO SPIRENSI.

XXVI.

PROCESSUS SYNODALIS PUBLICATUS FERIA TERCIA POST IUBILATE ANNO 1398.

R*abanus* Dei & Apoſtolice ſedis gracia electus Spirenſis honorabilibus & religioſis ac Diſcretis in Chriſto nobis dilectis univerſis & ſingulis perſonis eccleſiaſticis & ſecularibus totique Clero & populo noſtrarum Civitatis & Diocefis, noſtre quoad hoc Iurisdictioni ſubjectis eternam in Domino ſalutem. Cura paſtoralis ab alto nobis licet immeritis commiſſa nos incitat & requirit, ut ſubjectorum nobis mores in melius reformari nec non animarum providere ſaluti quatenus in nobis fuerit procuremus. Verum quia non ſolum canonica ſed & provincialia & predeceſſorum noſtrorum ſynodalia inſtituta ſuper his & circa ea copioſe providerunt & multa Deo grata ſalubriter ordinarunt, univerſitati veſtre diſtricte precipiendo mandamus, quatenus hujusmodi canonica, provincialia & ſinodalia inſtituta ſtudeatis inviolabiliter obſervare, ſi, prout hortamur, Divine Majeſtatis offenſam & penas meis inſertas volueritis evitare, porro quia plus timeri ſolet quod ſpecialiter indicitur & precipitur ſeu inhibetur, quam quod generaliter prohibetur aut imperatur, id circo predeceſſorum noſtrorum quoad hoc veſtigiis inherentes, ut Chriſti milicia laudibus deputata divinis vita, geſtu, moribus & habitu a gente diſcernatur laicali. diſtri-

ctius

ctius inhibemus, ne quis ex vobis Clericis & perſonis eccleſiaſticis comam nutriat ſeu Barbam precipentes, quod quilibet veſtrum decentem Tonſuram & habitum deferat clericales brevitate non culpabiles aut notabiles ornatu ſuperfluo vel colore, Decanis enim noſtre cathedralis & aliarum collegiatarum Eccleſiarum in civitate & Dioceſi noſtra Spirenſi, ipſarum Eccleſiarum canonicos vicarios & alios in Eccleſiis quarum Decani exiſtunt Beneficiatos, nec non quibuscunque aliis Decanis ruralibus confratres ſuos pro illis & alijs clericalibus jndecenciis arcendi eciam per cenſuram eccleſiaſticam preſentibus committimus poteſtatem. Item ne quis ex vobis officium Tabernarij vel receptorum hoſpitum lucri cauſa non caritative neque gratuite perſonaliter aut alias negociaciones ſeculares precipue lucrativas propoſito clericali non convenientes preſumat exercere, mandantes vobis, quod tabernas prorſus evitetis, niſi forſitan cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti, ludis illicitis preſertim alearum & taxillorum & coreis publicis aut laſcivis non interſitis nec inſiſtatis. Item ad ſobrietatem presbiteros invitamus, ut commeſſaciones & potaciones excedentes modum & horam indebitos devitent. precipimus inſuper ut omnes Clerici beneficiati noſtrarum civitatis & Dioceſis Spirenſis & ſignanter parochialium Eccleſiarum Rectores & perpetui Vicarii penes Eccleſias in quibus ipſorum quilibet beneficiatus exiſtit, reſidenciam faciant perſonalem, nec non ad ordines quos ipſorum requirunt Beneficia ſe procurent pro-

proximis a jure ſtatutis ad hoc temporibus ordinari niſi de noſtra permiſſione & licencia ſpeciali de & ſuper his per noſtras patentes literas docuerint ſe fore ſupportatos. Nos enim quaslibet jndulgencias adverſus hoc per noſtros predeceſſores quomodolibet conceſſas dudum revocavimus, ac tenore preſencium revocamus, indulgemus tamen & preſencium tenore committimus Decanis noſtre Cathedralis & aliarum collegiatarum Eccleſiarum Civitatis & Dioceſis noſtre Spirenſis ut ſuos confratres & Eccleſiarum quarum Decani exiſtunt vicarios aut alios in ipſis Eccleſiis beneficiatos qui per noſtras literas non oſtenderint ſe ſupportatos legitimis ex cauſis ad perſonalem reſidenciam & adordinum, quos ipſorum Beneficia requirunt, ſeu alias utilitas Eccleſie ſuadet, receptionem, nec non ad aſſiſtendum horis debitis divino officio, cantandum, & alia miniſteria Chori prout eos concernit devote exercendum noſtra auctoritate per cenſuram eccleſiaſticam compellere poſſint, & inſuper omnes & ſingulos qui in premiſſis vel altero illorum culpabiles vel negligentes extiterint, pro hujusmodi culpa ſeu negligencia ex nunc prout ex tunc a percepcione fructuum ſuorum Beneficiorum ſuſpenſos eſſe volumus & ſuſpendimus in his ſcriptis. Item precipimus plebanis ſeu vice plebanis apud ſuas Eccleſias aſſiduos eſſe, & ſi aliquando aliquem abeſſe contigerit, non inde recedat, niſi alium prius loco ſui interim faciat deſervire, vel ſacerdotem loci convicini roget, ut vices ſuas interim ſuppleat, & ſacram ſi neceſſe fuerit

rit ſuis ſubditis adminiſtret. Item omnibus primiſſarijs, Altariſtis Capellanis in Eccleſiis parochialibus noſtrarum Civitatis & Dioceſis beneficiatis mandamus, quatenus requiſiti per ipſarum Eccleſiarum rectores perpetuos Vicarios vel plebanos eis in divinis officiis decantandis in ſuperpellicijs aſſiſtant & concelebrent, hora tamen illa qua ſuas inibi celebrant miſſas duntaxat excepta, quod ſub pena ſolucionis trium denariorum pro qualibet vice neglecta convertendorum in candelas Eccleſie cujuslibet, que ad Elevationem ſacre Euchariſtie incenduntur, precipimus obſervari, ad quorum eciam ſolucionem omnibus Decanis ruralibus ipſorum Confratres arcendi per cenſuram eccleſiaſticam preſentibus committimus poteſtatem. Item inhibemus omnibus ruralibus Decanis & Camerarijs, nec non Eccleſiarum parrochialium Rectoribus, plebanis ac Vicarijs, ne cauſas matrimoniales, vel alias quarum cognicio ad eos non pertinet, auctoritate propria audiant, niſi ab illis ad quorum Iurisdictionem, Cognicionem ſeu deciſionem pertinent ſpecialiter eis ſint commiſſe, decernentes injuſtos & inanes proceſſus aliter habitos & habendos coram eis, volumus enim ut cauſe omnes ad examen illorum ad quos earum cognicio & deciſio pertinet, remittantur, clandeſtina quoque matrimonia ſub pena Excommunicationis fieri prohibemus & per plebanos inhiberi ſub eadem pena mandamus & precipimus, ut fiant in facie Eccleſie publice juxta morem. Item nulli queſtuarii in Eccleſiis veſtris admittantur, niſi qui literas

literas noſtras vobis preſentaverint, quarum tempus & vigor nondum exſpiravit nec permittantur, cum ſolum ipſis competat jndulgencias ſibi conceſſas inſinuare populo & caritativa ſubſidia ſuppliciter ab eodem poſtulare, nullatenus ipſi populo predicare nec aliud exponere quam quod in literis continebitur eis conceſſis per nos examinatis & approbatis. Item quia circa execucionem & publicacionem literarum apoſtolicarum & aliarum interdum multe falſitates & fraudes a nonnullis committuntur, preſenti edicto mandamus ſequens *ſanctum ſtatutum provinciale* inviolabiliter obſervari quod ſequitur in hec verba: & quia plerique falſarij literis Apoſtolicis & aliorum prelatorum aſſerunt ſe eſſe munitos, hoc ſanctum decrevit Concilium, ne tales, qualiacumque ſcripta habeant a clericis vel quibuscumque aliis perſonis eccleſiaſticis recipiantur in Eccleſia vel in Domo, niſi prius ipſorum litere per Dioceſanum Epiſcopum ſi ejus copia poſſit haberi, alioquin per Capitulum Eccleſie Cathedralis examinate fuerint diligenter, & niſi ipſius Epiſcopi vel Capituli literis teſtimonialibus ſint muniti, & hoc ideo, quia per ſacerdotes ſimplices non poteſt de facili veritas vel falſitas literarum indagari, ſane quecunque perſona eccleſiaſtica extra hanc formam tales receperit, ipſo jure ab officio & Beneficio per triennium ſit ſuſpenſa alia pena nihilominus juxta ſuperiorum arbitrium punienda, illud quoque preſentis auctoritate concilij huic capitulo duximus annectendum, ut ſi tales ſine Dioceſani literis teſtimo-

ſtimonialibus peticiones ſuas preſumpſerint promovere, plebani Civitatum & Villarum & alii ad quos venerint, eos cum rebus eorum per ſeculare judicium ſi alias detineri non poſſunt, non dubitent occupare Dioceſano ſeu archidiacono preſentandos, quod ſtatutum cum ſuis penis quoad noſtros ſubditos & quoad publicantes literas ſine literis noſtris vidimus volumus extendi. et ne aliquis cujuscunque ſtatus, ordinis vel Condicionis exiſtat, qui ſe per ignoranciam valeat excuſare, Nos *Rabanus* electus predictus predictum provinciale ſanctum ſtatutum in hac noſtra ſancta ſynodo publice mandavimus ac diſtricte precipiendo mandamus ſub obediencie & Excommunicacionis pena quam in his ſcriptis ferimus contra non parentes, premiſſum ſtatutum provinciale cum noſtra correctione inviolabiliter obſervari. Item de clericis peregrinis & ignotis quos jura prohibent admittere ad celebracionem divinorum, prohibemus & mandamus, ut nullus ignotus de partibus remotis aſſerens ſe eſſe ordinatum ad ſacros ordines, ad divina miſſarum ſolempnia celebranda publice admittatur, niſi per nos aut Decanum Eccleſie noſtre Cathedralis, cui hoc ſingulariter committimus tenore preſencium literis teſtimonialibus ordinariorum ſuorum viſis & approbatis, & ipſis per nos aut dictum Decanum cum literis noſtris aut dicti Decani admiſſis, quia ſepe compertum eſt, quod tales ignoti non promoti preſumpſerint miſſarum ſolempnia prophanare & decipere Chriſti fideles. Item contra manufideles Cle-

Clericorum defunctorum, ut Teſtamenta infra tempus ſtatutum exequerentur, nobis aut commiſſariis noſtris de fertonibus argenti nobis debiti infra menſem poſt obitum defuncti ſatisfacerent, nec non de executoribus Teſtamentorum ut infra annum & menſem racionem legitimam facerent, emiſimus proceſſus noſtros ſuſpenſionis & Excommunicacionis ſentencias continentes, tamen quidam ex eis hujusmodi ſentencias & penas ſtatutorum & proceſſuum noſtrorum non verentes in termino debito nec de fertonibus argenti nobis ſatisfecerunt & raciones facere neglexerunt contumaciter ſentencias Excommunicacionis incurrendo, quos omnes & ſingulos in genere, & quorum nomina ſciveritis in ſpecie excommunicatos publice nuncietis, & ut excommunicatos evitetis & faciatis evitari, donec & tamdiu quousque coram Decanis & Camerarijs ſuis de hujusmodi fertonibus argenti ſolutis & racionibus factis literis noſtris teſtimonialibus aut commiſſariorum noſtrorum ad hoc ſpecialiter deputandorum deſuper receptis legitima faciant Documenta. Item ſtatuto provincialis concilij inherentes excommunicamus Clericos, Monachos, Canonicos Seculares & Regulares univerſos, qui colligaciones, conſpiraciones ſeu conſideraciones ullos fecerint fidei vel Iuramenti interpoſita caucione ſive in electionibus faciendis ſive pro alijs quibuscunque negociis contra Canonicas ſanctiones, cum ex hujusmodi colligacionibus ſuboriantur discordie, que eccleſiaſticam diſciplinam diſſolvunt, bona Eccleſiarum diſſipant, &

pericula parturiunt animarum, volentes ex colligacione conſpiracione ſeu conſideracione hujusmodi neminem obligari. Item eos qui Dei timore poſtpoſito Clericos ſeu perſonas eccleſiaſticas occidunt, vulnerant, mutilant, proſcribunt, capiunt aut captos detineri preſumunt & ſentenciam quam incurrunt latam a canone non verentur, adjectione hujusmodi pene volumus coherceri, videlicet quod Prelati & Rectores parochiarum in quibus captivantes & captos detinentes ipſi degunt, & captivi clerici capiuntur & captivi detinentur, ipſos captivantes & captos tenentes excommunicatos denuncient publice ſingulis diebus Dominicis & eciam diebus feſtivis, niſi poſtquam requiſiti fuerint, eos infra octo dies dimiſerint, & in locis ubi capti Clerici vel perſone eccleſiaſtice detinentur tamdiu ſcientes ceſſent a Divinis, quamdiu in locis fuerint ſic captivi, quodſi contra fecerint, tamquam eorundem malefactorum participes excommunicatos eſſe volumus ipſo facto.

Item ordinamus, quodſi quemcunque Clericorum clericaliter ſe gerentem vel eccleſiaſticam perſonam noſtre Dioceſis nobis ſubjectam rebus ſuis a quocumque Clerico vel Laico absque auctoritate noſtra vel alterius Iudicis competentis ſpoliari contigerit, in omnibus & ſingulis locis civitatum, Villarum, Caſtrorum ſeu oppidorum, quibus & ad que hujusmodi ſpolium deductum fuerit vel etiam collocatum nomine ſpoliantis, que inſuper loca *ſacrum Moguntinenſis Eccleſie concilium* ceſſacioni ſubicit a Divinis mox poſtquam hoc innotuerit, omnes

omnes Clerici eorundem locorum ceſſare ſtudeant a Divinis nullo alio mandato a nobis vel alio preſtolato, alioquin ſentencias per dictum Concilium latas in rebelles poſt Divina celebrantes publice in predictis locis eo ipſo ſe noverint incidiſſe. Ad hec permutacionibus Beneficiorum eccleſiaſticorum nullum inferiorem Epiſcopo poſſe impertiri auctoritatem de jure & tales permutaciones factas ſine auctoritate Epiſcopi carere viribus declaramus ipſas ſi que facte ſunt vel fiunt, caſſantes & irritas nunciantes, prohibentes nihilominus ſub Excommunicacionis pena quam in rebelles ferimus in his ſcriptis, ne aliquis inferior Epiſcopo in poſterum a nobis vel commiſſario noſtro ad hoc ſpecialiter deputato ex cauſa permutacionis vel alias de Beneficiis ad noſtram collacionem ſpectantibus inveſtitos denuo inveſtire, aut ab alio quam a nobis aut noſtro commiſſario jnveſtituram petere vel recipere quovis modo preſumat, indignum etenim reputamus, quod ſuperioris auctoritate licite perfectum eſt, ab inferioribus iterato quaſi ludibrio factum ſit refricari, creacionibus inſuper & fundacionibus, Dotacionibus ac inſtitucionibus novis eccleſiaſticorum Beneficiorum nullum inferiorem Epiſcopo poſſe impertiri auctoritatem de jure preſentibus declaramus, factas tamen ante noſtri promocionem ad Eccleſiam Spirenſem per prepoſitos & Archidiaconos nobis ſubjectos per pacienciam tolleramus, & pro bona pace ad evitanda ſcandala prout & quatenus alias legitime facte ſunt, & canonicis non obviant inſtitutis, Juri quoque non

prejudicant ſeu derogant cujuscunque, preſentibus confirmamus & eis auctoritatem impertimur, ſub pena Excommunicacionis ex nunc canonica monita premiſſa in his ſcriptis late a nobis ſentencie inhibentes, ne aliquis ſacerdos in noſtra civitate vel Dioceſi aliquam de cetero miſſam celebret ſub nomine ſacerdotalis Prebende perpetue ſeu Beneficii eccleſiaſtici, quod ſive que non eſt de noſtra auctoritate modo debito inſtituta vel inſtitutum & per noſtras litteras approbata ſeu approbatum. preterea concubinatus vicium in clero deteſtantes omnibus & ſingulis clericis & perſonis eccleſiaſticis noſtrarum civitatis & Dioceſis in virtute ſancte obediencie diſtricte precipimus, quatenus in hoc vicio culpabiles omnes & ſingulas mulieres ſuſpectas & precipue ſuas concubinas a ſe & a ſua cohabitacione rejiciant, repellant & excludant, eas penitus & cum effectu dimiſſuri pariter & evitaturi, nec eas vel alias quomodolibet reſumpturi, ſi qui vero contra hanc noſtram prohibicionem concubinas ad ſui procuracionem ſibi aſſumpſerint vel aſſumptas infra menſem poſt preſencium publicacionem ſeu notificacionem eis factam non dimiſerint & a ſe repulerint cum effectu Excommunicacioni quam ex nunc proferimus, ſubjaceant ipſo facto, & ne aliquis per ignoranciam ſive contumaciam ſe excuſare preſumat, diſtricte precipimus & mandamus ſub obediencie debito & ſub pena ſuſpenſionis a Divinis, quatenus honorabiles noſtre Cathedralis & aliarum Collegiatarum Eccleſiarum intra & extra muros Civitatis Spirenſis Decani & Capitula

pitula infra triduum nec non ſinguli Decani & Camerarij rurales aut ipſorum Nuncii hujusmodi noſtri proceſſus copias antequam recedant ab iſto loco recipiant, nec non ordinent in proximis Capitulis & Convencionibus ipſorum hujusmodi noſtra ſtatuta provincialia & ſynodalia ac Mandata legi & publicari ut memoriter teneantur & debite obſerventur. in quorum omnium & ſingulorum premiſſorum teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Utenheim* dicte noſtre Dioceſis feria ſecunda poſt Dominicam *Jubilate* Anno Dñi M. CCC. XCViijº.

Plures ordinationes in ſynodis emanatos exhibet *Tom. XI. Subſid. Dipl. a pag. 409—446.*

XXVII.

PROCESSUS SYNODALIS PUBLICATUS FERIA TERTIA POST IUBILATE *SPIRE* Aõ. 1399.]

Rabanus Dei & Apoſtolice ſedis gracia electus Spirenſis honorabilibus & religioſis ac diſcretis in Chriſto nobis dilectis univerſis & ſingulis perſonis eccleſiaſticis regularibus & ſecularibus totique Clero & populo Noſtrarum Civitatis & Dioceſis, noſtre quoad hoc Iurisdictioni ſubjectis eternam in Domino ſalutem. Meminimus nos dudum omnia & ſingula canonica provincialia & ſinodalia inſtituta univerſitati veſtre inviolabiter obſervare mandaſſe, ſignanter in duabus ſynodis ultimo transactis nonulla quoque habitum, geſtus,

 mores,

mores & converſacionem clericali decentia ordini, necnon queſtuarios, clericos peregrinos, manufideles clericorum defunctorum, & publicantes literas apoſtolicas absque literis vidimus deſuper habitis concernencia ſpecialiter & ſubjectis penis in noſtris proceſſibus promulgata expreſſiſſe, que omnia quia veſtram non putamus exijſſe memoriam, preſencium tenore & ſub penis in dictis ſtatutis nec non noſtris proceſſibus contentis tanquam repetita precipimus per unumquemque veſtre univerſitatis, quantum ipſum concernit inconcuſſe obſervari, verum ut tam provincialium quam ſynodalium ſtatutorum noſtrorumque mandatorum alias publicatorum alique veſtris melius poſſint mentibus radicari, effectum quorundam ex eis preſentibus duximus inſerendum. Univerſis parochialium Eccleſiarum rectoribus & prelatis diſtricte precipiendo mandantes, quatenus eos, qui Dei timore poſtpoſito Clericos ſeu perſonas eccleſiaſticas in ſuis parrochijs occidunt, vulnerant, mutilant, proſcribunt, capiunt aut captos detinere preſumunt, & ſentenciam quam incurrunt latam a canone non verentur, preſertim in locis, in quibus captivantes & captos detinentes ipſi degunt, & captivi Clerici capiuntur & captivi detinentur, talesque enormes exceſſus committuntur, ipſos captivantes & captos tenentes denunccient excommunicatos publice ſingulis diebus Dominicis & eciam feſtivis, niſi poſtquam requiſiti fuerint, eos infra octo Dies dimiſerint, & inſuper in locis, ubi capti clerici ſeu perſone eccleſiaſtice

ſtice detinentur tamdiu ſcientes ceſſent a Divinis quamdiu in locis ſic fuerint captivi, quod ſi contra fecerint, tanquam eorum malefactorum participes excommunicatos eſſe volumus ipſo facto. Item ordinamus, quod ſi quemcunque Clericorum clericaliter ſe gerentem vel etiam eccleſiaſticam perſonam noſtre Dioceſis nobis ſubjectam rebus ſuis a quocumque clerico vel laico absque auctoritate noſtra vel alterius Iudicis competentis ſpoliari contigerit in omnibus & ſingulis locis civitatum, Villarum, Caſtrorum ſeu oppidorum, quibus & ad que hujusmodi ſpolium deductum fuerit vel eciam collocatum nomine ſpoliantis, que inſuper loca ſacrum Moguntinenſis Eccleſie concilium ceſſacioni ſubicit a Divinis mox poſtquam hoc innotuerit; omnes clerici eorundem locorum ceſſare ſtudeant a Divinis nullo alio mandato a nobis vel alio preſtolato, alioquin ſentencias per dictum concilium latas in rebelles poſt Divina celebrantes publice in predictis locis eo ipſo ſe noverint incidiſſe. Item quamvis in ſanctis ſynodis preteritis noſtros proceſſus penales pluribus & repetitis vicibus contra concubinarios & mulieres ſuſpectas precipue concubinas in ſuis hoſpicijs detinentes fecerimus publicari, modicum tamen vel nihil quod dolenter referimus, quoad hoc profecimus, eapropter univerſis & ſingulis Prepoſitis, Archidiaconis Decanis & Capitulis tam majoris, quam aliarum collegiatarum Eccleſiarum noſtrarum Civitatis & Dioceſis Spirenſis in virtute ſancte obediencie diſtricte precipiendo mandamus,

quatenus tam periculoſo vicio in clero multum deteſtabili obviare non pretermittant, ipſos Concubinarios maxime facti notorios ſic viſitando, corrigendo, emendando & compellendo, quod ipſas ſuas Concubinas & mulieres ſuſpectas a ſe repellant realiter & cum effectu nullatenus reſumendo easdem, nec non & alia corrigenda & reformanda, prout ad eos & quemlibet eorum ſpectat de jure corrigant & reforment cum intimacione, quodſi, quod abſit, ipſi Prepoſiti, Archidiaconi, Decani & Capitula in premiſſis ſive aliquo premiſſorum fuerint negligentes vel remiſſi, tam contra negligentes quam contra delinquentes procedemus juſticia mediante. preterea quia multorum fide digna relacione comperimus, cottidieque non ſine dolore experimur, quod nonulli Prepoſiti, Decani Archidiaconi alijque Prelati per noſtras Civitatem & Dioceſin conſtituti, ut ſue Iurisdictionis limites amplientur, falcem ſuam in meſſem mittunt alienam, quamplura pontificali Dignitati & nobis a jure ſpecialiter reſervata autorizare, indulgere, & contra ſacrorum canonum ſtatuta exercere temere preſumentes, nec non quod plerique clerici & cetere perſone eccleſiaſtice multiplices nepharios & inauditos committunt exceſſus, commiſſis ſibi officiis miſerabiliter abutentes, quos certis ex cauſis animum noſtrum ad hoc moventibus ad preſens ſpecificare & exprimere pretermiſimus. idcirco omnes & ſingulos ſupradictos in viſceribus noſtri Ieſu Chriſti hortamur attencius ipſis nihilominus diſtrictius precipiendo mandantes,

tes, quatenus ſuis contenti limitibus metas a jure ſibi tradite poteſtatis non excedant, nec non ab exceſſibus, Indulgenciis, auctorizacionibus, exercicijs hujusmodi ſibi a jure non conceſſis abſtineant, de nobis a jure ſtatuto aut conſuetudine reſervatis ſe nullatenus intromittentes, alioquin temporibus captatis apertius contra omnes & ſingulos in predictis culpabiles pro tuendis & conſervandis noſtris juribus ac exceſſibus emendandis juſticia mediante per Cenſuram & Mulctas ac penas debitas procedemus. & ne aliquis per ignoranciam ſive contumaciam ſe excuſare preſumat, diſtricto precipimus & mandamus ſub obediencie Debito & ſub pena ſuspenſionis a Divinis, quatenus honorabiles noſtre & aliarum collegiatarum Eccleſiarum intra & extra muros Civitatis Spirenſis Decani & Capitula infra triduum nec non ſinguli Decani, Camerarij turales aut ipſorum nuncij hujusmodi noſtri proceſſus copias, antequam recedant ab iſto loco, recipiant, nec non ordinent in proximis capitulis & convencionibus ipſorum hujusmodi noſtra ſtatuta provincialia & ſinodalia ac mandata legi & publicari ut memoriter teneantur & debite obſerventur. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Udenheim* anno Domini M. CCC. XCIX. feria ſecunda proxima poſt Dominicam qua Cantatur in Eccleſia Dei *Jubilate*.

XXVIII.

PROCESSUS SYNODALIS PUBLICATUS FERIA TERCIA POST DOMINICAM IUBILATE ANNO 1401.

Conradus de Frawenberg Canonicus Eccleſie ac Reverendi in Chriſto Patris & Domini Domini *Rabani* Dei gracia Epiſcopi Spirenſis in ſpiritualibus Vicarius generalis & ad ſubſcripta ſpecialiter deputatus Venerabilibus & religioſis in Chriſto nobis dilectis univerſis & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis Regularibus & Secularibus ac Notariis publicis totique Clero & populo civitatis & Diocefis Spirenſis noſtre quoad hoc Iurisdictioni ſubjectis ſalutem in Domino ſempiternam. et fervor religionis catholice & zelus Domus Domini nos inducunt, quod ſervos Dei maxime eccleſiaſticas aures quantum cum Deo poſſumus a noxiis retrahere, & ad ſalutaria dirigere pervigili cura ſtudeamus, ut Domino Deo digne & laudabiliter in Eccleſia ſua ſancta ſerviatur, licet autem in quam pluribus ſinodis retroactis temporibus celebratis Reverendi Patris & Domini noſtri Epiſcopi Spirenſis predicti ac predeceſſorum ſuorum veſtigiis ut debuimus inherendo, ſacrorum Canonum & eciam provincialium ac ſinodalium ſalubria inſtituta mature edita & promulgata ſub eorum penis cum effectu univerſitati veſtre, prout vos latere non credimus, inviolabiliter mandavimus obſervari, Nihil tamen vel modicum, quod dolenter referimus cenſemus profeciſſe, ne autem morbo inolescenti

ti medicina deficere videatur. jdeoque denuo eadem canonica, provincialia & ſinodalia ſtatuta omnia & ſingula in genere & in ſpecie cum eorum penis precipimus diſtrictius & cum effectu obſervari, volentes ea ex integro in hoc noſtro proceſſu pro inſertis haberi & repetitis ſtatutis cunctis, quod ad extirpandum incontinencie & concubinatus vicium a clero ultra penas in penultima ſynodo per nos celebrata contra Deo & populo odibiles concubinarios fulminatas, quas & omnia ibidem de concubinariis & alias contenta in hoc noſtro proceſſu omnimode innovamus, quia Decanos & Camerarios in denunciando nobis tales remiſſos & negligentes hactenus reperimus, per ſingulas civitates & villas noſtre Jurisdiccionis delegemus Laycos devotos nobis ad hoc idoneos viſos, qui Clericos hoc deteſtabili vicio notatos nobis deferant, penas predictas ab eisdem delatis exacturos, et ſi quidem per hoc non perficerimus, ſaltem officiatis ſecularibus Dominorum presbiterorum & noſtrorum temporalium dabimus in mandatis, ut clericorum concubinas ſi quas repererint coherceant per bonorum & jurium ſuorum, ſi quas habeant oblaciones, ſin autem per capturam & incarceracionem, ut quod in bonis non habeant in corpore luant, ut vel ſic ipſe impudice Beſtie a maledicto concubinatu & cohabitatu clericorum compeſcantur. Item Divinum deſiderantes cultum ampliari, precipimus, prout eciam antea in quodam proceſſu ſinodali nos precipiſſe recolimus, omnibus primiſſarijs & altariſtis aliisque in Eccleſiis

pa-

parochialibus civitatis & Dioceſis Spirenſis beneficiatis, quatenus omnibus diebus Dominicis & feſtivis, & alijs quando per Rectores perpetuos Vicarios vel plebanos requiſiti fuerint eis in Divinis officijs decantandis in ſuperpelliciis aſſiſtant, quod ſub pena unius ſolidi denariorum pro qualibet vice neglecta irremiſſibiliter perſolvendorum, & convertendorum in conſilio noſtro maſſis Eccleſie, cui debitum ſervicium ſubtraxerunt precipimus obſervari, injungentes ſub eadem pena rectoribus perpetuis vicarijs & plebanis parochialium Eccleſiarum ſupradictis, quod pro ſingulis vicibus ab eisdem neglectis ipſos in proxime futura ſinodo nobis deferre non poſtponant. Item omnibus clericis & perſonis eccleſiaſticis noſtre Jurisdictioni ſubjectis in virtute ſancte obediencie inhibemus, ne Stuphas vel Domus, ubi ad potandum convenire eſt ſolitum, cum Laicis frequentare preſumant, & ne ad conducendum tales Domos vel Stuphas aliquid contribuant, cum exinde ſcandalum in Laycorum diſſolucionem, ac in Clericorum & Clericalis Dignitatis contemptum non ſit dubium provenire. Item Decanis & Camerarijs Capitulorum ruralium ſub pena ſuſpenſionis a Beneficiis mandamus, quod ſtatim comperta morte quorumcunque Clericorum concapitularium ſuorum ſive teſtati ſive inteſtati deceſſerint, nullo alio mandato exſpectato accedant ubi propter hoc fuerit accedendum, & nomine predicti Domini noſtri Epiſcopi arreſtent omnia bona mobilia & immobilia per eosdem derelicta in quibuscunque rebus conſiſten-

ſiſtencia, ne a Laycis proſpere diſtrahantur contra animarum ſuarum ſalutem & eccleſiaſtice libertatis non modicum periculum & gravamen. preterea mandamus omnibus Eccleſiarum parochialium rectoribus & plebanis, ne poſt feſtum ſancte *Trinitatis* proxime futurum aliquas literas, quas cartulas vocant, a quibuscumque oblatas recipiant vel admittant, niſi prius per nos viſe fuerint & examinate, quoniam, ut veridica fide dignorum relacione percipimus, multa veritati diſſona ad ſimplicium deceptionem plerumque in ijsdem conſcribuntur, volumus eciam, quod ſinguli plebani ſuis in Cancellis ſubditis eorum ſepius inſinuare ſtudeant comminando, quod ſi qui ex eis caſibus epiſcopalibus irretiti ab auctoritatem habentibus nondum canonice fuerint abſoluti, adhuc ſe abſolvi procurent, alioquin ſi hijs morte fuerint preventi, eccleſiaſtice minime tradantur ſepulture. Ceterum ne aliquis per ignoranciam ſive contumaciam ſe excuſare preſumat, diſtricte & ſub pena ſuſpenſionis a Beneficiis precipiendo mandamus, quatenus cathedralis noſtre & aliarum collegiatarum Eccleſiarum intra & extra muros civitatis ſpirenſis Capitula, nec non ſinguli Decani aut Camerarij rurales, aut ipſorum nuncij hujusmodi noſtri proceſſus copias antequam recedant ab iſto loco recipiant, nec non ordinent in capitulis & convencionibus ipſorum, tam hic contenta, quam alia provincialia & ſinodalia ſtatuta ſemel in anno ad minus ſucceſſivis diebus legi & publicari, ſignanter tamen hunc noſtrum

noſtrum proceſſum & alios dicti Domini noſtri Epiſcopi qui a tempore ſue promocionis emanarunt, & noſtros ſinodales proceſſus cupientes eosdem ſub obediencie pena a ſingulis capitulis conſervari, omnia & ſingula in eisdem contenta, niſi expreſſe & ex certa ſentencia per dictum Dominum noſtrum vel nos revocata preſentibus innovare, volentes ea ut ſupra tactum eſt, huic noſtro proceſſui inſerta haberi, & ſub penis annexis ab omnibus noſtris ſubditis firmiter obſervari & manuteneri inconcuſſe in proximis eorum congregacionibus intimari mandamus. & quia nonulla ex dictis ſtatutis populum concernunt laicalem, volumus, ut ſinguli parochialium Eccleſiarum rectores ſeu plebani ſuis in Cancellis populo ſepius inſinuari tempore congruo non obmittant. in quorum omnium & ſingulorum premiſſorum teſtimonium Sigillum Vicariatus noſtri preſentibus eſt appenſum. Datum *Spire* in Curia habitacionis noſtre, Anno Domini M. CCCC. primo feria ſecunda poſt Dominicam qua cantatur *Iubilate* &c.

XXIX.

PROCESSUS SYNODALIS PROMULGATUS FERIA TERCIA POST DOMINICAM IUBILATE ANNO DOMINI 1407.

I*ohannes* de *Odendorff* Prepoſitus &c. honorabilibus ac diſcretis in Chriſto nobis dilectis univerſis & ſingulis perſonis eccleſiaſticis & ſecularibus toti-

totique Clero & populo civitatis & Diocefis Spirenſis dicti Domini noſtri Epiſcopi quoad hoc jurisdictioni ſubjectis eternam in Domino ſalutem, felicis recordacionis Domini Archi-Epiſcopi Moguntinenſes, & nonnulli ejusdem Domini noſtri Epiſcopi predeceſſores per ſtatuta ſua provincialia & ſynodalia nonulla ſtatuerunt Deo grata honeſtati perſonarum eccleſiaſticarum congruencia & animarum ſaluti proficua, quin & quedam eciam ſalutaria monita & mandata idem Dominus noſter Epiſcopus ſuique commiſſarij qui pro tempore fuerant per ſuos proceſſus in ſanctis ſynodis retroactis, lectis & publicatis univerſitati veſtre mandarunt diſtrictius obſervare, quemadmodum & nos illorum veſtigiis inherentes ut tenebamur fecimus vicibus repetitis, licet tam illi quam nos minime profecimus, ut univerſitas veſtra hujusmodi ſtatuta, monita & mandata curaret obſervare, quapropter ne pretereundo ſubditorum dicti Domini noſtri Epiſcopi nobis in hac parte commiſſorum exceſſus ſubdiſſimulacione Deus offendatur & ſcandalum grave in populo generetur, ne quoque facilitas venie eciam incrementum tribuat delinquendi, ſtatuta infra tacta tam provincialia quam ſynodalia ac alia ſalutaria monita & mandata ſepius vobis lecta & publicata iterato in ſancta ſynodo feria tercia proxima poſt feſtum beati *Martini* Epiſcopi in Eccleſia ſpirenſi celebranda publicari mandamus & ab omnibus univerſitati veſtre in quantum quemlibet veſtrum ea concernunt, precipimus ſub penis & ſentenciis deſuper fulmi-

natis

natis & comminatis inviolabiliter obſervari, preſertim ne ullus veſtrum clericus ſeu beneficiatus cujuscunque ſtatus, ordinis, dignitatis vel preeminencie fuerit, concubinam aut mulierem ſuſpectam in Domo ſua teneat, aut extra nutriat, firmiter ſcituri, quod quicunque veſtrum ſecus facere preſumpſerit, ſciat ſe ab officio & Beneficio ſuis que attrectacione talium ſordium dehoneſtat, omni miſericordia poſtpoſita & absque ulla ulteriori monicione perpetuo removendum. Item ne quis Clericorum aut beneficiatorum officium tabernariorum ſeu receptorum hoſpitum non caritative aut alias negociaciones ſeculares eccleſiaſticis perſonis illicitas precipue lucrativas aut commercia illicita propoſito clericali non conveniencia audeat exercere, mandantes inſuper vobis, quod tabernas prorſus evitetis niſi forte cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti, alearumque & Taxillorum ac alijs illicitis & prohibitis ludis non interſitis neque interſiſtatis, quodque coronas & tonſuras pilorum habeatis congruentes, albos quoque calceos ſed tantum denigratos & non alterius coloris nec tunicas deſuper cingulatas neque cultellos fixorios deferatis neque cum eisdem publice incedatis niſi cum in itinere fueritis conſtituti cauſa neceſſitatis. Item Clerici peregrini ad divinorum celebrationem non recipiantur, niſi prius ultra literas ſuorum Epiſcoporum commendaticias noſtras oſtenderint literas teſtimoniales. Item ut nullus veſtrum proprium ſuum Beneficium deſe-

rat

rat & aliud recipiat per commendam niſi ex cauſa racionabili & evidenti, quam nobis exprimere teneatur. Item ut nullus notariorum in Civitate & Dioceſi Spirenſi ſub pena centum florenorum officium tabellionatus exercere preſumat precipue in cauſis eccleſiaſticis niſi prius de creacione ſua nobis fidem faciat & per nos diligenti examinacione prehabita ad officium illud ydoneus legalis & ſufficiens repertus & admiſſus fuerit & literas a nobis deſuper obtinuerit teſtimoniales. prohibemus quoque omnibus & ſingulis Prepoſitis & Decanis eorumque officialibus & Sigilliferis & alijs perſonis quibuscunque jurisdictionem habentibus ac in virtute ſancte obediencie & ſub pena ſuſpenſionis ab officiis ſuis divinorum diſtricte precipiendo eisdem mandamus, ut nullum Notarium in Conſiſtoriis ſuis & coram ſe acta judicialia conſcribere aut alios actus publicos exercere permittatis niſi prius examinatum a nobis ut premittitur ſe eis oſtendat & admiſſum. inſuper multorum ad nos inſinuacione pervenit, quod nonnulli ex vobis Clerici & beneficiati ex quadam levitate ymmo pocius affectata ignorancia horas canonicas dicere ommittunt in animarum ſuarum perpetuam Dampnacionem, non perpendentes, quod Beneficium datur propter officium, nec verecundantes animas defunctorum quorum peccata cottidie commedunt ſuffragiis & oracionibus ſuis in quibus ipſis obligantur temere ſpoliare, furtum & ſacrilegium per hoc procul dubio committendo, quare vos omnes & ſingulos Clericos & beneficiatos univerſitatis veſtre cujuscun-

que ſtatus, ordinis, condicionis vel preeminencie exiſtant, requirimus & monemus & per viscera miſericordie Domini noſtri Ieſu Chriſti exhortamur, & ſub pena privacionis Beneficiorum ſuorum vobis diſtricte precipiendo mandamus, quatenus horas canonicas ſingulis diebus diſtincte, perfecte & ad intellectum quantum vobis poſſibile fuerit, humiliter dicatis & devote, ſi ultra penam predictam velitis discreti Iudicis evadere ulcionem. preterea gravi Secularium Judicum querela ad nos pervenit, quod nonnunquam Iudices Curie Spirenſis & officiales Archidiaconorum prefati Domini noſtri Epiſcopi ſubjectorum de cauſis quas Layci habent ad invicem ſe intromictant falcem in meſſem mittendo alienam, propter quod layci clericis opido infeſti, quantum poſſunt, diſponunt & ordinant, quod Iudices eccleſiaſtici non poterunt in cauſis eciam mere ſpiritualibus liberam habere facultatem judicandi, & niſi in contrarium provideatur de remedio opportuno continget ex proximo, ut veriſimiliter timetur, Iurisdictionem eccleſiaſticam propter hoc ex toto & penitus enervari, ad occurrendum igitur huic periculoſo timori quantum nobis poſſibile fuerit, Iudicibus eccleſiaſticis curie Spirenſis & officialibus Archidiaconorum dicto Domino noſtro Epiſcopo ſubjectorum in virtute ſancte obediencie diſtricte precipiendo mandamus, quatenus de cetero de cauſis quas Layci habent ad invicem ſe nullatenus intromittant, niſi tales ſint cauſe, quas ad forum eccleſiaſticum non ſit dubium pertinere, ne ex hoc ſeculare judicium, quod

eſt

eſt valde incongruum enervetur, volentes & precipientes eisdem, ut Laicorum contra Laicos citacionis literas non decernant, niſi prius ab eis cognitum, quod cauſe ſuper quibus citaciones petantur, ad eorum pertineant examen. Item inhibemus ſub pena a nobis prius deſuper fulminata & comminata omnibus & ſingulis detinentibus Beneficia eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, ne eadem qualicumque via permutacionis vel alias reſignent quovismodo, niſi ad manus ordinarij hoc eſt dicti Domini noſtri Epiſcopi vel ad manus noſtras, ſi ſecus fiat aliquando permutacionis celebracionem ipſam caſſamus & irritamus & nulla penitus declaramus, & taliter Beneficia ſua reſignantes vel permutantes, eisdem & alijs ſuis Beneficiis declarabimus fore privatos, & ea aliis perſonis ydoneis eſſe conferenda. Item quamvis multi & varii proceſſus ſuſpenſionis & excommunicacionis ſentencias continentes tam per dictum Dominum noſtrum Epiſcopum quam per nos & Commiſſarios ſuos ad hoc deputatos contra manufideles defunctorum Clericorum Civitatis & Diocefis Spirenſis ut teſtamenta infra tempus ſtatutum exequerentur, & de fertonibus argenti eidem Domino noſtro Epiſcopo debiti infra menſem poſt obitum defuncti ſatisfacerent nec non de execucione teſtamentorum infra annum & menſem racionem legitimam facerent, ſint emiſſi, tamen quidam ex eis hujusmodi ſentencias & penas ſtatutorum & proceſſuum predictorum non verentes in termino debito nec de fertonibus argenti

 com-

commiſſariis ejusdem Domini noſtri Epiſcopi ſatis fecerunt & raciones facere neglexerunt contumaciter hujusmodi ſuspenſionis & excommunicacionis ſentencias incurrendo, in quibus ſentenciis ipſi in graviſſimum animarum ſuarum periculum, quod amare eſt dolendum, ſordeſcere non verentur, quare eos omnes & ſingulos in genere, & quorum nomina ſciveritis in ſpecie excommunicatos publice nuncietis, & ut excommunicatos publice evitetis & faciatis evitari, donec & tamdiu coram Decanis & Camerariis ſuis de hujusmodi fertonibus argenti ſolutis & racionibus factis literis noſtris teſtimonialibus deſuper receptis legitima faciant documenta, ſcituri, quod quicunque ex dictis manufidelibus ſic ſuſpenſi & excommunicati infra menſem poſt execucionem preſencium immediate ſequentem ab hujusmodi ſentenciis non procuraverint ſe legitime abſolvi, contra eundem ſine dubio ad penam procedemus arctiorem, mandantes omnibus & ſingulis manufidelibus clericorum defunctorum Civitatis & Dioceſis Spirenſis, ut deinceps nobis ut unico commiſſario ad hoc a dicto Domino noſtro Epiſcopo ſpecialiter deputato & nulli alteri cuicunque de fertonibus argenti ſatisfaciant, & de execucione teſtamentorum reddant racionem, cum idem Dominus noſter Epiſcopus omnes alios ſuos in hac parte commiſſarios revocaverit, quos & nos de ipſius ſpeciali commiſſione nobis deſuper vive vocis oraculo expreſſe facta revocamus per preſentes, ad hoc precipimus Decanis & camerariis ſedium ruralium & eis-

eisdem ſub pena ſuſpenſionis ab officiis ſuis divinorum diſtricte mandamus, quatenus morte quorumcunque concapitularium ſuorum ad eorum noticiam deducta ſive teſtati ſive inteſtati deceſſerint, absque alio mandato a nobis deſuper exſpectato accedant ubi propter hoc fuerit accedendum, & auctoritate & nomine dicti Domini noſtri Epiſcopi arreſtent omnia bona mobilia & immobilia poſt mortem eorundem derelicta & derelinquenda in quibuscunque rebus conſiſtencia ne a laycis propere diſtrahantur contra animarum ſuarum ſalutem & eccleſiaſtice libertatis non modicum periculum & gravamen. & ne aliquis per ignoranciam ſive contumaciam ſe excuſare preſumat, diſtricte & ſub pena ſuſpenſionis a Beneficiis precipiendo mandamus, quatenus cathedralis & aliarum collegiatarum Eccleſiarum intra & extra muros civitatis Spirenſis capitula, nec non Decani & Camerarij rurales aut ipſorum nuncii hujusmodi noſtri proceſſus copias antequam recedant ab iſto loco recipiant nec non ordinent in capitulis & convencionibus ipſorum tam hic contenta quam alia ſynodalia & provincialia ſtatuta ſemel in anno ad minus ſucceſſivis vicibus legi & publicari, ſignanter tamen hunc noſtrum proceſſum in proximis ipſorum Congregacionibus volumus inſinuari, & quia nonnulla ex dictis ſtatutis populum concernunt laijcalem, volumus & ſinguli parrochialium Eccleſiarum Rectores ſeu plebani talia ſuis in cancellis populo inſinuare tempore congruo non obmittant. in quorum omnium & ſingulorum premiſ-

miſſorum teſtimonium ſigillum vicariatus noſtri preſentibus eſt appenſum. Datum & actum *Spire* in curia habitacionis noſtre anno Domini Milleſimo CCCC ſeptimo feria ſecunda poſt Dominicam *Iubilate*.

DIPLOMATARIUM HAMERSLEBIENSE (*)

ab an. MCCXXXVII—MCCCXXX.

XXX.

ABBATISSAE DE WALTIGERODE LITTERAE DE TRIBUS MANSIS IN HAMERSLEVE.

L divina miſeratione prepoſitus *I.* abbatiſſa totusque conventus ſanctimonialium in *Waltingeroth* univerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis in omnium ſalvatore ſalutem. Notum omnibus eſſe volumus tam preſentibus quam futuris quod nos tribus manſis in *Hamersleve* quos comes *Ludolfus* de *Halrem͞unt* nobis invadiaverat, vo-

(*) *Hadmersleben*, *Hoimersleben* parthenon ordinis *S. Benedicti* uno Milliari *Gröninga* diſtans. vid. *Leuckfeld antiquit· Gröning. pag. 235. Ej. antiq. num. Halberſt. p. 104.* Aliud hujus nominis monaſterium ordinis *S. Auguſtini* duobus milliaribus *Halberſtadio* & totidem *Helmſtadio* diſtat. *Leuckf. antiquit. p. 588.* Item *Chronicon des Kloſters Marienborn p. 57.* Has Chartas Hamerslebienſes amice ſubminiſtravit Cl. D. Conſil. *Haeberlin*.

voluntarie abrenuntiavimus & eccleſie *Vallis ſanĉte Marie* eosdem manſos comparandi liberam dedimus facultatem. Acta ſunt hec anno jncarnacionis dominice M°CC°XXX°VII.

XXXI.

DE DIMIDIA DECIMA IN HAMERSLEVE.

V*olradus* Dei gratia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus. Univerſis preſentes litteras inſpecturis preſentibus & futuris in perpetuum. Ut hij qui temporibus noſtris aliquid racionabiliter coram nobis & capitulo noſtro terminant nullam poſt nos ſuſtineant moleſtiam a contradictione linguarum legitimum factorum noſtrorum proceſſum fidelibus litteris commendantes ipſum defendi volumus noſtris perhennibus inſtrumentis. Notum ſit igitur tam modernis quam poſteris, quod cum dilectus nobis conventus *vallis ſancte Marie* bona quedam remota minus commode poſſideret venerabilis Dominus *Reynoldus* abbas ipſius loci cupiens alia venditis his ſuo monaſterio vicinius copulare conſilium noſtrum ſuper hoc expeciit & juvamen. Cum autem dictus conventus penes eccleſiam noſtram a diebus antiquis locum ſemper habuerit gracie ſpecialis. Nos acceptis ab eo trecentis quinquaginta marcis examinati argenti tam pro labore noſtro, quam pro liberatione quam de manu laica promovimus ut *Burchardus Echertus* & *Hermannus* filii Domini *Burchardi* de *Wulferbutte* mediam par-

 tem

tem decime in majori *Hamersleve* eſtimatam ad quinquaginta octo manſos quorum quilibet habeat triginta jugera quam de manu noſtra tenuerunt jure pheodali cum omni jure tam in villa quam in agris in manus noſtras libere reſignarent. Nos itaque tenentes hanc liberam propter aſſequendam ejus graciam que eſt gratia plena de communi conſenſu capituli noſtri contulimus eam cum omni jure tam in villa quam in agris monaſterio predicto *vallis ſancte Marie* monachis ipſius glorioſe virginis ad eorum ſuſtentationem perpetuo ſerviturам. Teſtes hujus facti ſunt *Hermannus* major prepoſitus *Wicgerus* Decanus *Borchardus* vicedominus. *Rodolphus* portenarius. *Hermannus* ſcholaſticus *Widenkindus* de *Nuwenborg*, *Bertoldus Clettenberg Ludgerus ſtrutz* noſtre majoris eccleſie canonici. Laici autem *Albertus Tibel* & filius ſuus *Albertus*. *Wernerus* de *Scherenbecke* & *Hugaldus*, *Everardus* de *Suſeliz* nobiles. *Guncelinus de Berewinkele*. *Iacobus* de *Severthuſen* milites & alii quam plures. ut autem hec noſtra donacio nunc & in evum rata permaneat preſentem paginam ſuper hac ſcriptam noſtro & Capituli noſtri ſigillis fecimus roborari. Actum *Halberſtat* Anno Domini M°CCLXVIII° VIII. Kal. Auguſti. Pontificatus noſtri anno tercio decimo.

25 Iulij.

XXXII.

XXXII.

ECCLESIAE HALBERSTADENSIS DE QUINQUE MANSIS IN HAMERSLEVE.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. *Volradus* Dei gratia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus *Hermannus* prepoſitus. *Wicgerus* Decanus totumque eccleſie noſtre capitulum omnibus hanc literam viſuris ſalutem in Domino ſempiternam. Ne ea que geruntur in tempore ſimul cum lapſu temporis evaneſcant ſolemus facta noſtra ſcriptis & inſcriptionibus teſtium roborare. Noverint univerſi quod nos ad inſtantiam & petitionem ſtrenui militis *Ludolfi* dicti *de Esbeke* dedimus & contulimus proprietatem quinque manſorum in villa majori *Hamersleve* ſitorum Monaſterio de *valle Sancte Marie* ordinis Cyſtercienſis ſalvo nobis & eccleſie noſtre iure & jurisdictione ſeculari & Spirituali quam in predictis bonis ante dinoſcimur habuiſſe. Hujus rei teſtes ſunt *Albertus* Theſaurarius *Heydenricus* de *Schartfeld Reynardus* Scolaſticus, *Rodolfus* de *Ghatersleve* Canonici noſtre Halberſtadenſis eccleſie. Milites vero *Johannes* de *Ghatersleve* junior, *Bernardus* de *Papeſtorp* miniſteriales Halberſtadenſis eccleſie. *Hinricus de Hornhuſen* & alii quam plures fide digni. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum exinde confectum noſtris ſigillis fecimus roborari. Datum & actum *Halberſtad* Anno Domini M°.CC°. LXXXij°. quinto Kalendas Marcij, Pontificatus noſtri anno XXVij.

25. Febr.

XXXIII.

CAPITULI IN HAMERSLEVE DE DUOBUS MANSIS IBIDEM.

Everhardus Dei gracia prepoſitus. *Johannes* prior. eccleſie ſancti *Pancratii* in *Hamersleve*, univerſis preſentes literas inſpecturis in perpetuum. Ne facta rationabilia quandoque veniant in dubium hominum deficiente memoria verus eorum proceſſus indagari conſuevit teſtimonio fidelium litterarum. Profitemur igitur tenore preſencium quod cum aliquando teneremur Domino *Ludolfo* de *Esbeke* ſupplere quendam defectum reddituum, ipſo Domino *L.* volente vice reddituum illorum contulimus eccleſie *vallis ſancte Marie* de pleno conſenſu capituli noſtri cum omni jure proprietatem ij. manſorum in Campo majoris *Hamersleve* ſitorum, quos manſos Dominus *Wolfinus* miles ab eccleſia noſtra tenuit cenſualiter, & nobis eos per manum *Heinrici de Hornhauſen* libere reſignavit. ipſo *H.* illud ſua pecunia procurante. Teſtes hujus facti ſunt. *Theodericus* quondam prepoſitus noſter *Gherhardus* quondam prepoſitus in *Schenigge*. *Rodolfus* de *Hamersleve Theodericus* de *Hademersleve*. *Heinricus* filius *Criſtiani johannes* de *Esbeke* confratres noſtri. *Conradus* miles de *Hamersleve*. *Heinricus* & *Jordanus* fratres de *Hornhuſen*. *Heinricus de Scheninge* & alii quam plures. ut autem factum hoc noſtrum non ignoretur a poſteris preſens ſcriptum ſuper hoc confectum noſtris ſigillis fecimus communiri. Datum *Hamersleve* Anno Domini M°. CC°. LXXXII. In die *ſancti Jacobi* Apoſtoli. 25. julij.

XXXIV.

DE BONIS IN OTENLEVE ET HAMERSLEVE ET WEGHERSLEVE.

L*udolfus* miles dictus de *Esbeke* univerſis preſentes literas inſpecturis in perpetuum. Quia teſte ſacra ſcriptura non eſt apud nos priorum memoria, nec eorum que nunc aguntur erit recordatio apud eos qui futuri ſunt in noviſſimo, contractus legitime conſummati ad conſervandam eorum noticiam literarum teſtimonio conſueverunt non improvide roborari. Notum ſit igitur tam preſentibus quam futuris quod Ego *L.* proprietatem VII. manſorum & dimidii cum VI. areis in majori *Hamersleue* XVI. manſorum & dimidii cum XV. areis in *Weghersleve* XX. & VII. manſorum cum XLV. areis & allodio & trium molendinorum & duorum pratorum in *Otenleve* de conſenſu fratris mei *Erici* cum hominibus & omni jure vendidi venerabili conventui *vallis ſancte Marie* pro C. & XXX. marcis brandenburgenſis argenti liberam ab omni advocacia & honere ſervitiorum ſicut poſſedi & eccleſia in *Hamersleve* de qua proprietatem eandem comparavi poſſederat a diebus antiquis libere poſſidendam. Teſtes hujus facti ſunt *Everhardus* prepoſitus in *Hamersleve*, *Heinricus de Radeſtorp* Canonicus ibidem, *Iacobus* decanus de *ſancta Maria* in *Halberſtadt Henricus* plebanus in *Hertbeke* clerici. *Heinricus* de *Harlingeborch*, *Iohannes* Marscalcus de *Luthere Heinricus* de *Alvensleve*, *Bruno* de *Eilesleue*, & *Bertholdus* de *Nendorp* milites.

Hein-

Heinricus de *Donſtede* pincerna. *Ericus* filius fratris mei *Friderici*. *Conradus* & *Ulricus* fratres de *Nendorp*. *Heinricus* & *Iordanus* fratres de *Hornhuſen* famuli militares & alii quam plures. Ut autem hec noſtra venditio prefato conventui *V. S. M.* nunc & ſemper firma permaneat, preſens ſcriptum ſuper ea confectum meo & fratris mei *Erici* ſigillis feci fideliter communiri. Actum in *Valle ſancte Marie* Anno Domini M°CC°LXXXII. In die ſancti *Amati* Epiſcopi.

13 Sept.

XXXV.

DE DUOBUS MANSIS IN WEGHERSLEVE ET UNO IN HAMERSLEVE.

Everbardus Dei gratia prepoſitus in *Hamersleve*. Univerſis preſentes literas inſpecturis in perpetuum. Cum ſit labilis memoria hominum & oblivioni dedita neceſſe eſt ea que geruntur in tempore ne ſimul cum lapſu temporis defluant literarum teſtimonio perhennari. Igitur notum eſſe volumus omnibus preſentem paginam inſpecturis, quod ad promotionem *Heinrici de Schenigge.* et *Theoderici de Gersle* de conſenſu capituli noſtri dedimus monaſterio *vallis ſancte Marie* proprietatem unius manſi ſiti in campo *Weghersleve* & unius ſiti in campo *Hamersleve* cum area ſua quos a nobis tenuerant famuli memorati. Item *Heinrico de Hornhuſen* procurante eodem modo proprietatem tercii manſi

manſi ſiti ſimiliter in campo *Weghersleve* & unius areae in eadem villa quam *Tethbernus* a nobis tenuerat & trium arearum in *Hamersleve* monaſterio contulimus jam predicto Teſtes hujus facti ſunt *Theodericus* quondam prepoſitus noſter *Heinricus* de *Radeſtorp Theodericus* Cuſtos *Segbebardus* de *Hertbeke* confratres noſtri *Conradus* de *Hamersleve* miles & *Conradus* filius ſuus. *Ulricus* de *Dbettbene Rodolfus* filius *Reinoldi* Laici & alii quam plures viri ydonei & electi. Ut autem hec noſtra donatio firma iugiter permaneat preſens ſcriptum ſuper hac rite confectum ſigillorum noſtrorum amminiculis dignum duximus roborandum. Actum in *Hamersleue* Anno Domini M°. CC°. LXXXIII. In die beati *Gregorii* pape.

12. Martij.

XXXVI.

VOLRADI EPISCOPI HALBERST: DE MANSO IN WEGHERSLEVE QUI FUIT ILLIUS DE BIWENDE.

In Nomine Domini Amen. *Volradus* Dei gratia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus in perpetuum. Ut illa que noſtris temporibus religioſis domibus fuerint acquiſita debita gaudeant firmitate litteris autenthicis & inſcripcione teſtium ea duximus perhennari. Proinde notum facimus *Chriſti* fidelibus preſentis temporis & futuri quod nobilis vir videlicet

licet *Helmoldus* de *Biwende* procurantibus *Hinrico* & *Jordano* fratribus de *Hornbuſen* donavit manſum ſue proprietatis cum omnibus pertinentiis ſuis ſitum in villa *Wegersleve* & in campis ipſius ville, monaſterio *vallis ſancte Marie* virginis Cyſtercienſis ordinis de conſenſu heredum ſuorum ſcilicet *Johannis Thiderici* Halberſtadenſis eccleſie canonici & *Ludolfi* fratrum nobilium virorum *de Hesnem* perpetuo poſſidendum. Acta ſunt hec coram nobis *Langenſten* Anno Domini. M°. CC°. LXXXIIII. ſexto Kalendas Maji. Hujus donationis teſtes ſunt *Johannes* cuſtos eccleſie ſancte *Marie* Halberſtadenſis, *Conradus* Capellanus. Layci vero nobilis vir *Wernerus de Schernbeke Wernerus* Marſchalcus. *Jacobus* de *Severthuſen*. *Hinricus* de *Quenſtede* milites & alii quam plures fide digni. Et ne cuiquam ſuper hac donatione dubium oriatur, preſens ſcriptum noſtro *Helmoldi* de *Biwende*, *Johannis Thiderici* et *Ludolfi* fratrum de *Hesnem* ſigillis fecimus roborari. Datum *Langenſtein* Anno Domini & die ſuperius prenotatis.

26. April.

XXXVII.

DE UNO MANSO ET CURIA IN HAMERSLEVE ET ALIIS BONIS.

H*eynricus* Dei gratia prepoſitus. *Rodolfus* prior eccleſie regularium canonicorum in *Hamersleve* univerſis preſentes literas inſpecturis in perpe-

petuum. Cum noticia cauſarum rationabiliter perfectarum ſcriptura conſervante decurrat ad poſteros. Notum facimus univerſis quod de plenario conſenſu capituli noſtri propter onus debitorum noſtrorum *Heynrico de Scheniggbe* ſua pecunia penes nos procurante proprietatem unius manſi in campo *Hamersleve* & curie que ipſius *Heynrici* fuerat in eadem villa contulimus monaſterio *vallis ſancte Marie* cum omni jure perpetuo poſſidendam. Preterea donavimus eidem monaſterio duas areas in eadem villa & duas in villa *Wegersleve* ſitas juxta cimiterium contra meridiem pro quatuor areis in villa *Hamersleve* ſitis contra curiam *Heinrici de Hornbuſen* cum omni jure ſimiliter perpetuo poſſidendas. Teſtes horum factorum ſunt *Tidericus* quondam prepoſitus noſter *Gerbardus* quondam prepoſitus in *Scheniggbe Tidericus* de *Hademersleve* cuſtos. *Iobannes* de *Esbeke. Decbardus & Bruno* confratres noſtri. *Conradus* miles *Heinricus* de *Hornbuſen Iordanus* fratres. *Heinricus* de *Schenigghe* layci. Ut autem he noſtre donationes rate permaneant in futuro noſtro & eccleſie noſtre ſigillis fecimus communiri. Actum in clauſtro noſtro *Hamersleve* Anno Domini Milleſimo CC°LXXXV°.

XXXVIII.

DE DUOBUS MANSIS IN HAMERSLEVE.

H*enricus* miles & *Anno* dicti de *Heymburch* univerſis Chriſti fidelibus hanc literam viſuris in perpetuum. Commendari ſolent literis contractus legiti-

legitime celebrati quatenus ſi defecerit hominum memoria fidelis ſcriptura teſtimonium ſit veritatis. Notum ſit igitur tam preſentibus quam futuris, quod nos proprietatem duorum manſorum in magna *Hamersleve* cum areis ſuis vendidimus venerabili conventui *vallis ſancte Marie* Cyſt. ord. Halb. dioeceſ. pro XXX. & duabus Marcis Stendalenſis argenti. — Liberam ab omni advocacia & onere ſerviciorum libere ac cum omni jure ſicut eam patres noſtri poſſederunt & nos poſſedimus perpetuo poſſidendam. Quos manſos *Florinus* de *Watteleſſen* & fratres ſui a nobis habuerant titulo pheodali. Teſtes hujus rei ſunt *Iohannes* plebanus in parva *Hornthuſen*, *Iohannes Raſchardus* capellanus ibidem, *Reynerus Sat* miles. *Iohannes Fridericus* fratres dicti de *hornhuſen*. Ut autem hoc factum inviolabile perſeveret preſentem paginam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Datum Anno Domini M° CC° octogeſimo ſexto. octavo Kalendas junij.

25 Maij.

XXXIX.

COMITIS C. DE WERNIGERODE DE UNO MANSO IN HAMERSLEVE.

Conradus Dei gratía comes de *Wernigherodte* univerſis preſentes literas inſpecturis in perpetuum. tenore preſentium profiteor, quod accipiens ab honorabili viro Domino *Heinrico* quondam pre-

prepoſito in *Hamersleve* tres marcas examinatas pro proprietate unius manſi ſiti in *Hamersleve* quem Dominus *Hildebrandus* de *Ovesvelde* de manu mea jure tenuerat pheodali & michi cum area & omni jure libere reſignavit de conſenſu filiorum meorum *Alberti* & *Friderici* ipſum manſum cum area ſua & omni jure tam in villa quam in agris contuli monaſterio *vallis ſancte Marie* ordinis Cyſtercienſis legitimo proprietatis titulo perpetuo poſſidendum. Teſtes hujus rei ſunt *Heynricus* de *Marcligherodbe Johannes* & *Hermannus* de *Digbelſtede Sifridus* de *Mynsleve*. *Anno* de *Hartesrodbe* milites & fideles noſtri. Ut autem hec collatio firma in perpetuum perſeveret praeſentem paginam inde feci conſcribi & meo ſigillo in evidens rei teſtimonium roborari Actum & datum Ao. Domini MCC° LXXX°. VIII°.

XL.

PROTESTATIO ANNONIS DICTI DE HEYMBORCH DE PROPRIETATE TRIUM MANSORUM IN WEGERSLEVE ET UNIUS IN MAGNA HAMERSLEVE.

Anno de *Heymborch* canonicus eccleſie Halberſtadenſis univerſis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris notitiam ſubſcriptorum. Recognoſcimus per preſentes quod *Anno* filius fratris noſtri Domini *Henrici de Heymborch* vendidit venerabilibus fratribus de *valle ſancte Marie* Cyſterc. ord. Hal-

Bayerische Staatsbibliothek München

Halberſtad. dioceſ. proprietatem trium manſorum in *Wegersleve* & unius manſi in magna *Hamersleve* cum omnibus ſuis attinentis pro XVI. marcis examinati argenti liberam ab omni advocatia & honere ſervitiorum libere ac cum omni jure perpetuo poſſidendam. Item recognoſcimus per preſentes quod dictus *Anno* filius fratris noſtri *Henrici* predicti fratri *Alberto* de Camera & fratri *Johanni* de Halberſtad. ad manus dicte eccleſie premiſit fide data quod ſuper dictis manſis jam ſepe dicte eccleſie ſufficiens erogaret. privilegium & omni loco & tempore Warandiam debitam exhiberet ſed hoc usque in preſens eiusdem captivitas impedivit. Cum vero favente Domino a captivitate ſolutus fuerit idem promiſſum implebit fideliter cum a fratribus ſepe fate eccleſie fuerit poſtulatum. Datum Anno Domini MCC. octogeſimo Octavo IIII. Nonas Aprilis. 2. April.

XLI.

ABRENUNCIATIO ANNONIS DE HEYMBORCH DE DUOBUS MANSIS IN HAMERSLEVE.

Anno miles major dictus de *Heimborg* omnibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſalvatore Tenore preſentium publice recognoſco, quod ob intolerabilem precum inſtantiam fratris *Ludegeri* camerarii *vallis ſancte Marie* ratam ha-

habeo venditionem *Heinrici* fratris mei ac *Annonis* patruelis mei dictis de *Heimborg* factam fratri *Alberto* magiſtro camere dicti cenobij in duobus videlicet manſis noſtris ſitis in campo *Hamersleve* cum duabus areis ibidem in villa ſitis, quamquam primum non modicum fuerim irritatus pro eo quod predicta venditio in eisdem bonis noſtris me irrequiſito ignorante nec etiam conſentiente fuerat perpetrata in quibus portionem debitam ſicut in ceteris bonis noſtris habere dinoſcebar cum nondum hec ſeu alia bona noſtra ſint vel fuerint ab invicem ſequeſtrata: tali nihilominus adjecta conditione quod idem *Ludigerus* dedit mihi IIII. talenta Brunsvicenſis monete uſualis & ego renunciavi benevole feudo ſeu omni jure quod in predictis habui vel habere videbar dando illud eccleſie jam ſepe dicte ſcilicet *valli ſancte Marie* ut omnium bonorum operum que ibi die noctuque peraguntur particeps fieri merear in futuro. Acta ſunt hec *Tſellis* in die ſanctorum Martirum *Tiburtii* & *Valeriani* & *Maximi* XVIII. Kal. Maji in preſentia religioſorum virorum videlicet patris venerabilis Domini *Widekindi* Abbatis in *Benzingerode* & . . . Magiſtri converſorum ibidem, nec non Domini *Io.* de *VII. Turribus* prioris in *Riddagesbuſen* preſentibus & duobus laicis bone nationis *Io.* & *To.* fratribus dictis de *Osberneshuſen*. Anno incarnationis Domini. M°CC°LXXXVIII°.

14 Apr.

XLII.

ANNONIS DE HEYMBORG RENUNTIATIO DUORUM MANSORUM IN HAMERSLEVE.

A*nno* miles dictus de *Heymborch Tſellis* habens reſidentiam univerſis preſentes literas inſpecturis ſalutem. Tenore preſentium profiteor quod accipiens quatuor talenta Bruneswicenſium denariorum a venerabilibus monachis *vallis ſancte Marie* ordinis Cyſtercienſis renunciavi omni jure quod habueram in duobus manſis *Hamersleve* ſitis quos idem monachi emerunt ab *Heynrico* fratre meo & *Annone* patruo meo quos manſos *Florinus* de *Wattekeſcen* & filii ſui olim habuerant a fratribus meis & a me in cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigillo meo feci fideliter muniri. Actum *Tſellis* Anno Domini M°CC.LXXX°VIII°.

XLIII.

ALBERTI PRAEPOSITI MAGDEB. DE DUOBUS MANSIS IN HAMERSLEVE.

A*lbertus* Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie prepoſitus. *Burchardus* Decanus totumque eiusdem eccleſie capitulum univerſis *Chriſti* fidelibus preſentes literas inſpecturis in perpetuum recognoſcimus & notum facimus univerſis *Chriſti* fidelibus preſentes literas in ſpecturis, quod nos de conſenſu noſtri capituli libero & expreſſo damus

mus tradimus & donamus Abbati & conventui ac monaſterio *vallis ſancte Marie* duos manſos ſitos in magna *Hamersleve* ſolventes XVI. ſolidos & quatuor pullos cum omni jure ſicuti ipſos poſſedimus proprietatis titulo perpetuo poſſidendos. recipientes ab ipſis unum manſum & dimidium ſitos in parva *Rodensleve* ſolventes XV. ſolidos nec non dimidium manſum ſitum in *Remekersleve* ſolventem quatuor ſolidos quos quidem manſos Abbas & conventus predicti monaſterii nobis & eccleſie noſtre vice verſa permutationis titulo donaverunt, cum omni jure ſicuti eos poſſederant proprietatis titulo perpetuo poſſidendos. hujus rei teſtes ſunt *Rycbardus* dapifer noſter de *Alsleve Hinricus* de *Alsleve*, *Heydeco* de *Stigerp Hildebrandus* de *Ouervelt Conradus de Belyz*. *Conradus Smuk*. *Otraven* milites & quam plures alii fide digni. Ut autem hec donatio noſtra rata & inconvulſa perhenniter perſeveret preſens ſcriptum inde confectum noſtri capituli ſigillo fecimus communiri. Datum *Magdeb.* poſt Purificat. *Ste Marie* Anno Domini M°. CC°. LXXXIX°.

XLIV.

DE PROPRIETATE TRIUM MANSORUM IN WEGERSLEVE ET UNIUS IN MAGNA HAMERSLEVE ILLORUM DE HEYMBORCH.

Henricus, *Herwicus*, *Conradus*, *Anno* filii Domini *Annonis* de *Heymborg* univerſis Chriſti fidelibus noticiam ſubſcriptorum. Tenore profitemur

tenur preſentium quod proprietatem trium manſorum in *Wegersleve* & unius in magna *Hamersleve* cum areis eorundem venditam monachis *vallis ſanctе Marie* a nobis ſigillis noſtris ſingularibus ſigillabimus tempore procedente cum ea habuerimus, ſi a nobis fuerit poſtulatum. Datum *Tſellis* Anno Domini M° CC. nonageſimo ſecundo in octava Epiphanie.

30 Ian.

XLV.

PROTESTATIO ILLIUS DE SEULENBURG DE PROPRIETATE MANSORUM IN WEGERSLEVE ET UNO IN MAGNA HAMERSLEVE.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis. *Wernerus* miles de *Seulenburg* notitiam ſubſcriptorum in preſentia noſtra *Herwicus* filius Domini *Annonis* de *Heynborg* conſtitutus publice fatebatur, quod ipſe & fratres ſui *Henricus Conradus Anno* vendiderant proprietatem 3. manſorum in *Wegersleve* & unius in *Hamersleve* magna cum areis eorundem venerabilibus monachis de *valle ſancte Marie* pro novem talentis Brunsvicenſium denariorum, & renuntiaverunt omni juri quod habuerunt in dictis manſis preſentibus etiam religioſis fratribus fratre *Helmoldo* de *Ryddagesburen Wolberto* magiſtro curie in *Winbuſen Iohanne Gertinge* opidano in *Ulleslen* eadem etiam recognitio dicte venditionis & ratihabitio contigit ſimiliter

ter in *Tſell* a dictis pueris *Conrado* & *Annone* coram viris fide dignis dicto fratre *Helmoldo de Riddagesb.* & *Iobanne* milite filio Domini *Iacobi* quod atteſtamur ſimiliter per preſentes. Datum *Ulleſſen* Anno Domini M CC° nonageſimo II. in *Epiphanie* octava.

13 Ian.

XLVI.

PROTESTATIO ANNONIS DE HEYMBORG DE PROPRIETATE TRIUM MANSORUM IN WEGERSLEVE ET UNIUS IN MAGNA HAMERSLEVE.

Anno *de Heymborg* canonicus eccleſie Halberſtadenſis univerſis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris notitiam ſubſcriptorum tenore preſentium profitemur quod *Henricus* filius fratris noſtri Domini *Annonis* majoris de *Heymborch* in noſtra preſentia conſtitutus renunciavit proprietati ac omni juri trium manſorum in *Wegersleve* & unius manſi in magna *Hamerslcve* cum areis eorundem quod ipſe cum fratribus ſuis *Herwico*. *Conrado*. *Annone*. & cum *Annone* filio Domini *Henrici* fratris noſtri de *Heymborch* in eisdem dinoſcitur habuiſſe, quos manſos ab eisdem fratribus noſtris *Annone* & *Henrico* & *Annone* filio fratris noſtri *Annonis Gevebardus* de *Berenwincle* miles jure tenuit pheodali in cujus rei teſtimonium preſentes literas noſtro & Domini *Werneri* de *Slage* militis ſigillis

 duxi-

duximus muniendas Actum Anno Domini M°CC° nonageſimo ſecundo preſentibus *Friderico de Stowen* Magiſtro *Reynero* clericis *Iordano de Hailingeberg Hugoldo de ſergſtede Rudolpho Spegel* militibus. *Friderico* de *Sergſtede* miniſteriali eccleſie Halberſtadenſis & aliis quam pluribus fide dignis octavo Kal. Februarii.

25 Ian.

XLVII.

DE DUOBUS MANSIS IN PARVA HAMERSLEVE ET WEGERSLEVE.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. *Hermannus* nobilis de *Wereberge* & *Conradus* filius ejus omnibus preſentes litteras inſpecturis vel audituris in perpetuum. Memoriarum labilitas & oblivionum oportunitas omnino ſubducitur dum actis hominum adhibetur ydoneitas teſtium & vivacitas literarum. Noverint igitur univerſi preſentes literas inſpecturi quod nos ad peticionem honeſtorum famulorum *Henrici & jordani* fratrum de *Hornbuſen*, dedimus proprietatem duorum manſorum in parva *Hamersleve* & *Wegersleve* ſitorum cum ſuis areis & ceteris omnibus tam in villis quam in campis pertinentibus ad eosdem Venerabilibus fratribus domino Abbati & conventui monaſterii *vallis ſancte Marie* ordinis Cyſtercienſis Halberſtad. dioceſis legitimo proprietatis titulo perpetuo poſſidendam. habito ſuper hoc conſenſu omnium libere

bere & expreſſo quorum conſenſus fuerat requirendus renunciantes pro nobis ac noſtris legitimis ſucceſſoribus predictis duobus manſis nec non eorum appendiciis omnibus & ſingulis ac ipſorum juribus univerſis. transferentes etiam in eandem eccleſiam ſcilicet *vallis ſancte Marie* omnem utilitatem & jus quod nos cum proavis noſtris in dictis bonis a retroactis temporibus dinoſcimur habuiſſe predictorum vero manſorum unum ſitum in parva *Hamersleve* cum ſuis appendiciis qui fuerat *Margarete* de *Clude* dicti fratres *Henricus* & *jordanus* a nobis in pheodo tenuerant. reliquum ſitum in *Wegersleve* cum ſuis attinentiis qui fuerat *Zacharie Alberninge Wasmodus* miles de *Hornbuſen* & *johannes* fratruelis ſuus a nobis tenuerant ipſo jure ſcilicet hii ſinguli dicta bona ad manus noſtras libere reſignarunt. hujus donationis noſtre teſtes ſunt *Bertolda* de *Wevensleve*, *Bertoldus* de *Sceninge Bertoldus* de *Wackersleve Ottrawanus* milites *Johannes de Hornbuſen*, *Bartoldus Spegel Johannes* & *Fridericus* fratres dicti *de Hornbuſen* & alii plures fide digni. ut autem hujus donationis noſtre titulus firmus & inviolabilis perſeveret, fecimus hanc paginam inde conſcribi & ſigilli noſtri muniminine fideliter communiri. Datum *Sommerscenborg* Anno Domini M°. CC°. nonageſimo ſecundo X. Kal. Aprilis.

23. Martij.

XLVIII.

DE PRATO IN GUNNENSLEVE.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. *Henricus* comes de *Regenſten* univerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis in perpetuum. Quia brevis eſt vita hominum & memoria labilis decet actus legitime celebratos ſcripturarum teſtimonio perhennari. Notum ſit igitur tam poſteris quam preſentibus quod nos ex benigno favore & conſenſu heredum noſtrorum ad inſtantiam *Ludolphi* militis de *Esbeke* donavimus venerabilibus monachis abbati & conventui *vallis ſancte Marie* ordinis cyſterc. Halberſtad. dioeces. pratum noſtrum inter *Gunnensleve* & *Wegersleve* prope paludem ſitum liberum proprietatis titulo libere poſſidendum. Quod pratum predictus *Ludolphus* a nobis hactenus in pheodo tenuit ſcilicet ipſum de cetero in dicto prato reſpectum habere volumus ad abbatem monaſterii memorati Hujus donationis noſtre teſtes ſunt milites *Bernardus* de *Merica Reynerus Scath Rodolphus Spegel Iohannes* dapifer famulus. ut autem hec donatio noſtra rata & inviolabilis perſeveret, fecimus hanc cartam inde confectam ſigilli noſtri robore fidelius communiri. Datum Anno Domini M.CC° nonageſimo tertio XII. Kal. Iunij.

21. Maji.

XLIX.

XLIX.

SUPER ALTARI IN CURIA NOSTRA HAMERSLEVE.

Volradus Dei gratia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus omnibus preſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter in Domino nobis dilectis Abbatis & conventus *vallis ſancte Marie* ord. Cyſterc. noſtre dioceſ. juſtis poſtulationibus benigno concurrentes aſſenſu annuimus & concedimus, ut liceat eis propter ſupervenientes & preſentes monachos & converſos ac etiam devotionis ſeu contemplationis intuitu in ſua grangia *hamersleve* divina officia celebrare ne dum apud ſeculares interſunt divinis diſtrahantur a ſuis orationibus ac tepeſcat in eis karitas interna & immiſceantur ſecularibus que ipſis ſunt per omnia inimica. Nolentes tamen ex hac prerogativa ipſis a nobis conceſſa gravamen vel praejudicium aliquod matrici eccleſie generari. Datum *Halberſtadt* Anno Domini M. CC°. nonageſimo quarto V°. ydus Marcii.

11. Martij.

L.

DE PROPRIETATE XXIII. MANSORUM ET TRIUM IUGERUM ET UNIUS MOLENDINI IN HAMERSLEVE ET WEGHERSLEVE.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. *Henricus* Dei gratia Merſburgenſis eccleſie epiſcopus *Theodericus* prepoſitus *Herbertus* Decanus totumque ejusdem eccleſie capitulum omnibus quibus hanc literam legere vel audire contigerit in perpetuum. Litterarum veritas & teſtium ydoneitas ſufficienter & caute acta preſentium poſteris certificat & demonſtrat. Voluntatis igitur noſtre eſt ut per nos acta & perpetua precipue robur debitum ſortiantur. Quia ergo dies mali ſunt, in tantum, ut vix aliquis poſſeſſiones ſuas ſibi vicinas poſſit pacifice poſſidere. decrevimus aliquas poſſeſſiones noſtras a nobis remotas diſtrahere ac de earum precio quod nobis & ecclesie noſtre utile videbitur, ordinare. Unde notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris quod de communi conſenſu & aſſenſu capituli noſtri libero & expreſſo vendidimus proprietatem viginti trium manſorum & trium jugerum in *Hamerslebe* & in *Wegersleve* campis & villis ſitorum cum areis eorundem, & unius molendini proprietatem cum area ſua ſupra villam *Hamersleve* ad orientem, pro nonaginta ſex marcis Stendalenſibus Hallenſis ponderis venerabilibus fratribus abbati & conventui monaſterii *vallis ſancte Marie* ordinis cyſterc. Halberſtad. Dioceſ. liberam ab omni onere advocatie & ſervitiorum

rum ſicut eam noſtra poſſedit eccleſia a diebus antiquis legitimo proprietatis titulo perpetuo poſſidendam transferentes etiam in eccleſiam predictam omne ius quod noſtra eccleſia in ipſis bonis a retro actis temporibus dinoſcitur habuiſſe, de predictis vero bonis unum manſum tenuerunt a nobis in pheodo *Albertus* & *Fridericus* comites de *Wernigerode* in campo *Hamersleve* cum area ſua *Ludolphus* miles & fratres ſui de *Nendorp* duos manſos in eodem campo & unum manſum in *Wegersleve Henricus* & *Iordanus* de *Hornbuſen* ſex manſos in *Hamersleve Olricus* de *Dbettene* tres manſos ibidem, *Johannes* de *Hornbuſen* unum manſum in *Wegersleve Albertus* & fratres ſui de *Baldeleve* dimidium manſum in *Wegersleve Luderus Alderman* & *Rivelingus* dimidium manſum in *Hamersleve*, *Lodewicus* pincerna tria jugera in *Hamersleve*, *Rudolphus* decimator & *Theodericus* frater ſuus de *Hamersleve* unum manſum in *Hamersleve*, *Bruno* de *Dbettene* & *Henricus* frater ſuus ſex manſos in *Hamersleve Conradus* de *Hamersleve* & fratres ſui dimidium manſum in *Hamersleve* & dimidium manſum in *Wegersleve*, & molendinum ſupra villam *Hamersleve* nullo alio interjacente molendino ſimiliter a nobis jure tenuerant pheodali ad horum omnium debitam Warandiam exhibendam eccleſie *vallis ſancte Marie* nos & ſucceſſores noſtros preſentibus obligamus hujus facti noſtri teſtes *Henricus* ſcholaſticus *Theodericus* de *Gatersleve* Theſaurarius *Richardus* cellerarius *Hartmannus de Daſſele*, *Olricus* de *Ozſtrowe*, *Conradus Heveſtrit*. *Bartolomeus* de *Levenowe* eccleſie noſtre cano-

canonici. *Heyſo* & *Rodingerus* fratres dicti de *Merſborg*, *Olricus* de *Stayme* *Theodericus de monaſterio* *Gerardus Hone* milites & miniſteriales noſtri. Ut autem id factum noſtrum ratum & inconvulſum in ſuo vigore permaneat nunc & ſemper, cartam hinc inde conſcribi fecimus, & noſtro ac noſtri capituli ſigillis fideliter communiri. Datum & actum in *Mersburg*, Anno Domini M°CC° nonageſimo V° decimo Kal. Marcii.

20 Febr.

LI.

EPISCOPI MERSBURGENSIS DE PROPRIETATE BONORUM QUORUNDAM IN HAMERSLEVE.

Heinricus Dei gratia Merſſeburgenſis eccleſie epiſcopus omnibus quibus hanc literam legere vel audire fuerit oportunum notitiam ſubſcriptorum. proprietatem trium manſorum quos a nobis in pheodo tenuerant *Ludolphus* miles & fratres ſui de *Nendorp* & VI. manſorum, quos a nobis tenuerant *Henricus* & *jordanus* de *Hornbuſen* & trium manſorum quos a nobis tenuit *Olricus* de *Dhettene* & unius manſi quem a nobis tenuit *johannes* de *Hornbuſen* dimidii manſi quem a nobis tenuerunt *Bartoldus* & fratres ſui de *Baddeleve* & dimidii manſi quem tenuerunt *Luderus Alderman* & *Rivelinus* & unius manſi quem a nobis tenuerunt *Rodolphus* decimator & *Theodericus* fratres de *Hamersleve* & unius manſi

manſi quem tenuerant a nobis *Conradus* de *Hamersleve* & fratres ſui & unius molendini quod idem *Conradus* a nobis jure tenuerat pheodali vendidimus venerabilibus fratribus abbati & conventui *vallis ſancte Marie* ord. Cyſter. Halberſt. dioeceſ. cum areis ſuis ac ceteris omnibus que ad dictos manſos pertinent vel pertinere dinoſcuntur, ac omni jure quo ecclefia noſtra dicta bona poſſedit, & hoc de veſtra bona voluntate ſcire volumus eſſe factum. unde omnes vos in predictis bonis reſpectum habere volumus ad Abbatem & conventum eccleſie prefate gratum & ratum habituri quicquid inter vos & predictos de ſepedictis bonis amicabiliter fuerit ordinatum. Datum *Merſeborg* Anno Domini M°. CC°. nonageſimo V°. Decima Kal. Marcii.

20. Febr.

LII.

IMPETICIO QUEDAM SUPER ALIQUIBUS BONIS IN HAMERSLEVE.

Henricus Dei gratia abbas in *Conradesburg*. Univerſis Chriſti fidelibus quibus hanc literam legere vel audire contigerit notitiam ſubſcriptorum. Cauſam que inter venerabilem virum dominum Abbatem monaſterii *vallis ſancte Marie* ordinis cyſterc. Halberſtad. dioceſ. ſuper quibusdam bonis ſitis in magna *Hamersleve* vertebatur ex una & *Olricum* de occidentali villa in *Quedelingeburg* noſtrum famulum ex altera, per fratrem *Albertum* & *Henricum*

cum Buſen in *Hamersleve* & in *Eſekenrode* magiſtros fatemur in noſtra preſentia fore taliter conſopitam, quod dicti fratres *Albertus* & *Henricus* dederunt ex parte Domini Abbatis & ſui monaſterii dicto *Olrico* quinque marcas uſualis argenti & idem *Olricus* ac ſua uxor *Hampe* nomine nec non filii ipſorum *Olricus Theodericus* & *Otto* ſinguli communiter & expreſſe ac etiam voluntarie renuntiabant omni utilitati commoditati ſeu juri ſi quod in predictis bonis que impetiverunt habere poterant vel habebant. hujus renuntiationis teſtes ſunt *johannes* plebanus in magna *Ditforde Elgerus* de occidentali villa in *Quedelingenborg*, *Henricus* filius *Elizabet johannes* Magiſter, frater *Heydenricus* auriga in *Winnigge* & alii quam plures fide digni. In cujus rei evidens teſtimonium fecimus hanc literam hinc inde conſcribi ac noſtro ſigillo fideliter communiri. Datum Anno Domini M°. CC°. nonageſimo V°. duodecimo Kal. Aprilis.

21. Martij.

LIII.

COMITES DE WERNIGGERODE RESIGNANT MANSUM EPISCOPO MERSEBURGENSI.

Venerabili ac reverendo Domino ſuo *Henrico* Mersburgenſis eccleſie epiſcopo *Albertus* & *Fridericus* Comites de *Wernigerode* cum debita fidelitate obſequium tam debitum quam paratum manſum

ſum unum ſitum in magna *Hamersleve* cum omnibus ſuis attinentiis quem a vobis & eccleſia veſtra hactenus tenuimus in pheodo, & eundem a nobis tenuit *Ludolphus* filius *Gertrudis* & *Theoderici* filii villici vice ſimili cum omni ac pleno jure ac juſtitia veſtre dominationi duximus reſignandum renuntiantes pro nobis & noſtris ſucceſſoribus nobis legitime ſuccedentibus omni commoditati & utilitati ac juribus univerſis ſi que nobis de dicto manſo competerent pro preſenti, vel noſtris ſucceſſoribus tempore pro futuro. preterea ſi hec noſtra literalis reſignatio frivola probata fuerit vel inanis, eandem manu & oretenus faciemus vel facient noſtri legitimi ſucceſſores nobis medio tempore decedentibus cum nos vel ipſos veſtram viſere contigerit preſentiam perſonalem, ad quod faciendum nos & ipſos preſentibus obligamus. Datum & actum in *Werniggerode* preſentibus *Baſilio* de *Romesleve* & *Hermanno* dictis de *Dingelſtede*, & *Iohanne* de *Rembocke* militibus noſtris *Gevehardo* de *Langele* advocato noſtro *Hermanno Lepel*, *Waltero* & *Henrico* fratribus dictis *colit.* Anno Domini M°CC° nonageſimo quinto, duodecimo Kalendas Aprilis. 21 Martij.

LIV.

NOBILIUM DE WERBERGE DE DUOBUS MANSIS IN HAMERSLEVE.

In Nomine Sancte & individue Trinitatis Amen. *Conradus* de *Werberge* nobilis, filius Domini *Hermanni* de *Werberge* omnibus quibus hanc literam

legere vel audire contigerit, in perpetuum, ut factorum noſtrorum nobis in morte deficientibus non pereat memoria ea que rationabiliter geſſimus ad futuri temporis hominum memoriam extendimus per ſuffragia literarum. Noverint igitur omnes tam preſentis quam futuri temporis homines, quod proprietatem duorum manſorum in magna *Hamersleve* quam quondam dilectus pater noſter donaverat eccleſie *vallis ſancte Marie* ad petitionem domini *Hillebrandi* de *Quesvelde*, noſtro non accedente conſenſu accipientes ab eisdem Domino... Abbate & fratribus ſuis novem marcas ſtendalenſis argenti donationem patris noſtri legitimam approbamus, preterea accedente conſenſu dilecte matris noſtre libero & expreſſo donavimus eorundem manſorum proprietatem cum omnibus quae ad eos pertinent ſeu pertinere noſcuntur. . . Abbati & conventui eccleſie ſupra dicte, transferentes in eandem eccleſiam omne jus ac omnem utilitatem quam in eisdem bonis nos & progenitores noſtri a diebus habuimus retroactis. Inſuper obligamus nos & omnes legitimos ſucceſſores noſtros, ut de predictis bonis in omni loco debitam & juſtam Warandiam exhibeant eccleſie ſepe dicte. hujus donationis teſtes ſunt *Ludolphus de Esbeke*, *Burchardus* de *Berwinkele*, *Henricus* & *Fridericus* de *Alversleve*, fratres miniſteriales & milites, *Bertoldus* de *Wevensleve Bertoldus* de *Scenigge*, *Otrabanus* milites, *johannes de Hornbuſen Albertus Spegel de Baddeleve* ſervi & alii quam plures fide digni. Ut autem hec donatio rata & inconvulſa permaneat nunc & ſemper

per preſentem literam noſtri ſigilli munimine roboramus. Datum M°. CC°. nonageſimo V°. XIII. Kal. junij. feliciter amen.

20. Maji.

LV.

VOLRADI EP. HALBERSTADENSIS DE V. MANSIS IN HAMERSLEVE.

In Nomine ſancte & individue Trinitatis amen. *Volradus* Dei gratia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus *Guntherus* prepoſitus *Albertus* Decanus totumque ejusdem eccleſie capitulum omnibus quibus hanc literam legere, vel audire contigerit in perpetuum. Oblivionis locus ſubtrahitur & labili memorie utili ſubventione ſuccurritur quando res inter mortales acte literarum teſtimonio conſcribuntur. Notum igitur eſſe volumus tam preſentibus quam futuris quod ad petitionem honeſti militis miniſterialis noſtri *Henrici* pincerne dicti de *Emersleve* dedimus proprietatem quinque manſorum cum areis ſuis ac ceteris omnibus ad eosdem manſos pertinentibus venerabilibus fratribus abbati & conventui Monaſterii *vallis ſancte Marie* Cyſterc. ordinis noſtre dioceſ. in magna *Hamersleve* tam in villa quam in campo ſitorum quos a nobis in pheodo tenuerant communi manu *Iohannes* Dapifer de *Alvensleve* eccleſie noſtre miniſterialis & *Gevebardus Henricus* nec non *Fridericus*

fratres milites dicti de *Alvensleve* legitimo proprietatis titulo perpetuo poſſidendas. habito conſenſu libero & expreſſo omnium quorum ſuper hac donacione conſenſus fuerat requirendus. Renuntiantes pro nobis & ſucceſſoribus noſtris predictis bonis omnibus & ſingulis ac eorundem juribus univerſis, transferentes etiam in eandem eccleſiam omnem utilitatem ac omne jus quod in eisdem bonis a temporibus retro actis eccleſia noſtra dinoſcitur habuiſſe. Teſtes hujus donationis noſtre ſunt *Gevehardus* de *Querenvorde* cellerarius *Hermannus* de *Blankenborg* ſancti *Bonifacii* prepoſitus. *Gevehardus* de *Arnſten* camerarius *Heydenricus* de *Scartfelde*. *Theodoricus* de *Heſnem Rodolphus* de *Gratensleve Lodewicus* de *Wartsleve* Eccleſie noſtre canonici. Layci vero *Wernerus* de *Sceranbeke* nobilis *Bernhardus* de *Papeſtorp Wernerus* de *Slage*, milites *Theodericus* & *Henricus* fratres dicti *Poromes* & alii quam plures fide digni. Ut autem hec noſtra donatio perſeveret firma & inviolabilis nunc & ſemper fecimus hanc cartam hinc inde conſcribi ac noſtro ſigillo nec non noſtri capituli fideliter communiri. Datum *Langeſten* Anno Domini M°CC° nonageſimo V° III. Idus Novembris.

11 Nov.

LVI.

LVI.

COMITIS DE REGENSTEIN DE PROPRIETATE UNIUS MANSI ET DIMIDII IN HAMERSLEVE.

In nomine Domini amen. *Henricus* Dei gratia comes de *Regenſten* omnibus preſentem literam inſpecturis vel audituris in perpetuum. Oblivioni locus ſubtrahitur & memorie utili ſubventione ſuccurritur dum acta temporum literarum teſtimonio commendantur. jnde eſt quod tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes quod nos unius manſi & dimidii proprietatem cum area ſua & proprietatem ſex jugerum cum una area nec non unius aree ſingularis proprietatem, in campis & in villa magne *Hamersleve* ſitorum & ſitarum cum eorum ſingulis pertinentiis ac juribus univerſis a nobili viro Domino *Symone* comite de *Daſsle* nobis datas & in nos translatas ad petitionem & promotionem *Johannis* & *Ludolphi* fratrum dictorum de *Jerecſem* in caſtro noſtro *Slanſtede* reſidentium de pleno & expreſſo conſenſu & aſſenſu noſtrorum heredum nobis legitime ſuccedentium donavimus religioſis viris . . . Abbati & conventui Monaſterii *vallis ſancte Marie* ordinis Cyſtercienſis Halberſtadenſis dioeceſis in jus proprium proprietatis tytulo perpetuo poſſidendas. predictos quoque manſos unum & dimidium & ſex jugera in quolibet videlicet campo duo cum eorum areis tenuerant in pheodo ab *Annone de Heymborch Johannes* & *Ludolphus* fratres de *Jerecſem* ante dicti, aream etiam ſingularem de

qua eſt mentio prius facta *Ludolphus* & fratres ſui filii quondam *Heydenrici* de *Jerecſem* militis in caſtro *Twiſlinge* reſidentis ſimiliter ipſo jure tenuerant ab eodem. transferentes in predictos. . abbatem . . & conventum ſeu eorum monaſterium omne jus quod nos in predictis bonis ratione proprietatis ſeu aliis quibusvis modis dinoscimur hactenus habuiſſe. Renunciantes pro nobis & noſtris heredibus omni juri dicte proprietatis quod nobis competiit in preſenti vel poſſet competere in futurum, promittentes nos donationem & translationem hujusmodi proprietatis inviolabiliter obſervare nec unquam aliquid facere vel attemptare per nos vel noſtros heredes per quod noſtra donatio vel translatio a quoquam valeat impediri & in omni loco & tempore debitam Warandiam exhibere. Hujus teſtes ſunt *Johannes* Dapifer. *Albertus Spegel. Johannes de Jerecſem.* milites. *Borgardus* de *Nenſtede. Ludolphus* de *Jerecſem Siffridus* de *Eylckesdorp. Hillebrandus* de *Deddenleve* caſtellani in *Stanſtede* & alii quam plures fide digni. ut autem hec noſtra donatio & translatio dicte proprietatis firma & ſtabilis perſeveret fecimus hanc literam inde conſcribi & ſigilli noſtri munimine fideliter communiri. Datum *Regenſten* Anno Domini M°. CCC°. In die beati *Jacobi* Apoſtoli.

25. julij.

LVII.

LVII.

DE DUOBUS MANSIS IN HAMERSLEVE ET DIMIDIO IN WEGERSLEVE.

In Nomine ſancte & individuę Trinitatis Amen. Nos *Anno* filius Domini *Henrici* de *Heimborch*. omnibus tam preſentibus quam futuris preſentes literas inſpecturis in perpetuum. Oblivioni locus ſubtrahitur & memorie hominum ſubvenitur quando res inter mortales acte litterarum teſtimonio conſcribuntur. Inde eſt quod nos volentes ad univerſorum notitiam pervenire, quod honorabiles viri . . . Abbas & conventus Monaſterii *vallis ſancte Marie* ord. Cyſt. Halberſtad. dioceſ. emerunt duos manſos liberos & abſolutos cum omni uſufructu ipſorum areis pratis & paſcuis ac ceteris ſingulis juribus & pertinentiis tam in campis quam in villa *Hamersleve* proprietatis titulo poſſidenda ac Domino *Heinrico* patre noſtro nec non *Annone* patrueli noſtro pro triginta duabus marcis examinate pecunie eis integraliter perſolutis quos *Florinus* de *Wattekſen* & fratres ſui ab ipſis in pheodo aliquando tenuerunt. Quo facto cum Domino *Anno* de *Tſellis* patruus noſter dictam emptionem infringere moliretur Dominus . . . Abbas & . . . conventus iam predicti cauſa vexationis redimende quatuor talenta Brunwicenſium denariorum dederunt eidem filiis quoque ipſius *Hinrico Herwico. Conrado* & *Annoni* . . idem attemptantibus tempore procedente dederunt novem talenta Helmeſtadenſium denariorum & duos cho-

ros filiginis Domino *Theoderico* de *Eſcherde* advocato in *Twiſlinge* tunc temporis procurante. poſtremo cum nos jure ſueceſſionis paterne eosdem manſos impeteremus commiſſum eſt arbitrio tam a nobis quam ab . . Abbate & conventu ſupra dictis videlicet Domino *Bartoldo* de *Scheninge* in *Wevensleve* commoranti & Domino *Iohanni* de *Hornhuſen* militibus ut, quicquid ipſi diffinirent ſervaretur firmum & ſtabile hinc & inde. Qui ſunt taliter arbitrati quod Dominus . . Abbas & . . conventus antedicti darent nobis quinque choros braſii & totidem avene quos nos acceptantes & accipientes ab eisdem gratam & ratam habuimus & habemus predictam venditionem & eam preſentibus approbamus. Damus etiam litteras per preſentes proprietatem ante dictorum manſorum cum ſingulis eorum juribus & pertinentiis . . abbati & conventui antedictis. Renunciantes pro nobis & noſtris ſucceſſoribus omni juri quod nobis competeret ſeu poſſet competere in eisdem & ipſis generare prejudicum aliquod in futurum. Nolentes per nos vel per alios directe vel indirecte unquam huic donacioni ratihabitioni confirmationi noſtre aliqualiter contraire, obligantes nos ad periculum evictionis dictorum manſorum ſecundum canonicas ſanctiones. Et quod ipſos a quolibet qui aliquid juris in eis oſtendere potuerit volumus & ut tenemur plenarie expedire. Renuntiamus etiam pro nobis & noſtris ſucceſſoribus omni impetitioni que nobis competere poſſet in dimidio manſo in *Wegersleve* quem habuerat quondam *Thitbernus* qui tunc

tunc temporis exſtitit de familia patris noſtri. Teſtes hujus rei ſunt. Dominus *Fridericus* ſcultetus miles. *Wedekindus* de *Debbenem*. *Ludolfus Bartoldus Iohannes* fratres de *Ierebſem*. *Conradus Thidericus* frates de *Debbenem*. *Wasmudus* de *Hogerstorp* in *Twiſlinge* caſtellani. Ut autem hec firma & inconvulſa perſeverent preſens ſcriptum inde rite confectum dedimus noſtri ſigilli munimine roboratum. Actum & datum in *Twiſlinge* Anno Domini MCCC. ſecundo. Octavo Kal. februarii.

25 Ian.

LVIII.

DE QUIBUSDAM BONIS IN HAMERSLEVE WEGERSLEVE, OTENLEVE ET WERDESLEVE.

Bruno prepoſitus, *Segebardus* prior totusque conventus monaſterii ſancti *Pancratii* in *Hamersleve* Halberſtadenſis dioceſis univerſis chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis in perpetuum cum aliquando inter nos & Abbatem &. . . Conventum monaſterii *vallis ſancte Marie* ord. Cyſterciensis Halberſtadenſis dioeceſis ſuper quibusdam bonis *Heydenrici* de *Otenleve*, duobus videlicet manſis & dimidio ac eorum pertinentiis, nec non duobus molendinis ipſius in *Otenleve* ac tribus areis in *Wegersleve* ſitis *Bernardi* ſcilicet *Mankorn Werneri Oslebop* & *jordani* & etiam ſuper hominibus quibusdam glebariis ſeu litonibus in *Hamersleve Wegersleve*

 leve

leve Otenleve, vel alibi commorantibus eſſet exorta aliqualis contentio & materia queſtionis nobis aſſerentibus predicta omnia & ſingula ad nos pertinere. abbate & conventu predictis in contrarium aſſerentibus, deciſa fuit hec contentio ſub hac forma, quod propter curialitates & amicitias nobis ſepius exhibitas ab ante dictis abbate & conventu transtulimus in ipſos & eorum monaſterium directum & utile dominium ac omne jus predictorum bonorum omnium ac duarum arearum ante curiam quondam noſtram in *Werdesleve* ſitarum ſi quid tamen nobis in ipſis competiit proprietatis titulo perpetuis temporibus poſſidendum. Nolentes per nos, vel per alios directe vel indirecte eidem noſtre translationi unquam ullo tempore contraire, cum hoc renunciantes pro nobis & noſtris ſucceſſoribus predictis bonis omnibus & ſingulis & eorum juribus univerſis, omnique actioni in factum & de dolo, literis impetratis vel impetrandis ac omni beneficio legum & canonum ceterisque defenſionibus que nobis prodeſſe & ipſis abbati & conventui poſſent obeſſe vel generare prejudicium aliquod in futurum. De hominibus etiam glebariis ſeu litonibus de quibus exſtat dubium, an nobis an Eccleſie *vallis ſancte Marie* pertineant cum de notoriis probari non ſit opus ſic exſtitit diffinitum, ut quicunque eorum adhuc vivens, vel ſaltem cujus conſanguinei vel etiam alieni fide digni poſt ejus mortem hoc aſſertive dicere ſeu ſuo firmare voluerint juramento quod nobis ſeu antedicte pertineant eccleſie in hoc contenti erimus hinc & inde. Ceterum

rum unam aream in qua manſerat *Conradus* de *Hamersleve* qui ſolvit eccleſie noſtre quatuor ſolidos Helmeſtadenſium denariorum commutavimus proprietatis titulo Eccleſiae *vallis ſancte Marie* jam ſepe dicte & dedimus eam eidem eccleſie pro quadam alia area que fuerat *Luderi Conegundis* qui ſolvit ſex denarios in quibus denariis nos prepoſito ſanctimonialium *montis ſancte Marie* prope *Helmeſtat* dandis annis ſingulis obligamus. Ut autem predicta omnia inviolabiliter obſervemur nec in aliquo contra venire poſſimus & in teſtimonium omnium predictorum preſentes literas noſtris ſigillis duximus fideliter muniendas. Datum in *Hamersleve* Anno Domini M°. CCC°. II. VIII. Kal. Auguſti.

25. julij.

LIX.

COMITIS DE DASLE DE UNO MANSO ET DIMIDIO IN HAMERSLEVEN.

In nomine Domini amen. *Symon* Dei gratia comes de *Dasle* omnibus in perpetuum. Noverint univerſi, quod nos manſum unum & dimidium *Hamersleve* ſitum noſtre proprietatis quem manſum ac dimidium *Anno* de *Heymborch* a nobis in pheodo tenuit, nobili viro *Henrico* comiti de *Regenſteyn* & ſuis heredibus cum omni jure donamus in perpetuum proprietatis titulo perpetuo poſſiden-

ſidendum. Et ne aliquis huic noſtre donacioni poſſit aliquo modo contraire in felicem memoriam & perpetuam firmitatem ſigillum noſtrum preſentibus appoſuimus dantes in teſtimonium ſuper ea. Anno Domini Mo. CCC° tertio in feſto beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum.

29 Iunij.

LX.

RENUNCIACIO UNIUS MANSI ET DIMIDII IN MAGNA HAMERSLEVE.

Nobili viro ſuo Domino perdilectiſſimo Domino *Symoni* comiti de *Daſſele Anno* de *Heymburch* miles, debite fidelitatis conſtantiam in omnibus cum effectu. Cum proprietatem unius manſi & dimidii cum eorum areis ac pertinentiis in campis & in villa magne *Hamersleve* ſitorum quos a vobis hactenus in pheodo tenuimus, & a nobis tenuerunt *Iohannes & Ludolphus* fratres dicti de *Iereсſem* ipſo jure dederitis nobili viro Domino *Henrico* comiti de *Regenſten*, ut in veſtris patentibus litteris ipſi datis plenius continetur. Nos ad inſtantiam predictorum fratrum *Iohannis* videlicet de *Iereſem & Ludolfi* predictos manſum & dimidium cum duabus ipſorum areis ac ſingulis ipſorum pertinentiis nec non unam aream ſingularem in magna *Hamersleven* ſitam quam a nobis tenuerat Dominus *Heydenricus* de *Ierecſem* miles felicis recordationis & ſui filii vobis preſentibus duximus reſignandum,

&

& quod noſtris facimus litteris nunc, manu, cum ad vos venerimus libenti animo faciemus, in cujus rei evidens teſtimonium preſentes litteras noſtro ſigillo communitas fideliter duximus erogandas. Datum *Ierſem* Anno Domini M. CCC°IIII° in die beati *Iacobi* Apoſtoli.

25 Iulii.

LXI.

RECOGNITIO H. MERSEBURGENSIS EPISCOPI SUPER BONIS IN HAMERSLEVE.

Nos *Henricus* Dei gratia Mersburgenſis eccleſie epiſcopus recognoſcimus in preſentibus & ad univerſorum notitiam cupimus pervenire quod *Bruno* & *Henricus* fratres de *Dethtene* miniſteriales dicte noſtre eccleſie Mersburgenſis ſex manſos in villa & in campo *Hamersleven* ſitos cum ſuis pertinentiis ad eos jure hereditario devolutos, quod jus vulgariter *Hoveleyn* appellatur, de voluntate & conſenſu ſororum ſuarum *Gertrudis* & *Irmingardis* donare vendere, & alienare poſſunt non obſtante contradictione *Conradi Henrici* & *Wasmudi*, fratrum de *Hamersleven* & *Olrici* de *Dethtene* qui ſunt filii ſororum *Brunonis* & *Henrici* jam dictorum cum ipſi nihil juris in dictis bonis habeant, eo quod ipſorum matres viam univerſe carnis ſint ingreſſe, ſecundum quod ſententiam fidelium noſtrorum videlicet Domini *Borchardi* Comitis de *Mansvelth* Domini *Syfridi de Vrideberg Gericonis* de *Langenboy*

Do

Domini *Heyzonis* de *Mersburg Guntheri* de *Lochſtete Henrici* de *Harraz Timeonis* de *Cotſchene* Lucidius diffinivit, dicti vero fratres *Bruno & Henricus* dicta ſententia moti prefatos ſex manſos monaſterio *vallis ſancte Marie* ord. Cyſt. Halberſtad. dioceſ. vendiderunt eos in manus noſtras libere reſignantes, quorum manſorum proprietatem propter Deum dicto monaſterio *vallis ſancte Marie* de conſenſu noſtri capituli libere donavimus ſicut in ipſius monaſterii inſtrumentis ſuper hoc confectis plenius continetur. In cujus rei certitudinem ſigillum noſtrum duximus preſentibus apponendum. Datum & actum *Horburg* anno Domini M°. CCC°. quinto quarto Kal. Auguſti.

29. julij.

LXII.

DE PROTESTATIONE F. F. ET W. SPIRINC MILITUM SUPER BONIS IN HAMERSLEVE.

Acta temporum ne calumpnientur a poſteris ſcripture commendantur memoriis. jnde eſt quod nos *Fridericus Friſo & Walterus Spirinc* milites tenore preſentium duximus dilucide proteſtandum quod *Bruno & Henricus* fratres dicti de *Dethtenem* cum expreſſo conſenſu ſororum ſuarum *Ermegardis* videlicet & *Gertrudis* aliorumve coheredum vendiderunt religioſis viris . . Abbati & conventui *Vallis ſancte Marie* ordinis Cyſtercienſis Hal-

Halberſtad. dioceſ. ſeu eorum monaſterio ſex manſos cum agris qui ſuper ſunt in campis *Hamersleve* ſitos & cum areis ſuis in pagis dicte ville ſitis ac ceteris pertinentiis omnibus & ſingulis pro centum & quinquaginta marcis examinatis Brunswicenſis ponderis & valoris, hoc adjecto quod predicti fratres *Bruno* & *Henricus* tenentur ad periculum evictionis & ad debitam dictorum bonorum warandiam, ubi & quando, & quotiens requiſiti fuerint exhibendam, hoc eſt, ſi aliquis aut aliqui juſto ſucceſſionis hereditarie titulo aliove juſto modo dicta bona impeterent, ipſi hujusmodi impeticionem taliter expedient quod ante dicti religioſi viri cum eorum monaſterio totaliter ſint indempnes pro omnibus & ſingulis ante dictis fideliter exequendis nos *Fridericus* & *Walterus* ante dicti promiſimus data fide & nobiſcum promiſerunt *Henricus ſaxo* de *Detblene* & *Rodolphus* de *Winnineſtede* dicti *Henrici* ſororis filius & alter *Rodolphus* de *Winnineſtede* jam dicti *Rodolphi* patruelis. Ceterum ſi dicta bona fortaſſis a quibusvis impeterentur minus juſte quicquid ad eorum expeditionem facere poterimus omnes & ſinguli jam predicti libenti animo faciemus, & in premiſſorum evidentiam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini M° CCC° V° in Vigilia *Calixti.*

13 Oct.

LXIII.

LXIII.

ABRENUNTIATIO IMPETICIONIS FOSSATI QUOD DICITUR VELTGRAVE ET DE CONCESSIONE SEMITARUM ET VIARUM ALIARUM IN HAMERSLEVE.

In Nomine Domini Amen. *Albertus* Dei gratia Halberſtadenſis ecclefie Epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris in perpetuum. Ne geſta hominum calumpnientur a poſteris ſcripture commendantur memoriis. inde eſt quod preſenti ſcripto cupimus ad univerſorum devenire noticiam, quod expreſſe noſtri & ecclefie noſtre nomine renunciamus omni actioni & impeticioni, ſi que nobis compecierunt vel competere poterant racione com. . . ſeu alio jure contra Abbatem & conventum monaſterii *vallis ſancte Marie* ordinis cyſtercienſis noſtre diocefis ſuper quodam faſſato in *Hamersleve* quod vulgariter ein veltgruve dicitur ſito inter quandam aream quondam *Brunonis* de *Dethtene* & dimidium juger quod jacet juxta viam qua itur *Wegersleve* ante auſtralem valvam eorundem abbatis & conventus quam habent in curia *Hamersleve* ut eo ex nunc perpetua gaudeant libertate. Adycientes quod dicti abbas & conventus ſepem vel parietem terreum ex noſtra poſſint facere licentia in ſua proprietate ſicut nunc inceperunt a valva ſua auſtrali in *Hamersleve* occidentem verſus & ibidem purgare & mundare alveum ſeu fluvium refluentem effodiendo quando & quotiens eis videbitur expedire. Volentes cum hoc ut ſemitam

mitam illam, que eſt in occidente curie eorundem in *Hamersleve* que incipit a fluvio & protenditur juxta aream quondam *Heydenrici* de *Jerekſem* usque ad viam, que ducit ad curiam ſanctimonialium *Montis Sancte Marie* in *Hamersleve* eciam habeant liberam nunc & ſemper. Preterea volumus, ut ſemitam illam que eſt in orientali parte curie eorundem in *Hamersleve* & vergit ab occidente in orientem ad aream *Johannis* qui dicitur *Grove* cum angulari ſpatio ibidem ſito, quod usque ad aream *Johannis* protenditur, qui *Ceſar* vocabatur ſimiliter pleno jure ceſſante noſtro impedimento poſſideant cum ex hoc nulli gravamen vel prejudicium generetur. Item fluvium in *Hamersleve* antiquum relinquentes mea tum poterunt ex directo ducere de noſtra conniventia per areas que quondam fuerant *Theodorici Erethſen* & *Ceſaris* usque ad ipſorum curiam in *Hamersleve* prope aream in qua nunc ſita eſt fabrica inchoantes. Preſentibus etiam in teſtimonium annotatis. Magiſtro videlicet *Johanne felice* eccleſie noſtre canonico & Theſaurario *Theoderico* prepoſito in *Hamersleve friderico wolfini* milite de *oschers-leve*. *Henrico* de *Wegeleve* marſcalco noſtro. *Wasmodo* filio *wasmodi* militis de *Oschersleve* & aliis quam pluribus fide dignis. predicta eciam omnia & ſingula appenſione noſtri ſigilli eccleſie *Vallis Sancte Marie* confirmantes, ne quis contra veniat in futurum. Datum *Halberſtad* Anno Domini M°. CCC°. nono feria ſexta proxima poſt *Katherine*.

27. Nov.

LXIV.

H. COMITIS DE REGENSTEIN DE MOLENDINO PROPE HAMERSLEVE.

Nos *Henricus* Dei gratia comes in *Regenſten* omnibus Chriſti fidelibus quibus hoc ſcriptum fuerit exhibitum. recognoſcimus tenore preſencium publice proteſtantes, quod mulier quedam nomine *Gertrudis* filia cujusdam *Henrici* cognomine *ſapiens*, molendinarii quondam in molendino ſito in prato prope *Hamersleve* in noſtra conſtituta preſencia renunciavit omni juri ſi quod habuit in dicto molendino ut clauſtrum monachorum *Vallis* videlicet *ſancte Marie* nec per ſe nec per aliquem heredum ſuorum, ſuper ſepe dicto molendino in poſterum inquietet. In hujus facti evidentiam preſentem literam conſcribi fecimus & ſigilli noſtri appenſione juſſimus roborari. Teſtes vero hujus renuntiationis ſunt, *Bernardus* de *Redebere Henricus* de *Heſnum*, *Segebode Kozze*, *Olricus* de *faro Rodolphus* de *Hamersleve* & plures alii fide digni. Acta ſunt hec anno Domini M° CCC° X° in craſtino beate *Lucie*. 14 Dec.

LXV.

MONTIS S. MARIAE DE AREIS.

In Nomine Domini Amen. *Iohannes* Dei gratia prepoſitus, *Adelheydis* prioriſſa totusque conventus Monaſterii *Montis ſancte Marie* prope *Helmſtat.*

ſtat. omnibus in perpetuum. Ne ea que geruntur in tempore cum lapſu temporis evaneſcant, ſic teſtium vivacitate ac literarum teſtimonio fulciri convenit quatenus eorum memoria in longum vigeat & omnium ſuccedentium tergiverſacio penitus conquieſcat. Noverint itaque univerſi, quod cum nos duas areas ſitas intra ſepta curie *Hamersleve* pertinentis ad monaſterium *vallis ſancte Marie* impeteremus, que inquam aree quondam fuerunt eccleſie ſancti *Pancratii* in *Hamersleve* quas *Conradus* dictus *Brukduge* ab eadem eccleſia tenuit Domino .. Abbate & conventu *vallis ſancte Marie* in contrarium aſſerentibus ipſas areas ad eos & ad eorum monaſterium a Domino *Henrico* de *Hertbeke* quondam eccleſie noſtre prepoſito legitimo emptionis tytulo devolutas & eas dudum pacifice poſſediſſe. verum quia predicti ... Abbas & conventus *vallis ſancte Marie* ſuam emptionem litterarum teſtimonio demonſtrare non poterant, hujuſcemodi impeticio ſopita dinoſcitur in hunc modum videlicet quod in recompenſam ſupra dictarum arearum pro memorati abbas & conventus dederunt nobis et eccleſie noſtre duas areas alias quarum una ſita eſt in *Hamersleve* quam Dominus *Johannes* miles dictus de *Icrekſem* quondam in pheodo a Domino *H.* comite de *Regenſtein* tenuit & alia que ſita eſt in curia noſtra *Werdesleve* que quondam fuit eccleſie in *Hademersleve* legitime commutacionis titulo perpetuis temporibus poſſidendas & nihilominus ſuperaddentes ſex marcas ſtendalenſis argenti nobis & eccleſie noſtre integraliter perſolutas. Trans-

 feri-

ferimus in prediƈtos abbatem & conventum & eorum monaſterium omne jus quod nos & diƈta noſtra eccleſia a retroaƈtis temporibus in jam diƈtis areis dinoſcimus habuiſſe. renuntiantes pro nobis & noſtris ſucceſſoribus ſepe diƈtis duabus areis intra ſepta curie *Hamersleve* ſitis nec non eorundem juribus univerſis ſeu omni aƈtioni ac defenſioni que nobis & noſtris ſucceſſoribus prodeſſe & ipſis abbati & conventui obeſſe poſſent vel generare prejudicium aliquod in futurum. hujus rei teſtes ſunt Dominus *Bruno* prepoſitus & Dominus *Theodericus* de *Rozdorp* quondam prepoſitus eccleſie ſanƈti *Pancratii* in *Hamersleve* Dominus *Theodericus* diƈtus de *Barem* cellerarius ibidem. item Dominus *Gobelinus* eplebanus ſanƈti *Stephani* in *Helmſtat*. item de eorum conventu ſcilicet *vallis ſanƈte Marie* interfuerunt hujusmodi commutacioni ſeu empcioni *Iohannes* cellerarius diƈtus de *Santdorp Iohannes* cuſtos. *Bertramus* de *Berwinckele Henricus* de *Hartdorp* camerarius frater *Bertramus* reƈtor curie eorum in *Werdesleve* & alii quam plurimi fide digni ut autem hec permutatio hinc inde faƈta firma ac inviolabiliter perſeveret nunc & ſemper preſentem litteram inde conſcribi ac noſtro conventusque noſtri ſigillis fecimus fideliter communiri. Aƈtum & datum in *Monte ſanƈte Marie* Anno Domini M CCC XII° In die beati *Blaſii* epiſcopi & martiris. 3 Febr.

LXVI.

LXVI.

PRIVILEGIUM PRAEPOSITI MONTIS S. MARIAE DE PERMUTATIONE QUARUNDAM AREARUM IN HAMERSLEVE.

In Nomine Domini Amen. *Johannes* Dei gratia prepoſitus. *Adelheidis* prioriſſa totusque conventus monaſterii *Montis Sancte Marie* prope *Helmeſtad.* Halberſtat. dioceſ. univerſis chriſti fidelibus preſentibus & futuris in perpetuum. Ne acta rationabiliter terminata veniant in dubium hominum deficiente memoria vel vita, eorundem curſus legitimus ſervari conſuevit futuris hominibus in ſcriptura. proinde noverint univerſi quod nos deliberatione ſufficienti prehabita requiſito nihilominus & habito conſenſu & aſſenſu tocius noſtri conventus ac aliorum quorum conſenſus & aſſenſus fuerat requirendus cum religioſis viris Domino abbate & conventu *vallis ſancte Marie* ord. Cyſter. Halberſt. dioceſ. permutavimus omnes & ſingulas areas noſtras & noſtre ecclesie intra ſepta curie ipſorum in *Hamersleve* ſitas pro duobus jugeribus & dimidio ibidem trans aquam & pro quatuor areis ſitis inter curiam predictam verſus occidentem & noſtram curiam legitimo permutationis titulo perpetuis temporibus poſſidendas. Et inſuper jure conſimili dedimus Domino abbati & conventui memoratis alias duas areas quarum una ſita eſt contra valvam dicte curie eorum in *Hamersleve* verſus aquilonem & alia ibidem prope foſſatum juxta aream cujusdam *Reyneri* nomine, in quarum area-

rum recompenſam ipſi Dominus abbas & conventus dederunt nobis & noſtre ecceſie quoddam foſſatum in proprietate ipſorum factum verſus occidentem curie noſtre que jacet prope curiam eorum *Werdesleve* tali tamen cautela adhibita ne occaſione aque decurrentis per foſſatum hujusmodi vel a parte ſuperiori vel inferiori periculum paciantur aliquod vel gravamen ſuper addentes nihilominus pro utilitate noſtre curie ante dicte quoddam ſpatium ſitum intra memoratum foſſatum verſus orientem ad poſſidendum utraque temporibus perpetuis prout ipſi hec dinoſcuntur a retro actis & a diebus antiquis legitime poſſediſſe. Transferimus quoque in predictos Dominum abbatem & conventum quicquid juris habuimus in areis ante dictis. Renuntiantes pro nobis & noſtris ſucceſſoribus areis ſepe dictis omnibus & ſingulis ac earundem juribus univerſis. omni etiam beneficio legum & canonum. reſtitutioni in integrum & omni actioni ſeu defenſioni que nobis & noſtre ecceſie prodeſſe & ipſis Domino abbati & conventui obeſſe poſſent vel generare prejudicium aliquod in futurum Volentes eisdem in areis prenarratis juſtam & debitam Warandiam quandocunque requiſiti fuerimus exhibere Teſtes hujus rei ſunt *Bruno* prepoſitus in *Hamersleve. Ceſarius* prepoſitus ſancti *Ludegeri*, *Gobelinus* plebanus in *Helmeſtat. Hinricus* & *Gevehardus* dicti de *Alvensleve Bertramus* dictus de *Veltem* milites & quam plures alii fide digni. Predicta quelibet & ſingula nihilominus noſtro & conventus noſtri ſigillis ecceſie *Vallis Sancte Marie* in

per-

perpetuum confirmantes, ne quis contra veniat in futurum. Datum in *Monte Sancte Marie* Anno Domini M°. CCC°. XV°. in die beatorum martyrum *Primi & Feliciani.*

9. junij.

LXVII.

DE HUYSBURG SUPER QUIBUSDAM MANSIS ET AREIS IN HAMERSLEVE ET WEGERSLEVE ET DE QUODAM VITULO.

In Nomine Domini Amen. *Eckebertus* Dei gratia Abbas. *Conradus* prior.. cellerarius. *Olricus* cuſtos totusque conventus monaſterii *ſancte Marie* virginis in *Huisborch* univerſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit in perpetuum. Geſta temporum ne calumpniam paciantur a poſteris ſcripture commendatur memoriis. Tenore igitur preſentium proteſtamur quod nos impetentes religioſos viros videlicet abbatem & conventum Monaſterii *vallis ſancte Marie* Cyſter. ord. Halberſt. dioeceſ. occaſione quorundam manſorum & ar[illegible]rum in campis & in villa *Hamersleve* & *Wegersleve* ſitorum ipſis e converſo partim aſſerentibus & partim negantibus ſe bona aliqua ad noſtram eccleſiam pertinentia poſſidere tandem rationibus hinc & inde probatis & diligenter diſcuſſis materia hujusmodi diſſenſionis ſopita eſt in hunc modum. videlicet quod Dominus. abbas & conventus *vallis ſancte Marie* prefati ratione duorum manſorum & dua-

rum arearum in *Hamersleve*, nec non duorum manſorum & duarum arearum in *Wegersleve* ſitorum in quolibet campo per octo jugera diſtinctorum dabunt nobis noſtroque conventui annis ſingulis in feſto *S. Galli* marcam cum dimidia Stendalienſis argenti Halberſt. ponderis. hunc igitur cenſum abbas & conventus memorati dabunt ut promiſſum eſt de rebus ſui monaſterii quo ad usque certa bona & equivalentia de noſtro bene placito nobis quieverint aſſignare de quibus bonis hujusmodi cenſum poſſimus recipere annis ſingulis expedire. cellerario quoque noſtro duos ſolidos dabunt in feſto *Walburgis* annis ſingulis in recompenſam cujusdam vituli qui de curia *Hamersleve* dari conſuevit pro decima in *Wegbersleve* nobis cedente de pecoribus prefate curie in *Hamersleve* prout inter nos & ipſos fuerat antiquitus placitatum. Transferentes in ipſos ac ipſorum monaſterium prefatos manſos & areas & quicquid juris nobis in bonis competiit antedictis, & nihilominus abbatem & conventum predictos in hujusmodi bonorum poſſeſſionem miſimus ac preſentibus mittimus corporalem donec aliud inter nos fuerit placitatum. Teſtes hujus rei ſunt Dominus *Borchardus de Berwinkel Rudolphus de Slanſtede Henricus* camerarius cum dominis ſuperius provocatis ac aliis quam pluribus fide dignis. In cujus rei teſtimonium preſentem literam conſcribi & noſtro noſtrique conventus ſigillis fecimus fideliter communiri. Actum & datum in *Huſenborch* Anno Domini M.CCC°XXIX° in vigilia beati *Bartholomei* Apoſtoli. 23 Aug.

LXVIII.

LXVIII.

IMPETICIO DUORUM MANSORUM IN HAMERSLEVE.

Nos Dei gratia. *Otto* Dux in *Bruneswick* tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtando. quod *Margareta* de *Hamersleve* filius quoque ſuus *Yſenbart* dictus de *Kisleve* & due filie ejus videlicet *Margaretha* & *Eliſabeth*. *Ludolfus* carpentarius ipſius *Eliſabeth* maritus in noſtra preſentia conſtituti renuntiaverunt & preſentibus renuntiant omni actioni ſeu impetitioni quae poſſet eis ſeu quibuslibet ſuis heredibus competere contra Dominum abbatem & conventum monaſterii *vallis ſancte Marie* ord. cyſter. Halberſtad. dioceſ. in duobus manſis ſitis in campis ville *Hamersleve*, quos inquam manſos duo famuli dicti *Hovemeſter* prius dicuntur poſſediſſe. nolentes per ſe ſeu per alios huic renuntiationi ullo unquam tempore contraire, pro quo Dominus abbas & conventus predicti dabunt predicte *Margarete* matri unum quartale ſiliginis in feſto beati *Martini* quam diu ipſa vixerit quovis anno. qua defuncta Dominus abbas & conventus ſepe dicti ab ipſo quartali dando amplius erunt penitus abſoluti. In cujus renuntiationis evidens teſtimonium coram nobis facte ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum *Luttere* Anno Domini M. CCC°. triceſimo jn die beati *Mathie* apoſtoli.

24. Febr.

LXIX.

DE L. MANSIS IN OTELEVE ET IN HAMERSLEVE ET IN WEGHERSLEVE.

E. Dei gratia prepoſitus totusque conventus in *Hamersleve* omnibus hanc literam viſuris ſalutem in eo, qui neminem vult perire. Tenore literarum recognoſcimus verius ac teſtamur quod de communi conſenſu conſilio & voluntate Domino *Ludolpho de Esbeke* vendidimus XIII. manſos ſitos in *Hamersleve* qui vulgariter appellantur *Latgut* cum omni jure quo nos eos & noſtra ecclefia libere & quiete usque ad hoc tempus dinoſcitur poſſediſſe. In *Wagersleve* XVI. manſos cum dimidio *Latgut* eodem jure in *Ottelleve* XVI. manſos & dimidium *Latgut* cum omni jure. In *Ottelleve* tres manſos & dimidium qui nuncupantur *Tinsgut*. in *Ottelleve* duos manſos ab omni advocatia liberos & exemptos quibus adheret allodium & pratum ſolum cum XX. areis in predictis autem manſis prefatus *Lu.* repperiet quinquaginta talenta & unum Helmeſtadenſium denariorum. In reſtaurum omnium predicte vendicionis memoratus *Ludolphus* procurabit dimidiam nobis decimam & XIIII. manſos noſtre ecclefie cum omni jure proprietatis titulo adherendo ſtatuentes & quod proprietates predictorum manſorum cum omni jure in Domini Halberſt. preſentia vel dominorum noſtrorum ſecundum Domini *Lu.* beneplacitum dabimus & conſenſum hac conditione mediante ſi defectus in Domino *L.* diſcernitur quod abſit Domino

no *Brunoni* de *Elesleve* & *H.* de *Hornbuſen* ratum & inconvulſum tenebimus atque firmum.

CODEX DIPLOMATICUS ECCLESIAE ARGENTINENSIS CONTINUATUR. (*)

LXX.

DIPLOMA OTTONIS III. IMP. SUSPECTUM, QUO VILLAM *DUTTELNHEIM* AB HEMEDIECHO TRADITAM ABBATIAE ALTORFIENSI CUM OMNI IURE ET IUSTITIA CONFIRMAT.

Datum 20. Maji 999.

Ex autographo tabularij Abbatiae Altorfienſis (a)

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. *Otto* Dei auxiliante Clementia (b) Romanorum Imperator Auguſtus. Cum facta hominum diuturnitate temporum in dubium venire ſolent, quae vel perſonarum vel litterarum non approbantur teſtimonio, ideo cartulis ſolemus tradere, quae annorum ſucceſſione curamus obſervare, manifeſtamus igitur (c) tam futuris quam praeſentibus, qualiter quidam fidelis *Hemediech* nomine, homo ſcilicet liberae conditionis allodium ſuum tradidit, quod vocabulum ſortitum eſt *Thutelenheim*, in provincia Alſacia, in pago quoque Nortgewi, prope coenobium, quod dicitur *Altorff*, curtis ſcilicet, pratis,

(*) vid. Nov. Subſ. Dipl. Tom. III. p. 343. Tom. V. p. 323. &c.

tis, agris, atque molendinis, fas, jus & poteſtatem ſuper totam villam cum bannali cippo, bannum quoque eiusdem villae cum omni jure ex integro & juſticia, quae vulgo dicitur Maſt, nec non & cuſtodiam banwartom (k) nuncupatam, uno anno dimidiam, ſecundo integram & familiam ſibi a Deo & ex parentibus ſuis conceſſam ſacratiſſimo Martyri *Cyriaco* jam dicti coenobij patrono (d) & fratribus ibidem Domino ſervientibus conſenſu fratris ſui *Egilolfi*, coeterorumque amicorum ſuorum pro ſuo parentumque ejus remedio tradidit, tradendo conſuetudinaria aſtipulatione firmavit, firmando legitimis inveſtituris inveſtivit, eo videlicet tenore & jure, ut praefati coenobij Abbas *Benno* & ſui ſucceſſores legitime ſcultetum ſuum ſuper eandem villam absque omni contradictione deinceps conſtituant & advocatum ipſius villae concedant. Has igitur largitiones & haec ſtatuta & univerſa quae iſta parentela ob ſalutem animae ſuae praedicto loco contulit, vel favente Domino in poſterum contulerit, noſtrae auctoritatis corroboratione firmamus & perpetuo ſtabilimus, noſtra omnimque contradictione remota. Et ut firmum & inconcuſſum omni permaneat aevo, hanc paginam inde conſcribi teſtesque ſubſcribi & ex petitione praenominati Abbatis & *Eberhardi* comitis (e) ipſorumque ſcilicet *Hemediech* & *Egilolfi* fratrum manu propria corroborantes ſigillare juſſimus (f).

Teſtes quoque hujus rei hij ſunt: (g) *Heinricus* ſanctae Wirzeburgenſis eccleſiae, *Thedericus* epiſcopus, *Pilgrinus* epiſcopus, *Hugo*, *Gerhardus*, *Math-*

Mathfridus, (h) *Uto* Dux (i) *Liutfridus* Comes (l) *Adelbardus*, *Wipertus* & *Marquardus* noſter fidelis proto Spatarius (m) & innumerabilis coetus utriusque ſexus.

Signum Domini *Ottonis* Caeſaris invicti. (n) Data XIII. Kal. junij Anno Incarnationis Dominicae DCCCCXCVIIII. Indictione XII. anno vero Domini *Ottonis* regnantis XV. (o) Imperij III. Actum *Magontiae*. *Heribertus* Cancellarius vice *Willigi* (p) Archiepiſcopi recognovit. (q)

(a) Suſpicionis notas vide in *hiſtor. Epiſcopor. Argentinenſium Tom. II. diſſert. V. pag. 25. ſq.*

(b) inſolita in Chartis Ottonianis formula: *Dei auxiliante clementia* loco: *Divina favente clementia.*

(c) inconſueta itidem eſt formula: *manifeſtamus igitur.*

(k) officium cuſtodis agrorum & emolumenta inde provenientia.

(d) Patroni Abbatiae Altorfienſis tunc erat SS. *Bartholomaeus* & *Gregorius* non *Cyriacus* Martyr, teſte praedicta notitia & ipſa bulla *Leonis IX.* an. 1050. Nomen S. *Cyriaci* obtinuit Abbatia, cum *Leo* brachium hujus ſancti eo transtuliſſet.

(e) *Eberhardum* hunc fuiſſe filium *Eberhardi V.* Nordgoviae Comitis arbitratur *Schöpflinus Alſat. Illuſtr. Tom. 2. p. 478.*

(f) Adpendet ſigillum ex plumbo: in antica parte eſt effigies *Ottonis III.* Imp. cum inſcriptione *Otto Imperator Auguſtus.* in parte poſtica idem ſiſtitur *Otto* vexillum & clypeum tenens, cum perigraphe: *renovatio imperii Romanorum.* Authenticum videtur ſigillum, cum bullis plumbeis uſum fuiſſe *Ottonem III.* multis probent exemplis *Beſſelius*

lius in Chron. Gottwic. Tom. I. p. 212. & 219. nec non *Auctores Gallici Novae Diplomaticae Tom. 4. p. 163. ſq.*

(g) mos in chartis Ottonianis incognitus, poſt integrum Diplomatis textum ſubjiciendi nomina teſtium, qui teſte cit: *Chron: Tom. 1. p. 261. 317. & 343.* poſteriori demum tempore ſub *Henrico V. & Lothario II. invaluit.*

(h) *Hugonem, Gerhardum & Mathfridum Eberhardi VI.* fratres & *Eberhardi V.* filios fuiſſe probat *Schöpfflinus Alſat. Illuſtr. T. 2. p. 478.*

(i) Anno 999. Dux nullus nomine *Uto* in Sueviae & Alſatiae Ducatu extitit, *Conrado* enim Duci an. 997. defuncto ſucceſſit *Hermannus* ex fratre nepos. vid. *Schöpfflin Alſat. Illuſtr. T. 2. p. 543.*

(l) *Luitfridus* VII. filius *Luitfridi* VI. Alſatiae ſuperioris Comes, inferioris quoque Alſatiae Comitatum per annos aliquot adminiſtravit. Confer: *Schöpfflin Alſ. Illuſtr. T. 2. p. 517.*

(m) Proto Spatarij dignitas apud Graecos maxime illuſtris, nunquam apud latinos invaluit, unde maxime ſuſpecta eſt haec vox proto - ſpatarij ipſi *Marquardo* attributa.

(n) Non talis fuit genuina *Ottonis* ſubſcriptio, quae in alijs Diplomatibus ſic legitur: ſignum Domni *Ottonis* invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

(o) Annus Incarnationis hic quidem concordat cum indictione & anno jmperij, ſed annus regni decimus ſextus non decimus quintus in an. 999. incidit.

(p) legendum: *Willigiſi.*

(q) modo inſolito hic recognoſcit Cancellarius. Recognitio enim Cancellarij in omnibus alijs chartis praecedit datam & locum.

LXXI.

LXXI.

BULLA SYLVESTRI II. PP. QUA ABBATIAM ANDLAVIENSEM EPISCOPIS ARGENTINENSIBUS DEFENDENDAM CONCEDIT.

Data menſe Majo. 999.

Ex autographo tabularij Epiſcopalis in palatio Argentinenſi. & ex Codice MS. Bibliothecae Vaticanae num. 7183. (a)

Silveſter ſervus ſervorum Dei omnibus ſanctae fidei orthodoxis. Divina nobis ſaluberrima praecepta & ſanctorum Canonum ac venerabilium Patrum inſtabunt efficaciter documenta omnium eccleſiarum Dei pio conſiderationis intuitu, immo & Apoſtolici moderaminis anniſu utilitatem, commoditatem atque firmitatis perficere integritatem, quatenus procurata eorum utilitatum ſubſidio in divino cultu ut dedicatae exiſtunt, inconcuſſae permaneant, atque in laudibus Dei perſolvendis proficere valeant (b). paſtoralis enim ſollicitudo, quam indeſinenter implere ſtudemus, inter cetera divinae virtutis opera hoc ſancire nos provocat, unde divina placata clementia in ſydereis arcibus nobis aſcribatur remuneratio. Igitur Abbatiam *Eleonis* quae vulgo *Andelaba* nuncupatur, quae etiam ex jure ſanctae Romanae Eccleſiae eſſe dinoſcitur, non ſolum religione, quae ibi fuiſſe dinoſcitur, ſed etiam rebus per laicorum direptiones penitus defeciſſe manifeſtum eſt. quod cum ad aures beatae memoriae praedeceſſoris noſtri *Gregorij* (c) perlatum fuiſſet, praedictae abbatiae ſubvenire meditabu-

tabatur. Conceſſit ergo eam *Wideroldo* venerabili Argentinenſis Eccleſie Epiſcopo tuendam, defendendam, ſimulque religione reſtaurandam, laicorum ab ea poteſtate penitus amota. Nos quoque praedeceſſoris noſtri ſtatuta Apoſtolica auctoritate firmantes ſecundum ejus ordinationem praedictam Abbatiam Argentinenſis Eccleſie tuitioni & defenſioni in perpetuum ſubjectam eſſe concedimus, res ejus omnes, quae acquiſitae ſunt vel acquiri poterunt, noſtri privilegii autoritate roboramus & a laicorum omnium poteſtate omnino alienamus, & quicunque laicorum aliquam poteſtatem in ea exercere praeſumpſerit, noſtra autoritate ſeſe ſciat excommunicatum. Hanc vero ordinationem eſſe concedimus, non ut a jure ſancti *Petri* eam removeamus, ſed quia longinqua nobis eſt, eam praedictae eccleſiae veluti minorem majori tuendam committimus, ea conditionis ratione ſervata, ut camiſiales tres ob noſtri juris reſpectum annuatim nobis deferantur, quodſi primo anno neglectum fuerit, ſecundo anno duplicetur, ſi autem ſecundo, tertio triplicetur & ſi in tertio, ſimili ratione quadruplicetur, jam vero in quarto anno ſi praedicta non perſolvuntur, Argentinenſis Eccleſia praedictam Abbatiam in perpetuum amittat, ita tamen, ſi vivente epiſcopo talis rerum neglectus contingat, eccleſia quoque Argentinenſis quaecunque per transacta tempora acquiſivit vel acquirere poterit, quicquid juſte & legaliter a qualibet perſona accepit, ſive in civitate ſive extra, tam mobilia quam immobilia, non ſolum privâte ſed etiam

etiam publice Apoſtolica auctoritate firmamus, & inſuper in omnes, qui contra hanc noſtram conſtitutionem moliti fuerant, horrendum maledictionis intendimus anathema. Scriptum per manus *Petri* Notarij & ſcrinarij Romanae Eccleſiae in menſe Majo, indictione XII. Datum per manus *Iohannis* ſanctae Albanenſis Eccleſiae Epiſcopi & Bibliothecarij ſanctae Romanae Eccleſiae (d) Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXCVIIII. Anno Pontificatus Domini *Silveſtri* Papae primo, Imperante *Othone* tertio, anno Imperii ejus XVI.

(a) Corruptam maxime & non integram hanc bullam ex chartulario Andlavienſi edidit *Schöpflinus Alſat. Diplom. Tom. I. p. 142.*

(b) Quae praecedunt a verbis: *Divina nobis* &c. deſunt in MSS. Bibliothecae Vaticanae.

(c) *Gregorius* V. nempe, qui a 3 Maji 996. ad 18. Februarij 999. Romanam rexit eccleſiam. *Sylveſter II.* in ejus locum die 2. Aprilis ejusdem anni ſuffectus obijt II. Maji 1003.

(d) *Petrus* & *Johannes* Epiſcopus Albanenſis jam ſub praedeceſſore *Sylveſtri Gregorio V.* munera obibant primus Notarij & Scrinarij, id eſt, Archivarij, alter bibliothecarij ut patet ex *Gallicae novae Diplomaticae Tom. 5. p. 206.*

LXXII.

VITA SANCTAE *ADELHEIDIS* IMPERATRICIS ET FUNDATRICIS ABBATIAE SELSENSIS.

Conſcripta verſus annum 1047. a ſancto *Odilone* Abbate Cluniacenſi auctore coaevo.

Ediderunt:

Marrier & Du Cheſne in Bibliotheca Cluniacenſi pag. 353—370.

Hartmannus in Annalibus heremi Deiparae ad Calcem libri.

Leibniz in ſcript. Rer. Brunſwic. T. 1. *p.* 269—272. *& Caniſius in lectionibus antiquis ed.* 1725. *Tom.* 3. *pag.* 69—85.

LXXIII.

EXCERPTA

Ex *Ægidij Tſchudij* Landmanni Cantonis Glaronenſis miſcellaneis Hiſtoriae Helveticae, quae extant MSS. apud Helvetios in Bibliothecis Abbatiarum San-Gallenſis & Engelbergenſis circa *Alawicum* Abbatem *Divitis Augiae* dein Epiſcopum Argentinenſem. (a)

Ex Tomo III. monumentorum Helvetico-Tugienſium MSS. qui extat *Tugij* in Bibliotheca perjlluſtris Viri *Beati Fidelis Antonij johannis Dominici de Zurlauben L. B. de Thurn & Geſtelenburg.*

AN. 974. (b)

Otto Divina favente Clementia Imperator Auguſtus.... *Alawicum* monachum Augenſem Abbatem Trabarienſem ſtatuit... *Willigiſus* Cancellarius vice *Rodberti* Archi Capellani ſubſcripſi. Data III. Id. Octobris anno Incarnationis Dominicae DCCCCLXXIV. Indictione I. Anno regni Dom-

Domni *Ottonis* XIII. Imperij VI. Actum *Dorenburch.*

AN. 997. (c)

Otto tertius Imperator Auguſtus. (d) *Tſchudius* latinum textum omiſit & illius Germanicam dedit verſionem. Hoc diplomate *Otto* declarat a Venerabili *Alavico* Abbate in *Owe*, qui eum *Romam* comitatus eſt, ſe rogatum fuiſſe, ut per ipſius Caeſaris commendationem poſſit a ſancta venerabili ſede Romana obtinere quasdam gratias pro majori honore ſui monaſterij. Idem Imperator memor devotionis & diſciplinae monachorum Augienſium & notabilis ſervitij, quod illi praefatus Abbas in hac expeditione Romana praeſtitit, acceſſit Papam *Gregorium* ſuum patrem ſpiritualem & ab illo pro praedicto Abbate petijt confirmationem Pontificiorum privilegiorum & bullarum atque ut illi *Alawico* eiusque omnibus ſucceſſoribus Abbatibus daretur facultas, ut epiſcopali more ſacrarentur, miſſas celebrarent cum dalmatica & ſandalijs ſecundum uſum unius Romanae Abbatiae & a ſolo Papa deberent ſacrari Abbates. *Otto* praeterea attendens ad omnia privilegia praefato monaſterio Augienſi olim conceſſa a ſuo Avo Imperatore *Ottone* & ab alijs Regibus & Imperatoribus ſcilicet *Carolo* III. *Ludovico* hujus avo & *Carolo* M. illius proavo, ipſemet, praeſente ſuo ſpirituali patre *Gregorio* declarat praefatum *Alawicum* & hujus ſucceſſores Abbates Augienſes liberos & exemptos ab omnibus, praeter Romanam, expeditionibus. jnſuper praecipit *Otto* ut nullus

rex vel jmperator ullum ſubſidium vel ſervitium ab inſula augienſi exigere debeat. Adjicit quoque, ſi forte unus illorum regum vel jmperatorum devotionis cauſa vel invitatus ab ipſo Abbate hanc inſulam intraret, debeat contentus eſſe ea, quam illi praeſtaret Abbas, ſuſceptione &c. Liberam dein monachis inter ſe eligendi Abbatem facultatem concedit *Otto.* Huic declarationi plenam ſuam confirmationem conceſſit Papa *Gregorius*, adjecta excommunicationis in transgreſſores poena & ipſemet Imperator in eosdem mulctam pecuniae ter centum librarum praeſcripſit hoc eodem diplomate, quod ſua manu & ſuo ſigillo confirmavit. *finis diplomatis talis eſt:* ſignum Domni *Ottonis* tertij invictiſſimi Imperatoris Auguſti *Heripertus* Cancellarius ad vicem *Petri* Cumani epiſcopi recognovi. Data X. Cal. Maji Anno Incarnationis Domini DCCCCLXXXXVII. Indictione X. in praeſentia Domni *Gregorij* Papae quinti haec omnia ratificantis ac confirmantis, Anno regni Domni *Ottonis* tertij XIIII. Imperij primo. Actum *Romae* in Dei nomine feliciter Amen.

AN. 998. (e)

Otto tertius Imperator *Alawico* Abbati *Augiae*.... Data X. Cal. Maji Anno incarnat. Domin. DCCCCLXXXXVIII. indictione XI. anno regni Domni *Ottonis* tertij XV. imperij ſecundo. Actum *Romae.*

Hujus epiſtolae ſummam ſic enarrat *Guillimannus* (f): extat ejusdem *Ottonis* pulchra epiſtola ad

Alt-

Altwicum tum factum Abbatem, qua eum ſui officij admonet & primo revocat illi in memoriam beneficia a Pontifice *Gregorio* ſuo interceſſu accepta, tum & ejus verba, quibus plerumque tales eſſe monachos, quales haberent praeſides, adfirmaverat, monachos igitur non ſolum doctrina ſed & bonis operibus & exemplo praeiret, eorum magnam curam gereret, ne aliquid in victu cultuque deeſſet, quo paratiores & expeditiores volentiores-que ad divinum obſequium reddantur; poſtremo concludit, ita regat & adminiſtret, ut ab juſto judice illam audire vocem mereatur: *Euge ſerve bone & fidelis &c.* Data eſt anno Chriſti 998. 22. aprilis. (g)

(a) Compertum eſt, *Tſchudium* Helveticae hiſtoriae parentem multa reliquiſſe opera, queis acta ſuae gentis Diplomatibus & documentis illuſtravit. Haec MSS. in Caſtro *Greplang* quaſi ſepulta erant, donec ea *Iohannes Albini* Abbas Engelbergenſis, qui an. 1724. obiit, e carcere protracta fideli manu deſcripta acceperit. E bibliotheca Engelbergenſi illa, annuente Abbate *Mauro*, in copia pervenerunt ad D. *de Zurlauben*, qui pluribus voluminibus haec MSS. in ſua *Tugij* Helvetiorum bibliotheca aſſervat.

(b) *Tom. III. monumentorum Helvetico-Tugienſium MSS. in fol. p. 90.*

(c) *Tom. III. cit. pag. 91. Tom. IV. p. 203.*

(d) *Tom. III. p. 98.*

(e) *Tom. III. p. 91. & 98. Tom. IV. p. 203.*

(f) *de Epiſcop: Argentin: p. 173.*

(g) Referente *Willibaldo Erath Augiae Divitis* Bibliothecario, neque in Bibliotheca neque hujus

Inſulae archivio chartae praedictae reperiuntur fortaſſe in tabularium Martisburgenſe translata.

LXXIV.

DIPLOMA OTTONIS III. IMP.

Quo interventu Domini *Werinberi* venerabilis Abbatis Laurisheimenſis concedit, ut publica fiat moneta cum omni utilitate ſua in loco *Brumagad* dicto, in Comitatu *Eberhardi* comitis & in pago Heliſaze, eo tenore, ut probabiles denarij ibi fiant & moneta ſemper in eodem loco habeatur ad uſum ſanctae Laurishamenſis eccleſiae, ejusque rectoris. Actum in Caſtro quod dicitur *Duellum* XI. junii M.

Extat in *Codice Laurishamenſi Diplomatico T. I. p.* 148.

LXXV.

HENRICUS II. GERMANIAE REX WERINHARIO EPISCOPO ARGENTINENSI EIUSQUE SUCCESSORIBUS ABBATIAM S. STEPHANI INTRA ARGENTINAM TRADIT ATQUE CONFIRMAT. DATUM XV. IANUARII MIII.

Ex Autographo Tabularij Epiſcopalis Tabernis Alſaticis. (a)

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis, *Heinricus* divina favente clementia Rex. in confideranda

randa laborum recompenſatione, juxta tale tantumque meriti exſolvendum jubet aequitas tale tantumque debiti Sed tamen non derogatur aequitati, ſi quid ſuperaddatur libertati. ſi ergo eos, qui ſub quiete ac pacis ocio, conſiliis, tantum reipublicae ſatagunt negotio, regia neutiquam defraudari convenit nec gratia, nec munificentia, quomodo non his ſumma, prout res ſeſe locusque dederit, tam ex privato Regis quam ex publico legis, honoris & gloriae debetur reverentia, quorum tenaciſſimam in commune bonum fidelitatis anchoram & honeſtum cum utili propoſitum quanquam circumſtripentibus undique popularium Seditionibus & principum diſſenſionibus nullae nec minae, nec blanditiae de ſtatu ſui rigoris avellere poſſunt, aut pellicere, quominus contempta rerum ſuarum funditus jactura ſubter ipſas perfidiae fauces fidei certent non perdere jura. Proinde noverit tota ſancta Dei Eccleſia, & in omni populo noſtrae fidelitatis integritas, praeſentium ſcilicet & futurorum, qualiter divae memoriae ſenior noſter & anteceſſor tercius *Otto* videlicet Imperator Auguſtus venerabilem virum *Werinbarium*, ju[illegible] ejus ſervitium & fidei bonae conſtantiam atte[illegible]dens, divina diſpenſante gratia Sanctae argent[illegible]tenſi Eccleſiae ordinavit & prefecit Epiſcopum [illegible] Poſt tanti itaque Imperatoris ab hac vita di[illegible]ſum, vetus inter nos a pueris propagata fa[illegible]ritas, & ea quae cum tali Caeſare nobis er[illegible]rentelae & conſanguinitatis affinitas, praefat[illegible]ſuaſit antiſtiti, cum caeteris, quorum infini[illegible]

numerus, noſtrae manus dare fidelitati, ut Deo praeſide concors populorum & principum nobis concederetur electio, & haereditaria in regnum ſine aliqua diviſione ſucceſſio. fecit itaque miſericors Deus pro voto noſtro, quod ſuum erat: diabolus autem noſtram ſitiens interturbare laetitiam, ſeminarium quoddam erroris invenit: ſed gratias Deo, in ipſo conatu proſtratus, & ut ſemper, inefficax & confuſus erubuit. Nam quorundam nunc temporis diffidens a noſtra ſubjectione collegium, praedictam venerandi praeſulis ſedem hoſtiliter incurrens, & in noſtri nominis injuriam ea, quae in tota urbe & Eccleſiis intus erant, ſpolia auferens, noſtri videbatur profectus deſolari primitias. Sed pia manus Dei, quae nunquam in ſe confidentes deſerit, cito & cum pace bona talium rebellionem ſedavit, & noſtrae dominationi fideliter ſubjugavit (c). Ne igitur tanta urbs, immo ſanctae Dei genitricis eccleſia, quia ſua ex toto recipere non potuit, noſtro non ſublevaretur auxilio, communi tam Epiſcoporum, quam & principum noſtrorum conſilio, & inprimis *Hermanni* Ducis (d) aſſenſu praenominato praeſuli *Werinbario*, ſuisque in perpetuam ſucceſſoribus, in noſtram & noſtrorum praeceſſorum, ſive ſucceſſorum memoriam tradidimus, & per hoc regale praeceptum confirmavimus, quandam abbatiam ancillarum Dei intus in urbe *argentorato*, in honore ſancti *Stephani* protomartyris Chriſti inſtitutam, cum omnibus eidem abbatiae juſte & legaliter pertinentibus in quibuscunque pagis, comitatibus & territoriis, hoc

eſt

eſt mobilibus & immobilibus, areis, aedificiis, ſervis & ancillis, terris cultis & incultis, agris, campis, pratis; paſcuis ſive compaſcuis, vineis vel vinetis, ſilvis, foreſtis, venationibus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, ſive caeteris, quae quolibet modo rite vocari poſſunt, utenſilibus & appendiciis, eo tenore quatinus praefatus Epiſcopus *Werinbarius*, ſuique in perpetuum ſucceſſores liberam de eadem abbatia deinceps habeant poteſtatem absque omni perſonarum contradictione & moleſtatione, reſtituendi, & in uſus eccleſiae, quicquid inde ſublatum erat, omnibus modis reformandi. Et ut haec noſtrae traditionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc noſtri praecepti paginam poſt conſcriptam manu propria roborantes ſigilli noſtri inpreſſione inſigniri juſſimus. Signum Domini *Heinrici* regis inviΩctiſſimi. *Egilbertus* cancellarius vice *Willigiſi* archicapellani recognovit. Data XVIII. Kal. Februarii, Anno Dominicae incarnationis MIIII. indictione I. anno vero Domini *Heinrici* regis I. actum in *Diedenhove.* (e)

(a) Vitioſe ediderunt *Galliae Chriſtianae auctores Tom. V. inſtrument. pag. 466.* neque absque noevis *Schöpflinus Alſat. Dipl. Tom. I. pag. 145.*

(b) anno ſcilicet 1001. defuncto ejusdem Eccleſiae Epiſcopo *Alawico.*

(c) Hoc diploma egregie illuſtrat illius temporis hiſtoriam; confirmat enim, quae fuſius deſcribunt *Adelboldus* in vita S. *Henrici* apud *Leibnizium* *in*

in ſcriptor. Rer. Brunſvic. Tom. I. pag. 432 434. & *Ditmarus lib.* 5. apud eumdem *Tom. I. p.* 365 – 371.

(d) *Hermannus* ille vocatur a *Ditmaro* Alemanniae & Alſatiae Dux. De eo plura apud *Schöpflinum Alſat. Illuſtr. Tom.* 2. *pag.* 543. *ſq.* leges. Obijt die 4. Maji 1004.

(e) *Theodonis villa* gallice *Thionville.*

LXXVI.

HENRICUS II. ABBATIAE ANDLAVIENSI IUS MERCATUM AC TELONEUM INSTITUENDI CONCEDIT. DATUM I. IULII MIV.

Ex autographo Abbatiae Andlavienſis (a).

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. *Heinricus* francorum & Longobardorum (b) divina favente clementia Rex. Regalis eſt clementiae fidelibus ſuis modeſte poſtulata concedere. Proinde noverit cunctorum fidelium noſtrorum tam praeſentium, quam & futurorum induſtria, qualiter nos humiliter & devote petenti ſorori noſtrae *Brigidae* videlicet abbatiſſae per hoc regiae majeſtatis noſtrae inſigne licentiam dedimus conſtituendi mercatum, ſive emporium, & qualibet quarta feria in publica poteſtate mercimonia ſcibilia ventilandi in pago alſatia in comitatu *Eberhardi* (c) in ipſa villa monaſterii, quod dicitur *Antilaba*, cum theloneo & vectigali, & univerſa publica functione (d) excepta moneta, & cum totius ſcibilitate juris, ita, ut non ſit in tota alſatia ſcibilius mercatum

catum hactenus a regibus, ſive ab Imperatoribus permiſſum, quam illud a nobis perpetualiter conceſſum in ſublementum ſervitii monacharum ibidem ſub regula ſancti *Benedicti* Deo ſervientium. Praecipientes itaque, ut omnes homines in ejusdem loco mercati invicem negotiantes, pacem & ſecuritatem in circuitu per ſpatium milliarii tam certam noſtri banni & defenſionis teneant, quam in aliis civitatibus, opidis, caſtellis, vicis, villis tenuerunt, & tenere debuerunt, quotquot publicum petierunt mercatum, longe remota contradictione tota. Et ut haec noſtrae conceſſionis auctoritas ſtabilis & firma vincat ſaecula, hanc cartam praecepti noſtri in teſtimonium ſcriptam, noſtroque ſigillo impreſſam, propria manu atteſtantes linea ſubtus firmavimus. Signum Domini *Heinrici* Regis invictiſſimi. *Egilbertus* cancellarius vice *Willigiſi* archicapellani recognovit. Data Kalend. julii, anno Dominicae incarnationis milleſimo IIII. indictione II. anno vero Domini *Heinrici* ſecundi Regis III. (e) Actum *Moguntiae*, in Dei nomine feliciter amen. (f)

(a) Ediderunt ſed non correcte ſatis *Lünig Spicileg. Eccleſ. Tom. 7. cont. 3. pag. 120. & Schöpfflin Alſat. Diplom. Tom. I. pag. 148.* Chartam confirmavit *Ludovicus* XIV. ſuis litteris patentibus menſe julio 1686. datis Abbatiſſae Andlavienſi, in quibus legitur: Confirmons en autre à l'Abbeſſe de la dite abbaye le droit de faire tenir un marché public dans la dite ville d'*Andlau* & d'y lever les droits, comme il lui a été accordé par l'Empereur *Henri ſecond* en l'an. 1004. & ſelon

que

que les Abbeſſes de la dite Abbaye en ont joui jusqu' a preſent. *Recueil des nouvelles ordonnances d'Alſace Tom. I. pag. 158. ſq.*

(b) Titulus hic ſingularis eſt; legitur tamen & in duobus ejusdem *Henrici* diplomatibus an. 1006. pro Eccleſia Comenſi & an. 1009. pro Eccleſia Cremonenſi, quae retulit *Lunig Spicil. Eccleſ. Tom. 5. pag. 280. & Tom. I. pag. 594.* ſe enim regem Francorum & Longobardorum vocabat *Henricus* a Longobardica coronatione, quam expulſo *Ardoino*, an. 1004. *Papiae* ſuſcepit.

(c) *Eberhardus* ille in chartis annorum 1000. & 1016. quoque memoratus erat *Eberhardus V.* Comes Nordgoviae ſive inferioris Alſatiae.

(d) id eſt cum jure publico ſive omnibus Regalibus.

(e) Eodem die & anno *Henricus II. Moguntiae* dedit diploma, quo *Adalberoni* Baſilienſi Epiſcopo dedit ſaltum in Comitatu *Uttonis* ad *Rherum* in Alſatia ſitum. Chartam retulit *Hergott Orig. Habsburg. Tom. 2. num. 159. pag. 98.*

(f) Hoc *Henrici II.* privilegium renovarunt & in ſuis pro dicta Abbatia Andlavienſi diplomatibus totum inſeruerunt an. 1437. *Sigismundus.* an. 1442. *Fridericus* & an. 1495. *Maximilianus* Imperatores.

LXXVII.

LXXVII.

WERENHARIUS EPISCOPUS ARGENTINENSIS ABBATIAE SAN-STEPHANIANAE ADMINISTRATIONEM SIBI AB HENRICO REGE CONCESSAM AC PRAEDIA DICTAE ABBATIAE AB ADELBERTO DUCE ALSATIAE ET LOTHARIO IMPERATORE DONATA MEMORAT. DATA DESINENTE MENSE DECEMBRI. MIV.

Ex autographo Tabularij Epiſcopalis Tabernis Alſaticis (a)

In nomine Domini noſtri *Ieſu Chriſti.* Ego *Werenherus* voluntate Dei *argentine* civitatis Epiſcopus univerſis chriſtiani nominis cultoribus, tam magnis quam parvis ex clero & populo, ſalutem in *Chriſto Iheſu.* cum pro tempore, ſub quo quisque in vinea Domini, id eſt eccleſia, vivere & operari debeat, cuilibet vigilandum ſit, ut anime ſue proſpiciat ſalutem: ego poſt innumeros ſudores, quos pro fidelitate eccleſie, cui Deo auctore preſidere viſus ſum, & pro ſtatu regni francorum, & Domini mei regis *Henrici* dilectione (b) inpetravi a prefato Domino rege gubernacionem abbatie ſancti *Stephani* protho martiris in *argentina*, id eſt, in *Strazburc* civitate, que antea nullam de temporalibus prebuit vel debuit ſubjectionem, mediantibus hoc principibus *Herimanno* Duce, (c) *Erneſto* Palatino (d) *Berengero* defenſore (e) preſente Moguntino archiepiſcopo, (f) vero ea duntaxat ratione, quatenus de facultatibus illius repararem epiſcopalem ſedem, que cum edificiis & offi-

officinis clauſtralibus deſtructa fuit per diſſenſionem quorundam principum electioni prefati regis repugnantium. poſtquam vero Deus confirmavit ei regnum illis ſubjugatis, terraque ſiluit coram eo, cum accepiſſem ab eo prefatam abbaciam diſponendam, inſpecto Dei timore, communicato conſilio, pertractavi conputando omnes curias & poſſeſſiones a primo usque ad noviſſimum, inſpectis ſingulis ejusdem loci privilegiis, & cartis & teſtamentis. inveni itaque in ſcriptis *Adelberti* Ducis, qui locum fundavit, & in privilegio *Childerici* (g) regis notatum infra ambitum veteris muri (h) a media porta meridiana (i) verſus *Bruſcham* cum ipſa aqua (l) usque ad latam ſtratam, (m) que ducit a porta magna occidentali (n) usque a portam juxta magnos & in quadros lapides muri, (o) cum omni ſuo jure & ſeptis clauſtri, & manſionibus quatuor canonicorum, & emunitate, cum muro & antemurali, ſuburbiis, vicis, aquis, piſcationibus & aque decurſibus, paſcuis, conpaſcuis, ſilvis, pratis, portibus, utriusque litoris crepidinibus, inſulis, usque ad limites infimos terminorum ville noncupante *Boteburn* & in nova tranſpoſitione *Schiltencbein*, (p) decimis, terminis, campis, queſitis & inqueſitis, cum omnibus uſibus, infra fluenta Reni, usque ad confinia de Allode comitis *Hugonis* (q) *Choreka* (r) noncupante, & inde *Ecchefridesheim* (s) *Hutendorff*, (t) *Wolgangesben*, (u) *Rodesben* (x) *Mulenbuſen*, (y) *Wlfrichesben*, (z) *Regenesben* (a) cum omnibus eorum allodum pertinentiis. In privilegio vero inperatoris *Lotharii* primi

mi, (b) ſupradicta ſingula rememorata & roborata, quin etiam ab eo data *Lupotesben*, (c) *Lumeresben* (d) ad lumina concinanda, *Wanga*, (e) *Othenben*, (f) *Nunnewilre*, (g) *Gundeswilre*, (h) *Wibelesben*, (i) *Bolſenbein*, (k) *Egesben*, (l) ad ceteros uſus. *Hirmingardis* quoque imperatrix (m) per manum propriam & manum ejusdem imperatoris *Lotharii* dedit *Mumzinga*, (n) cum ſua imperiali integritate, quorum omnium jura & debita & quantitates, ſicut nos invenimus, in veredali carta deſcribi juſſimus, & ne in oblivionem fieret, vice domino loci (o) *Erboni* canonico & *Linſinde* ſecunde (p) abbatiſſe commiſimus, & in ſignum adepte ſubjectionis & ſuplementum deſpoliate majoris domus transtulimus inde crucem auream & argenteam, & capſas duas cum reliquiis preter ceterea utenſilia. Ne vero tam antiqua & venerabilis congregatio de inſolita ſubjectione intollerabilius conturbaretur, diligenti & pio ſtudio ſtatuimus eam honorari, cum omni communione & paritate clauſtralis religionis & fraterne ſocietatis, ita dumtaxat, ut preter ſubjectionem omnia jura ſua illibata permaneant, & abbatiſſa inter alias abbatiſſas in conciliis epiſcopalibus mediam & oppoſitam ſedem optineat, & in obſequio alicujus ejus ſororis, vel canonici, omnes canonici, civitatis ibidem conveniant, & exequias devote peragant, ipſique nobis viciſſitudinem reddant ſimiliter faciendo ſed quia certas habent ſtationes, in ſollemniis vocari nequeunt in augmentum chori, ſed ſi alio tempore, vel neceſſitate, quod abſit, vel caritate invitati

tati venerint, quia de ſecunda, ut prediximus, ſede civitatis ſunt, in ſede appoſita menſe honorentur, quoniam & nos pro neceſſitate reparandorum conſultu tamen diſcreto inminuimus, & tamen deſcribendo diſcrevimus cottidianam eorum prebendam, que major ceteris inveniebatur, & in quadam manuali cedula memoraliter conſcribi fecimus, non in perpetuum, ſed ad preſens negotium, donec facultas rediret formandi in priſtinum plenitudinis ſtatum. Ne autem oblivio deleat, vel poſteritas in pejus vergat, hanc paginam conſcripſimus, & ſigillo noſtro roboravimus, preſidente & annuente *Lintſinda* ſecunda abbatiſſa, *Erbone* canonico vicedomino, & cetera congregatione, *Brunone* majoris domus prepoſito, *Erlone* Decano, *Werenbero* cantore & cuſtode, *Hezelone* ſcolaſtico, preſente toto conventu. complevimus autem hec anno incarnationis Domini MIV. indictione ſecunda, (q) epacta XXVI. concurrente VI. feliciter, amen.

(a) Hanc chartam plurimi ediderunt, ſcilicet *Guillimannus de Epiſcop. Argentin. cap. 7. pag. 45. Lunig ſpicileg. Eccleſ. parte ſpec. Contin. 1. Fortſez. 3. pag. 277. La Guille hiſtoire d'Alſace preuves pag. 24. Schilter obſervat. 8. ad Chronicon Königshovij pag. 534. Tenzel appendice 3. Diplomatum ad Cenſuram Diplomatum Lindavienſium. Eccardus Origin. Habsburgo-Auſtriacat um num. 9. pag. 109. Hergott Genealog. Habsburg. Tom. 2. num. 161. pag. 100. Gallia Chriſtiana Tom. 5. inſtrum. p. 467. Schoepfflinus Alſat. Dipl. Tom. I. pag. 147.* ſed nullus horum abſque vitijs. Mendoſiſſima eſt haec charta apud *Hergottum* qui eam edidit

edidit ex Codice MS. Bibliothecae Caeſareae Vindobonenſis. *Schöpfflinus* gratis aſſerit, authenticum illius non extare deſcribens eandem ex apographo an. 1360. vidimato, quod aſſervatur in tabulario Abbatiae San-Stephanianae. Autographum autem extat in Archivio Epiſcopali Argentinenſi, e quo hic damus. Antiqua ejusdem verſio Germanica legitur apud *Huber in deſcriptione Templi Stephaniani pag. 133.* & apud *Schilter ad Chronicon Königshovij pag. 538. Obrechtus in prodromo Rer. Alſaticarum pag. 184-188.* chartam noſtram ſuppoſititiam eſſe nititur; Hunc ſequuntur *Tenzelius loc. cit.* & *Ludewig Reliqui Manuſcriptorum T. 1. praef. pag. 62.* adde *Alſatiam Diplom. in indice corrigendorum Tom. 2. pag. 529.* verum debiles *Obrechti* rationes alibi refelluntur.

(b) Confer: Diploma praecedens.

(c) *Hermannus III. Hermanno* patri cognomini beneficio *Henrici II.* imperatoris, cujus per matrem ſuam *Gerbergam* conſobrinus erat, in Sueviae & Alſatiae Ducatibus anno 1004. adhuc puer ſucceſſit. Deceſſit octavo regiminis ſui anno ſcilicet 1012. teſtantibus *Ditmaro* & *Hermanno* contracto.

(d) *Erneſtus* Palatinus videtur fuiſſe *Erneſtus* ille, qui teſte *Hermanno* contracto apud *Caniſium Lect. Antiqu. Tom. III. pag. 263. Giſelam* Sororem dicti *Hermanni III.* Ducis in uxorem duxerat, quique ei anno 1012. in Sueviae & Alſatiae Ducatibus fuit ſuffectus. *Erneſtus* fuit filius *Luitpoldi* primi Auſtriae marchionis & frater *Popponis* Trevirenſis Archiepiſcopi. Vide *Ditmarum pag. 306.* & *404.* edit. Leibnizianae.

(e) id eſt Advocato Abbatiae San Stephanianae.

(f) Pleraque hujus diplomatis apographa praeſertim illud quod feria II. proxima poſt Dominicam, qua cantabatur *judica*, ſub anno Domini Milleſimo

trecenteſimo ſexageſimo recognoverunt judices curie Argentinenſis. Manifeſta autem ibidem occurit interpolatio in verbis: *Praeſente Moguntino Archiepiſcopo Barto.* Anno enim 1004. *Willigiſus* Moguntinus Archiepiſcopus erat; *Bardo* autem anno demum 1031. ad eandem ſublimatus eſt Eccleſiam.

(g) Nempe *Chilperici ſecundi*, qui ab anno 715. ad 720. in Auſtraſia regnavit, ut in *hiſtoria Eccleſiae Argentinenſis Tom. I. lib. 4. p. 393.*

(h) Per ambitum veteris muri hic intelligitur antiquus ille veteris *Argentorati* murus, cujus ambitum deſcribit *D. Silberman in der Localgeſchichte der Stadt Strasburg cap. 3. pag. 23.* ſq. Diſputant ſcriptores de quibusnam portis an Urbis an Veteris *Strateburgi*, an ipſius Abbatiae Stephanianae in hoc agatur Diplomate? Rectius judicat *Obrecht in prodr. Rer. Alſatic. cap. IX. pag. 200.* cum ſentiat hic eſſe queſtionem de illo Veteris *Strateburgi* circuitu, quem hodiedum occupat ſancti *Stephani* monaſterium.

(i) Media porta meridiana erat illa ſita ad hodiernum ſancti *Stephani* pontem. Cum autem loquatur Charta de media porta, concludendum eſt, duas alias ex utroque latere extitiſſe portas. Superior porta meridiana probabiliter aperiebatur, ubi hodie eſt pons novus; porta vero inferior meridiana intelligitur ea, quae intra muros Abbatiae incluſa fuit, quaeque *Schiltero* teſte vocabatur *Waſſerpforte.*

(l) Ipſum jus piſcandi in *Bruſcha* quod ibidem obtinuerat Abbatia.

(m) Platea illa quae a S. *Stephani* monaſterio usque ad hodiernam mercatorum plateam ſe ſe olim extendebat.

(n) Porta illa occidentalis erat ſita in vico mercatorum, unde ducebat ad plateam ſancti *Stephani.*

In

In litteris *Burchardi* Epiſcopi Argentinenſis an. 1143. hoſpitali civico conceſſis vocatur *proxima porta contra monaſterium* id eſt verſus Eccleſiam Cathedralem. Dictae portae rudera a ſe an. 1753. fuiſſe detecta contendit *Silberman loc. cit. pag. 52.*

(o) Porta haec hodiedum compellatur porta parva lapidea ſive *ſtein-thörlein* prope S. *Stephanum.*

(p) *Boteburn* erat vicus prope *Schiltighemium*, cum quo coaluit ſeculo X. ut patet ex ipſa charta. *Boteburg* vocabatur olim extrema illa pars vici *Schiltigheim* ubi hodie eſt *das Schlöſſel.*

(q) forſan idem ac *Hugo* Egishemij Comes *Hugonis II.* Nordgoviae Comitis filius, Pater *Leonis IX.* Is Abbatiam S. *Crucis* in *Wolffenheim* verſus annum 1006. fundavit.

(r) *Korck* praefecturae Wilſtadienſis trans Rhenum vicus inſignis ad Landgravium Haſſo Darmſtadienſem pertinens.

(s) *Kriegesheim* prope *Bernisheim* in Alſatia & in praefectura Hagenoenſi.

(t) *Hüttendorff* in praefectura modo dicta.

(u) *Wolfisheim* una leuca *Argentorato* diſtans pertinet ad Haſſo-Darmſtadienſem.

(x) *Rosheim* civitas Regia.

(y) *Mühlhauſen* prope *Pfaffenhoven* vicus pertinens ad Dominos de *Gail.*

(z) *Wulfersheim* ſive *Bulversheim* in dynaſtia Bollvillana.

(a) hodie *Regisheim* ſive *Rexen* in eadem dynaſtia.

(b) Extat privilegium hoc in *Codice Diplomatico hiſtoriae Eccleſiae Argentinenſis Tom. II. num. 118. pag. CCXXIII.* & fuit datum 15. Maij an. 845.

(c) *Lipsheim* (d) *Leimersheim* (e) *Wangen* (*f*) *Ottenheim* (g) *Nonnenweiler* (h) *Gundesweiler* (i) *Wibelsheim* (k) *Bolſenheim* (l) locus hodie ingnotus.

(m) *Ermengardis* filia *Hugonis* Comitis in Alſatia *Lotharij* Imperatoris uxor.
(n) *Munzingen* Briſgoviae vicus inter *Briſacum* & *Friburgum*.
(o) Oeconomus ſive facultatum Abbatiae San-Stephanianae diſpenſator.
(p) Hujus nominis ſecunda.
(q) Indictio ſecunda, Epacta XXVI. & concurrens VI. concordant cum anno 1004. qui eſt vera hujus inſtrumenti aera. Inde patet chartam fuiſſe datam inter Natalem Domini an. 1004. quo *Werinharius* annum incipiebat & diem primam januarij ſequentem.

LXXVIII.

HENRICUS II. ECCLESIAE BAMBERGENSI NEO ERECTAE ABBATIAM GENGENBACH CONCEDIT. DATUM I. NOVEMBRIS MVII.

Ex apographo. (a)

In Nomine Sanctae & individuae Trinitatis, *Henricus* divina favente clementia Rex. Saluberrimis igitur ſacri eloquii inſtitutionibus erudimur & admonemur, ut temporalia relinquentes bona, & terrena poſtponentes commoda, aeterna & ſine fine manſura in coelis ſtudeamus adipiſci conſiſtoria. qua propter nos Dominicis non ſurdum auditum praebentes praeceptis, & deificis optemperando intendentes ſuaſionibus, quemdam noſtrae paternoe hereditatis locum *Babenberg* dictum, in ſedem & culmen epiſcopatus ſublimando proveximus, & romana auctoritate atque venerabilis *Henrici*

rici Wurziburgenſis Epiſcopi conſenſu, ac pari communique omnium noſtri fidelium, tam archiepiſcoporum, quam Epiſcoporum, abbatumque nec non Ducum & Comitum conſultum decretoque in honorem ſanctoe Deì genitricis *Mariae*, ſanctorumque Apoſtolorum *Petri & Pauli*, nec non martyrum *Kiliani* atque *Georgii* ſtabilivimus, atque corroboravimus; & ut inibi noſtrum, parentumque noſtrorum, ac *Ottonis* anteceſſoris & ſenioris noſtrì celebre haberetur memoriale, & jugis pro omnibus orthodoxis hoſtia mactaretur ſalutaris. proinde noverint omnium noſtrì fidelium tam proeſens aetas, quam & futura poſteritas, quia nos noſtri quondam juris abbatiam *Gengenbach* dictam, in pago ortenau ſitam, & in comitatu *Helſini* comitis, ad eandem ſupradictam Epiſcopalem ſedem *Babenberg* dictam cum omnibus pertinentiis ejus, ſive adhoerentiis, videlicet villis, vicis, eccleſiis capellis, ſervis & ancillis, areis, aedificiis, terris cultis & incultis, viis & inviis, exitibus & reditibus quaeſitis & inquirendis, ſilvis, ſaginis, venationibus, aquis, piſcationibus, molis, molendinis, rebus mobilibus & immobilibus, ac coeteris omnibus, quae rite ſcribi & appellari poſſunt hac noſtrae auctoritatis praeceptali pagina, prout firmius poſſumus, donamus atque proprietamus, omni contradictione remota. praecipientes igitur, ut in Deo dilectus nobis ſoepe dictae ſedis *Eberhardus* epiſcopus liberam dehinc habeat poteſtatem, ſuique ſucceſſores eamdem abbatiam *Gengenbach* dictam cum omnibus appen-

ditiis ejus tenendi, poſſidendi, ſeu quicquam ſibi libere modis omnibus in uſum epiſcopatus inde faciendi, ſi quis igitur quod abſit, hujus donationis munificentiam deſtruere, ſeu violare praeſumet, in die judicii coram oculis Dei tormento inextinguibili luat! quod ne fiat, ſed haec traditio noſtra ab omnibus perpetualiter irrevocabilis permaneat, hanc chartam inde conſcriptam manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Datum Calendis Novembris, Indictione V., anno Dominicoe incarnationis MVII. anno vero Domini *Henrici* ſecundi regnantis ſexto, Actum *Frankbenfurt* feliciter, Amen.

(a) Extat ſed minus correcte in *Galliae Chriſtianae Tom. V.* inter inſtrumenta *pag.* 507.

LXXIX.

HENRICUS II. ABBATIAE SCHUTTERANAE IMMUNITATIS PRIVILEGIUM LIBERAMQUE ELIGENDI ABBATIS POTESTATEM CONCEDIT. DATUM III. NOVEMBRIS MIX.

Ex apographo. (a)

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis, *Henricus* divina favente clementia Rex. Cognoſcat omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae noſtrorum ſcilicet praeſentium ac futurorum induſtria, venerabilem *Ecbertum* abbatem cenobii quod vocatur *Offonis Weiler*, & eſt conſtitutum in pago Mortunau-

tunaugenſe ſuper fluvium *Schuttera*, cum cuncta congregatione fratrum ibidem Deo, ſanctaeque *Mariae* ſemper virgini devote famulantium noſtram adiiſſe celſitudinem, petentem quatinus ipſum monaſterium cum rebus & hominibus ſibi juſte ſubjectis ſub noſtram reciperemus immunitatis defenſionem atque ab omni inquietudine ſemper ſecure & libere concederemus manere noſtris & futuris temporibus. cujus precibus libentiſſime ob Dei amorem annuentes, praedictum monaſterium, abbatem & monachos cum omnibus ad ſe pertinentibus ſub noſtram ſuſcipimus defenſionem, firmiſſime praecipientes, ut nullus judex publicus, vel quaelibet judiciaria poteſtas in eccleſias, vel loca, aut agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas juſte & legaliter poſſident, vel quae deinceps divina pietas voluerit augeri, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones faciendas, aut fide juſſores tollendos, aut homines ejusdem monaſterii tam ingenuos quam & ſervos diſtringendos, nec ullas reddibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas noſtris, futurisque temporibus ingredi audeat, ſed quidquid ibidem tam ex munificentia Regum & Imperatorum, quam caeterorum Deum timentium hominum legaliter fuerit traditum, perpetuo maneat inconvulſum, & liceat *Ecberto* abbati, ſuisque ſucceſſoribus res praedicti monaſterii ſub immunitatis noſtrae defenſione quieto ordine poſſidere. Quandocunque vero prememoratus abbas ex hac luce migraverit, habeant fratres liberam poteſtatem inter ſe eligendi alium, quam

diu inter eos talis invenitur, qui eorum propoſitum ſecundum regulam Sancti *Benedicti* valeat bene regere. Et ut hoc praeceptum noſtris, futurisque temporibus, Deo protegente, maneat inconvulſum, manu propria ſubter firmavimus & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Datum III. nonas novembris, indictione VII. anno Dominice incarnationis MIX., anno vero Domini *Henrici* Regis VIII. Actum *Wormatiae*.

(a) Diploma eſt anecdotum.

LXXX.

HENRICUS II. WERENHARIO ARGENTINENSI EPISCOPO ABBATIAM SCHWARZACENSEM TRADIT ET CONCEDIT. DATUM XVII. JANUARII MXIV.

Ex autographo Tabularij Abbatiae Schwartzacenſis. (a)

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Rex. cum ex rationabili ordine omnipotentis Dei Corporis humani forma eo modo ſit condita, ut quelibet minora membra capiti ſint ſubjecta & ab eo veluti ſub quodam Duce regantur, non incongruum putavimus, ad hanc imitationem quasdam minores ecclesias in regno noſtro ſubdere majoribus & id voluntati Regis Regum nihil obſtare arbitrati ſumus, qui coeleſtes, atque terrenos principatus novit diſtinguere. Proinde nos etiam, qui ad tempus

pus ſub ueterno Rege electi ſumus regnare, inprimis pro amore Dei, ejusque genitricis, nec non pro aſſiduis petitionibus dilecte conjugis noſtre *Chunegundae*, atque fidis perſuaſionibus *Hereberti* colonienſis archiepiſcopi, & fratris ſui *Hecelonis* Epiſcopi Wurceburgenſis, & ſimul fratris noſtri *Brunonis* Auguſtenſis Conſiliis, caeterorumque fidelium noſtrorum rogatu & aſſenſione, Quin vero propter juge ſervitium *Werenharii* argentinenſis Epiſcopi quandam abbaciam monachorum, quae dicitur *Svarzaba* ſancte argentinenſi Ecclesie in honore Dei genitricis fundata, in noſtram, noſtrorumque Succeſſorum memoriam tradimus perpetualiter poſſidendam cum omnibus ad eandem abbatiam legaliter pertinentibus, in quibuscunque provinciis, mobilibus & immobilibus, areis, aedificiis, ſervis & ancillis, terris cultis & incultis, agris, campis, pratis, paſcuis ſive conpaſcuis, vineis vel vinetis, ſilvis foreſtis, venationibus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, caeterisque utenſilibus, eo tenore, quatinus prefatus Epiſcopus *Werenharius* ſuique ſucceſſores liberam de eadem abbatia deinceps habeant poteſtatem absque omni perſonarum contradictione & moleſtatione poſſidendi, & in uſus Eccleſie quicquid inde ſibi libeat omnibus modis faciendi. Et ut haec noſtrae traditionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc precepti noſtri paginam regio more dilatavimus & poſt conſcriptam manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri

 juſſi-

juſſimus. Signum Domini *Heinrici* Regis invictiſſimi. *Guncelinus* Cancellarius vice Archicapellani *Erchanbaldi* recognovi. Data XVI. Kalendas Februarii, feria tertia, luna IV, anno ab incarnatione Dominica MXIIII, indictione XII. anno vero Domini *Heinrici* Regis XII. Actum *Papie.*

(a) Extat ſed mendoſe in *Galliae Chriſtianae Tom. V. inter inſtrumenta pag. 469.* Haec Abbatia poſtea an. MXXXII. a *Conrado Salico* Imperatore tradita eſt Epiſcopo Spirenſi *Regingero* ſuisque ſucceſſoribus. Chartam deſuper confectam una cum confirmatione *Henrici* III. Imper. de anno MXLVIII. & *Henrici IV.* de an. MLVII. exhibet *Tomus IV. Subſid. Diplomat. pag. 318. & ſq.*

LXXXI.

HENRICI II. IMP. LEGES DATAE IN PUBLICO CONVENTU ARGENTINAE HABITO DIE XXIII. IUNII MXIV.

Ex veteri Codice MS. Bibliothecae Ambroſianae Mediolanenſis circa an. 1028 exarato. (a)

Henricus Dei gratiae miſeratione Romanorum imperator auguſtus. Omnibus noſtris fidelibus praeſentibus etiam & futuris notum fieri volumus, quod ſemper reipublicae providentes quae digna ſunt, probabilium perſonarum noſtri imperii fidelium acceptione diſponimus. Cum enim pro excellentia noſtri regni & pro utilitate in parte Eliſatiae multimoda demoraremur in civitate *argentina,*

tina, quae vulgari nomine *Strasburg* vocatur, multorum perlatum eſt ad nos relatione, quod plurimi tunc erant, qui ſub occaſione his periculis laborant unde etiam digna proviſione omnibus ſuccurrentes, atteſtatione laudis quam plurium nobis aſtantium fidelium Archiepiſcoporum, Mediolanenſis videlicet & Trevirenſis, Epiſcoporum quoque Strasburgenſis, Placenti, Cumani, Vercellenſis, Parmenſis, Aquenſis, Lunenſis, Vulturnenſis, Marchionum quoque & Comitum italienſium, nobilium vero multorum, vaſallorum, ſapientium & judicum inter multa, quae reipublicae congruebant, tria capitula inſeruimus, quae ut ab omnibus noſtri imperii obſerventur, ſtabilique obſervatione teneantur, amodo & deinceps ſtatuimus, jubemus, & firmiter precipimus. haec ſunt, quae inviolabiliter obſervari jubemus.

1° Quicumque ex quacunque natione legitimam uxorem accepit, vel acceperit, ſi eam mori contigerit ſine filiis amborum eorum, vir uxori ſuae ſuccedat, & omnia bona ejus percipiat.

2° Quicumque propter cupiditatem rerum patrem, aut matrem, aut ſorores vel nepotem, aut aliquem ſuum propinquum perſe, aut per alium interfecerit, hereditas interfecti ad alios ſuos legitimos heredes perveniat. Hereditas vero interfectoris in fiſcum redigatur. ipſe vero, ordinante Epiſcopo, publicae poenitentiae ſubdatur. quodſi ille, qui crimine arguitur, negare voluerit, per ſe pugnam faciat, nec liceat campionem pro ſe dare

dare, niſi decrepita aetas, aut juvenilis aut infirmitas pugnare prohibuerit.

3° Qui vero infra Trewam, vel datum pacis oſculum aliquem hominem interfecerit, & negare voluerit, pugnam per ſe faciat, nec campionem pro ſe dabit, niſi ſicut datum eſt ſupra. ſi vero convictus fuerit, manum, quae homicidium fecit, amittat.

(a) Edidit *Muratorius Anecdot. latinorum Tom. 2. pag. 207.* & in *Scriptor. Rer. Ital. Tom. I. part. 2. pag. 175.* Leges hae in Manuſcripto ſupra relato ſunt ſine aera chronologica. Annum vero & diem, quibus datae fuerunt, ex *Adelboldo* eruimus, qui ſic ſcribit in vita *Henrici* Imp. *num. 42.* apud *Leibnizium Tom. I. Rer. Brunſwic. p. 440.* & *num. 55.* apud *Sollerium in Actis SS. Tom. III. julii pag. 753.* ubi: Rex anno 1014. tota Alamannia ſub pacis quiete ſtatuta in Alſatiam venit & in *Argentina* civitate, dum in vigilia Sancti *Ioannis* colloquium cum Alſatientibus haberet, domus, in qua ad legem & juſtitiam faciendam ſedebat, repente corruit &c. Secundum harum legum capitulum indicat, quam leniter adhuc adverſus homicidas proceſſum fuiſſet, cum nequidem poena mortis eisdem infligeretur. Demonſtrant quoque hoc & tertium capitulum ſingularia certamina tunc uſitata & probata; prodiit autem haec lex Authore Imperatore, quem ut ſanctum veneramur & in eandem conſenſerunt Archi- & Epiſcopi, quos diploma memorat.

LXXXII.

LXXII.

HENRICUS II. IMP. BONA ET REDDITUS IN HEILIGENZELL ETC. ABBATIAE SCHUTTERANAE CONCEDIT. DATUM XV. APRILIS MXVI.

Ex apographo. (a)

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. *Henricus* divina favente clementia Romanorum jmperator auguſtus. ſi erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei in eisdem locis ſibi famulantes beneficia oportuna largimur, proemium nobis apud Dominum eterne remunerationis rependi non diffidimus. idcirco noverit omnium fidelium ſanctae Dei eccleſiae noſtraeque preſentium ſcilicet & futurorum induſtria, quod propter remedium anime noſtre, parentumque noſtrorum, nec non interventu & peticione venerandi praeſulis *Eberhardi* (b) cuidam ſuo pauperi monaſterio *Offonis Cella* dicto, quod eſt conſtitutum in pago Mortunaugenſe ſuper fluvium *Schuttera*, dedimus unam villam *ruotgereswilre*, vulgo dictam *ſanctam cellam* (bb) & curtim dominicam in alia villa que dicitur *freyſenheim*, (c) in comitatu *Berchtoldi*, (d) in pago *Mortinawe*. (e) preterea dedimus ſex manſus in villa, que dicitur *blabodesheim*; (f) in comitatu *Eberhardi*, in pago alſacie; item in ſuperiore *Schopffen* (g) cum decimis & omnibus pertinentiis, in *Sinswiler*, (h) *Kirtzel*, (t) *Almenſſweiler*, (u) *Ottenheim* (x) cum omnibus juribus & attinentiis, cum terris, pratis, paſcuis, foreſtis, cenſibus, ſilvis,

ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus molendinis, viis & inviis, enitibus & reditibus, quoeſitis & inquirendis cunctisque aliis appendiciis, quae adhuc dici poſſunt, dictosque manſus in perpetuum jus prefati monaſterii hujus noſtrae auctoritatis praecepto transfundimus. & ut hoc noſtrae donationis praeceptum noſtris futurisque temporibus Deo protegente, maneat inconvulſum, manu propria ſubter firmavimus & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum Domini *Heinrici* Romanorum invictiſſimi Imperatoris Auguſti. *piligrinus* cancellarius vice *Eberhardi* babenbergenſis Epiſcopi archicappellani recognovit. Data XVII. Kal. Maii, indictione XIV. anno incarnationis Dominice MXVI. anno vero Domini *Heinrici* ſecundi regnantis XIV. Imperii vero tercio. Actum *Babenberg*, feliciter amen.

(a) Diploma anecdotum.

(b) *Eberhardus* Babenbergenſis Epiſcopus, cujus Eccleſiae Abbatiam Schutteranam an. 1007. *Henricus ſecundus* beneficij titulo conceſſerat.

(bb) *Albertus* ſcultetus de *Malberg* & uxor ejus cum hoeredibus *Hermanno* Abbati Schutterano an: 1273. donationem fecerunt in *Rudgersweiler*, hodie dicitur *Heiligenzell*, vicus ad pedes ſylvae nigrae uno quadrante a *Frieſenheim* diſtans. ſitus eſt in Balliviatu Malbergenſi ultra Rhenum pertinetque ad Marggravium Badenſem. Decimas omnes ibidem percipit Abbas Schutteranus.

(c) *Frieſenheim* vicus inſignis Dynaſtiae Mahlbergenſis ſpectans ad eundem Marggravium. Decimae vero pertinent cum jure patronatus, ad Abbatem Schutteranum. Curtem ſuam in *Frieſenheim*

heim dictae Abbatiae anno 1279. conceſſit *Ludovicus* de *Tiersberg* conſentiente *Conrado* de *Lichtemberg* Epiſcopo Argentinenſi, cujus erat ex ſorore nepos. Eccleſiam ejus an 1290. Monaſterio Schutterano incorporavit dictus *Conradus* Epiſcopus.

(d) Comitatus *Bertholdi* maximam Briſgoviae ut & aliquam Ortenaviae partem olim complectebatur. Bertholdinum hunc comitatum eumdem eſſe cum *Pirthilonis* comitatu ſuſpicatur *Schöpflinus Alſat. illuſtr. Tom. I. pag. 674. & 675.* quam ſuſpicionem ex chartis octavi, noni, decimi & undecimi ſeculorum fuſius probat *Hiſtor. Zaringo Bad. Tom. I. pag. 31-36.* & re vera *Bertilo*, *Piratilo*, *Pirtilo* vulgari Germanorum ſermone *Bertel*, *Bertold*, *Berchtold* dicti, enunciacione quidem nominis variant, ſed re ipſa non diſcrepant.

(e) Hodie Ortenau, cujus limites ita deſcribit *Paulus Voltzius* primum monachus ſchutteranus dein monaſterii *Hugonis curiae* an. 1524. Abbas. Eſt autem Mortenaugia tractus terrae juxta longitudinem inter Briſauchiam a *Bleicha* flumine & Marcham Badenſem ad *Oſam* fluvium, juxta latitudinem a *Rheno* fluvio ad Hercyniae ſylvae juga.

(f) *Plobsheim* ſive *Blobsheim* vicus Alſatiae feodum regium Dominis *Kempfer* & *de Guntzer* conceſſum.

(g) *Oberſchopffen* vicus ultra *Rhenum* in Ballivatu Mahlbergenſi pertinet ad Marggravium Badenſem. Decimas & jus patronatus ibidem obtinet Abbatia ſchutterana.

(h) *Zuntzweiler* ſive *Zuntzwybr* vicus Dynaſtiae Geroldſeckianae ultra *Rhenum* pertinens ad Comitem de *Leyen*, decimas & jus patronatus Abbas ſchutteranus poſſidet.

(i) *Kürt-*

(t) *Kürtzel* in Ballivatu Mahlbergenſi ſpectans ad Marchionem Badenſem, Abbas Schutteranus gaudet jure decimarum & patronatus.

(u) Hodie *Almenſchweiler* vicus ultra *Rhenum* poſſidetur a Dominis de *Waldener*, de *Böckel* & de *Franckenſtein*. Abbatia Schutterana decimas colligit. Eccleſiam in *Ottenheim* matricem & *Almansweyler* filialem an. 1296. declaravit *Conradus* Epiſcopus Argentinenſis; ſed ab *Ottenheim* an. 1508. fuit ſeparata & in parochiam erecta.

(x) *Ottenheim* ſemileuca ab *Almensweiler* ſitus vicus Ballivatus Mahlbergenſis pertinens ad Marggraviatum Badenſem. Dimidia decimarum parte ibidem gaudet Abbas Schutteranus, alteram inter ſe dividunt parochus a Badenſi nominatus & D. *de Wezel*.

LXXXIII.

HENRICUS II. IMP. WERENHARIO EPISCOPO ARGENTINENSI ET SUCCESSORIBUS SUIS VENATIONEM IN ALSATIA CONCEDIT. DATUM IX. MAII MXVII.

Ex autographo Tabularij Epiſcopalis Tabernis Alſaticis. (a)

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. *Heinricus* Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod interventu dilectae conjugis noſtrae *Cunigundae* videlicet Imperatricis auguſtae, ſed & *Brunonis* Auguſtenſis Epiſcopi, fratris ſcilicet noſtri, nec non *Popponis* Lauraſamenſis venerandi Abbatis, ſacre

ſacre ſedis argentine *Werenherio* Venerabili Epiſcopo, cum pro Dei genitricis *Mariae* ſpeciali amore, tum etiam propter ejus tam ſpiritualiter, quam Carnaliter juge ſervitium liberaliſſime nobis ſæpius impenſum, foreſtem ſic determinando proprietavimus. De Litore *Reni* contra *Wizwilare* (b) ad vadum *Hugonis*, (c) & de vado *Hugonis* ad *Scerawilare* (d) & de *Scerawilare* ad *Dabechenſtein*, (e) & de *Dabechenſtein* ultra *Pruſcam* (f) usque ad *Rorabam* (g) rivum, de *Roraba* ultra *Sornam* (h) fluvium, deinde usque ad *Matram* (i) fluvium, ad illum locum qui dicitur *Phaffenhoven* (1) deinceps per *Matram* deorſum, usque ubi *Matra* intrat *Renum*, & deinde ſurſum per totum limitem *Reni*, cum inſulis omnibus adjacentibus usque *Wicenwilare*. jus igitur foreſtenſe (z) ei ſuisque ſucceſſoribus noſtrorum, Regum quoque & imperatorum more anteceſſorum noſtrorum, per bannum noſtrum imperialem firmavimus; ita vero ut nullus ibi cervum, vel cervam, urſum aut urſam, aprum vel lefam, Capreos ſine licentia ipſius quoquo modo capiat. Et ut haec noſtrae donationis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni tempore permaneat, hanc paginam inde conſcriptam manu propria ſignantes ſigilli noſtri inpreſſione inſigniri juſſimus. Signum Domini *Heinrici* invictiſſimi. *Guntherius* cancellarius (m) vice *Erchanbaldi* archicappellani notavit. Data VII. idus Maii, anno Dominicae incarnationis MXVII, indictione XV. anno vero Domini *Heinrici* ſecundi regnantis XVI, Imperii IIII. actum *Franchoneford* feliciter.

(a) Retulerunt hanc chartam *Galliae Chriſtianae Auctores Tom. V. pag. 469. & Schöpflinus Alſat. Diplom. Tom. I. pag. 150.* ſed non ſine mendis.

(b) Hodie *Weisweiler*, vicus Brisgoviae ad *Rhenum.*

(c) Foſſa fortaſſe provincialis der Landgraben dividens Alſatiam inferiorem a ſuperiori.

(d) *Scherweiler* vicus in vallis Wilerianae introitu ſitus prope *Seleſtadium* pertinens ad D. de *Choiſeul-meuſe.*

(e) *Dachſtein* oppidulum Epiſcopi Argentinenſis.

(f) Fluvius *Breuſch* ſive *Bruche* qui oppida *Mutzingam, Molshemium* atque *Dachſteinium* alluit.

(g) Rivulus hodie dictus *Rorbach*, qui prope ruinas Caſtri *Kochersberg* villas *Rohr* & *Gugenheim* adlambens prope *Matzenheim* in *Sornam* ſe projicit.

(h) Fluvius *Sorr.*

(i) Hodie *Modera* vulgo *Motter* dictus qui *Hinspurgi* in ſinu Vogeſi ortus per *Inguillam Pfaffenhovium* & *Neoburgenſem* Abbatiam ad *Hagenoam* civitatem devolvitur & a *Rheno* infra *Druſenheim* abſorbetur unius leucae a *Sornae* oſtio diſtantia.

(l) pertinet ad Principem Haſſo Darmſtadienſem.

(m) *Guntherium* ſive *Guntherum* Cancellarium ad ſedem Archi Epiſcopalem Salisburgenſem dein fuiſſe evectum teſtantur *Hundius* alijque Bavariae ſcriptores. Conferatur *Hanſizius Germ. Sacr. Tom. II. p. 167.*

(z) jus foreſtenſe ſive *Wildbahn* eſt ipſum jus Principi competens feras, piſces & aves privative occupandi, omnesque vigore dominij publici ex venationibus provenientes utilitates percipiendi. vid. *Ickſtadt in Diſſertat: de eo quod jure publico univerſali & particulari Imperij Romano Germanici circa venationes juris eſt. Wirceburgi an. 1737.* edita *pag. 55. ſq.*

LXXXIV.

LXXXIV.

HENRICUS II. IMP. PRIVILEGIA ET IURA ABBATIAE INFERIORIS MONASTERII IN HOHENBURG CONFIRMAT. DATUM XXIX. SEPTEMBRIS MXVII.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, *Heinricus* divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. ſi locis divino cultui mancipatis dignum honorem exhibemus, eisque jus ſibi abbatiſſam elegendi concedimus, imperatorum auguſtorum praedeceſſorum noſtrorum morem exercemus, & id nobis ad eternam vitam capiendam profuturum liquido credimus. qua propter comperiat omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet & futurorum induſtria, qualiter *Helelwig* abbatiſſa inferioris monaſterii, quod dicitur & eſt conſtructum in honore Sancte *Marie* & Sancte *Gundelinde* virginis, adiit ſerenitatem culminis noſtri, ſupplicans quatenus ob augmentum mercedis anime noſtre prefato monaſterio poteſtatem per preceptum noſtrae auctoritatis abbatiſſam ſibi eligendi a preſenti tempore & in antea concedamus cujus petitionem, quia juſta & rationabilis eſſe videbatur, interventu venerabilis noſtrique dilecti fidelis *Wernharii* argentinenſis Eccleſie Epiſcopi & *Hezelini* Wurceburgenſis Eccleſie Epiſcopi libenti animo ſuſcipientes, hos noſtre auctoritatis apices jam dicto monaſterio fieri juſſimus, per quos decernimus atque ſancimus, ut ſine obſtaculo ſeu refragacione ſucceſſorum noſtrorum jam nominati con-

congregatio monaſterii per futura tempora precipuam electionem habeat, nec ulla potens perſona ducum, vel comitum ſtatuta noſtra permutare conetur. ſi quamcunque ſecundum Dei timorem ſibi elegerit abbatiſſam, ipſa ei conſtitatur & non alia, & hoc etiam divine miſerationis reſpectu eidem congregationi confirmamus, ut quem ſibi velit advocatum provideat, & quem electione probaverit, ipſe ei conſtituatur, qui res ſuas timore & amore Dei bene procuret, & noſtra imperiali authoritate familiam ſibi ſubjectam regat & defendat, & nemo alius prebendam ſuam ſibi vendicet, aut uſurpet extra earum voluntatem, inſuper etiam imperiali auctoritate praecipimus, jubemus, atque ſancimus, ut nullus judex publicus, nec quilibet ex judiciaria poteſtate, aut etiam alia major minorve perſona in Eccleſias, loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditiones imperii noſtri juſte & legaliter poſſidet, vel alia que deinceps in jure ipſius voluerit divina pietas augeri ad cauſas judiciario more audiendas, vel diſcutiendas, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fide juſſores tollendos, vel homines ipſius tam ingenuos quam & ſervos ſuper terram ipſius commanentes injuſte diſtringendos, vel freda exigenda, nec ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quae ſupra memorata ſunt penitus exigere praeſumat; ſed remota judiciarie poteſtatis, atque pravorum hominum inquietudi-

ne,

ne, idem monaſterium cum omnibus rebus & mancipiis ad ſe pertinentibus, ſicut dictum eſt, ſub noſtra imperiali protectione & defenſione ſemper quietum conſiſtat, quatenus ancillas Dei inibi Deo famulantes pro nobis & noſtra dilecta conjuge, ac tocius imperii divinitus nobis collati ſtabilitate & pace Dei immenſam clementiam jugiter exorare delectet & ut hec conceſſionis noſtre auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora a fidelibus noſtris verius credatur, & diligentius obſervetur, manu propria inferius firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Signum Domini *Heinrici* invictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti. *Guntherius* cancellarius vice *Erchonbaldi* archicapellani recognovi. Datum III. Kalendas octobris, indictione XV. anno Dominice incarnationis milleſimo XVII. anno Domini *Heinrici* II. regnantis XVI. Imperii autem IIII. Actum *Franchoncford* feliciter, Amen. (*)

(*) Inſertum eſt hoc documentum Diplomati Autographo *Rudolphi* Imperatoris an 1284. quod extat in Tabulario Epiſcopali Argentinenſi Tabernis Alſaticis. Id quidem retulit *Albrecht hiſtory von Hohenburg probat. pag. 3.* ſed multum vitioſe.

LXXXV.

HENRICUS II. IMP. PRIVILEGIA FABARIENSIS IN HELVETIA ABBATIAE CONFIRMAT. DATUM XXVII. MAII MXIX.

Ex apographo vidimato Abbatiae Fabarienſis (a).

In nomine Domini noſtri *Jeſu* Chriſti Dei omnipotentis, *Henricus* divina favente gratia imperator. Oportet nos, qui divina ſumus gratia quodam modo coeteris mortalibus ſublimati, ejus in omnibus parere praeceptis, cujus clementia exiſtimus praelati, atque cujus praecellimus munere loca utique ipſius ſibi dicata ante omnia noſtris rebus ſublimare & honeſtare debemus quoniam hoc procul dubio ad ſalvationem corporis & animae noſtrae fore credimus. quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet & futurorum ſolertia, quod nos in conſilio principum noſtrorum & interventu dilectiſſimae conjugis noſtrae *Kunegundis* Imperatricis auguſtae abbatiam monaſterii beatae virginis *Fabarienſis*, in comitatu *Churwalchen*, (b) cui praeſtantiſſimus vir *Hartmann* (c) tanquam ſingulare & inſigne Romani imperii membrum praeſidet, ſub noſtro mundiburdio & immunitatis tuitione conſtitui juſſimus, atque praecepta & privilegia anteceſſorum noſtrorum, *Caroli* videlicet, *Ludovici*, (d) *Lotharii* (e) & trium *Ottonum* (f) Auguſtiſſimorum Imperatorum, in quibus continebatur, quod praefatus abbas cum monachis ſuis ſubjectis regiae, vel imperialis

rialis defenſionem tuitionis ſuper omnes res ad idem monaſterium pertinentes habere debuiſſent, idcirco noſtrae authoritatis munimine renovando confirmavimus, atque per hoc regale praeceptum praefatum Venerabilem Abbatem cum Monachis ſuis in noſtram tutelam ſuſcepimus, eo tenore, ut nullus archidux (g) Dux vel Epiſcopus, nullus comes, vel vicecomes, nullus advocatus, vel ſubadvocatus, nullus denique publicus judex ex judiciaria poteſtate conſtitutus, aliquam ſuper praefatam abbatiam, aut monachos exerceat poteſtatem, vel ſuper eorum cauſas, ſeu ſuper homines, aut familias in his vel foris conceſſas. ſit vero abbatia illius monaſterii libera, & ab omni extranea & iniqua poteſtate ſecura, ita ut monachi pro tempore exiſtentes, habeant poteſtatem absque ullius contradictione firmiſſimam eligendi quemcunque inter eos voluerint abbatem; itemque caetera jura ad neminem niſi ad abbatis nutum reſpectum habeant & fratrum. Et ut hoc imperiale authoritatis noſtrae praeceptum & impoſterum ab omnibus fidelibus verius credatur, annuli noſtri impreſſione, manuque noſtra ſubtus roboravimus. Signum *Heinrici* ſecundi invictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti. *Arnoldus* Cancellarius vice *Erchenbaldi* archicapellani recognovit. data VI. Kal. Iunii, indictione ſecunda, anno milleſimo decimo nono imperii quinto. (h)

(a) Autographum hujus Diplomatis cum alijs multis chartis & inſtrumentis una cum bibliotheca Fabarienſis Abbatiae flammis interijt die 19. Octo-

 bris

bris 1665. Apographa vero ex vidimatis exemplaribus a *Pirminio Richeſtaller* ejusdem Abbatiae Archivario an. 1765. accepit *L. B. de Zurlauben*, qui hanc chartam benigne communicavit. Apographum extat in *Ejusdem Bibliotheca Tugij Helveticorum Tom. III. MSS. Miscellaneorum Helveticae hiſtoriae pag. 666.*

(b) Sic olim appellabatur Rhetia curienſis, in qua conditum fuit Fabarienſe monaſterium.

(c) *Hartmannus* natus de *Plantaira* vel de *Plana terra* prope *Curiam* ex monacho Einſidlenſi an. 1014. poſtulatus Abbas Fabarienſis, mortuo vero an. 1024. *Udalrico* Curienſi Epiſcopo creatus fuit ejus ſucceſſor; Curienſem rexit Eccleſiam usque ad diem 8. Aprilis 1039. Confer. *Bucelinus Chronolog. ſacrae & profanae Rhetiae pag. 210. 212. & 224.* ubi noſtrum diploma memorat.

(d) Extat in *hiſtoria Epiſcopatus Argentoratenſis Tom. II. num. 105. pag. CXCVII.*

(e) Extat *loco* mox *citato Tom. II. num. 113. pag. CCXI.*

(f) Diploma *Ottonis I.* pro Fabarienſi Abbatia datum fuit *Wormatiae* IX. Februarij an. 949. & diploma *Ottonis II. Brixiae* XI. julij an. 972. tertium *Ottonis III.* evanuit. Apographa duorum primorum ex vidimatis exemplaribus deſcripta ſervantur in ſupra memorata *Zurlaubiana bibliotheca Tom. III. MSS. Miſcellaneorum Helveticae hiſtoriae pag. 657. & 662.*

(g) Ab antiquis quoque ſcriptoribus coaevis Archidux vocatur *Bruno* Archi Epiſcopus colonienſis frater *Ottonis Magni* Imperatoris, qui dum erat Lotharingiae praefectus, duos ibi ſub ſe habuit duces. Conf. *Maſcovius commentar. de rebus Imperij Romano-Germanici a Conrado I. usque ad obitum Henrici III. pag. 60. 62. 77. & 87.*

Hen-

(h) Henriciani Imperij non quintus ſed ſextus annus tunc currebat. Error igitur eſſe videtur in hujus privilegij apographo.

(i) Baſilica Bambergenſis conſecrata eſt a *Benedicto VIII.* PP. praeſentibus totius Imperij ſtatibus. Conſecrationem ſub an. 1019. deſignat *Pagi*, eam tamen ad an. 1020. *Muratori* & alii rejiciunt.

(l) *Gero Waltardi* ſucceſſor Magdeburgenſem tunc gubernabat Eccleſiam.

(m) *Bruno* Dux Germanorum e principibus Saxoniae fuit.

LXXXVI.

CONRADUS II. REX GERM. BAMBERGENSI ECCLESIAE DONATIONEM GENGENBACENSIS ET SCHUTTERANAE ABBATIARUM AB HENRICO PRAEDECESSORE SUO FACTAM CONFIRMAT. DATUM XIX. DECEMBRIS MXXIV.

Ex Apographo.

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis, *Conradus* divina favente clementia Rex. Omnium Chriſti, noſtrorumque univerſitatem ſcire volumus, qualiter fidelis noſter *Eberhardus* Babergenſis videlicet Epiſcopus celſitudinem noſtram adiit humiliter obſecrans, ut inter caetera eccleſiae ſuae bona ſibi ab anteceſſore noſtro *Heinrico* Imperatore glorioſiſſimo cum praeceptorum traditionibus donata abbatias *Gengenbach* & *Offonis cellam* nominatas ſitas in pago *ortenau* (a) noſtrae etiam au-

 tho-

thoritatis reſtauratione confirmaremus. nos ergo, quoniam ubicumque prædeceſſorum noſtrorum traditione ſtabilimus noſtras quoque donationes eo ſolidiores in poſterum eſſe putamus, petitioni ejus rationabili ac juſtae aſſenſum praebentes, abbatias easdem cum omnibus appenditiis ſuis, ſive magnis ſive parvis, ac cum omni utilitate, quae vel ſcripta vel nominata inde provenire poſſint, ſicut ab anteceſſore noſtro ad eccleſiam & altare Sancti *Petri* Apoſtoli traditae ſunt, eidem praenominato Epiſcopo, ſucceſſoribusque ejus in proprium & perpetuum uſum confirmatione ſolidiſſima donamus atque confirmanus. & ut haec noſtrae auctoritatis reſtauratio ſtabilis & inconvulſa permaneat, eam manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. data XIV. Kal. Ianuarii, indictione VII. anno Dominicae incarnationis M.XX.IV., anno vero Domini *Conradi* ſecundi regis primo. Actum *Corbeiae.* (b)

(a) Charta *Henrici*, qua Abbatiam Gengenbacenſem concedit neo-erectae Eccleſiae Bambergenſi, ſupra relata fuit. Perijt alterum ejusdem Imperatoris diploma, quo dictae Eccleſiae Schutteranum donat monaſterium; ſimilis autem fuiſſe tenoris multum eſt probabile. Teſtatur enim *Hoffmannus libro I. Annalium Bambergenſis Epiſcopatus* apud *Ludewig ſcriptor rer. Epiſcopatus Bamberg. Tom. I. pag.* 44. Abbatias *Scuteram* & Gengenbacenſem a Rege *Henrico* Eccleſie Babenbergenſi beneficij nomine ea lege fuiſſe indultas, ut novi eorum Abbates inveſtituras ab Epiſcopo acciperent & homagium praeſtarent, quod etiam eſt hodie in uſu. Matricula clientelaris vaſallorum Eccle-

Eccleſiae Bambergenſis apud dictum *Ludewig tom. cit. pag. 1271.* inter coenobia memorat:
Schüttern Cloſter . . . . .
Gengenbach Cloſter . . . . .

(b) Duae hic ejusdem anni deſiderantur chartae quae vel perierunt vel indigna premuntur oblivione in tabularijs. Primae datae 21. Decembris 1024. memoriam ſervarunt *Coccius in Dagoberto Rege pag.78.* & *Schannat* in *Vindemiis litterarijs coll. I. pag. 19.* qua petente *Eberhardo* Bambergenſi Epiſcopo, privilegia anteceſſoris *Henrici* monaſterio ſchutterano conceſſa *Reginboldo* Abbati confirmat *Conradus.* Diploma fuit datum anno Dominicae Incarnationis M.XX.IV. anno vero *Conradi ſecundi* Regis primo, Indictione VII. Idibus januarij. Actum *Corbeiae.*

LXXXVII.

WILLEHELMUS EPISCOPUS ARGENTINENSIS RUPERTO ABBATI APRI MONASTERIENSI ET SUCCESSORIBUS CONFIRMAT IN SYNODO BONA AB ADELRICO DUCE ALSATIAE ET ALIIS CONCESSA. DATA AN. MXXXI.

Ex Apographo tabularij Monaſterij Ebersheimenſis.

In nomine Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & in honore Dei genitricis ſemper virginis *Marie*, & SS. Apoſtolorum *Petri & Pauli*, ſanctique *Mauritii* martiris ac ſociorum ejus, ego *Willehelmus* Dei gratia argentinenſis Eccleſiae Epiſcopus in noticiam omnium fidelium venire cupio, quod Venera-

nerabilis *Rupertus* Abbas de cenobio, cujus vocabulum eſt *Novientum* ſive *Ebersheim*, quod vir illuſter Eſthie Dux & conjux ejus *Berswinda* in *Chriſti* nomine & in honore ſanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, ſanctique *Mauritii* martiris & ſociorum ejus conſtruxerunt, cum domno *Guzzone* ipſius monaſterii advocato coram omnibus epiſcopatus noſtri majoribus in generali ſinodo noſtra ad nos adiit, deprecans, ut ſupra dictum monaſterium ac poſſeſſiones ipſius jure eccleſiaſtici banni, ſicuti anteceſſores noſtri fecerant, confirmaremus. Nos itaque judicio, atque conſenſu tocius conventus, perlectis ac recitatis piiſſimorum principum privilegiis, nec non & Venerabilium praedeceſſorum noſtrorum *Witbgeri* (a) & *Baldramni* ac *Widerolfi* (e) cartis eidem loco contraditis ipſorum veſtigia ſequentes immunitatem ipſius ſupra dicti monaſterii & omnes pertinentias ipſius in eccleſiis, vel decimis ipſarum in allodiis ac bannis, vel decimis ipſorum, & mancipiis ac facultatibus ipſorum, infra terminos epiſcopatus noſtri ſitis, quae bonae memoriae Ethie dux, aliique fideles ad ſuſtentacionem Deo inibi ſervientium contradiderunt, auctoritate beati *Petri* Apoſtolorum Principis ac noſtra, concedimus confirmamus & corroboramus. Ut ergo omnem ambiguitatem, ſeu diſceptationem inter praedictum abbatem & Succeſſores ipſius ac ſacerdotes removeamus, nomina villarum, in quibus ipſa allodia, vel eccleſiae ſita ſunt; praemonſtrabimus. in *Gruzenbeim* (d) curtis dominica cum omnibus appendiciis ſuis, eccleſia videlicet & tres par-

partes decimarum & bannus ipſius loci totaliter, cum molendinis & pratis, paſcuis, agris cultis & incultis, ſalica terra cum omni decima ſua, mancipia utriusque ſexus, curtes, manſus, ſerviles & cenſuales, cum qualitercunque nominatis utilitatibus In *Artolvesheim* (e) curtis dominica cum omnibus appendiciis ſuis, banno videlicet ipſius loci & eccleſia cum tribus partibus decimarum, & Capella *Birenheim* (f) cum decimis ſuis. In *Svabesheim* (g) curtis dominica cum banno & omnibus pertinentiis ſuis. In *Wittenesheim* (h) curtis dominica cum banno & foreſtis, & eccleſia ipſius loci, cum tribus partibus decimarum, ſalica terra cum decima ſua. In *Niveratesheim* (i) allodium cum banno & eccleſia cum decimis ſuis. In *Muteresholz* (l) curtis dominica, cum medietate banni, eccleſia cum tribus partibus decimarum, & ceteris ſuis appenditiis, foreſtis ſcilicet & molendinis, aquis aquarumve decurſibus. in *Baldenheim* (m) Capella cum decimis ipſius villae. In *Hiltesheim* (n) curtis dominica, cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſia videlicet ac decimis ipſius, ſalica terra cum decimis ſuis, foreſtes & bannus totaliter. In *Azolfeswilre* (o) curtis dominica cum omnibus ſuis pertinentiis capella cum decimis ſuis. In *Oleswilre*, (p) curtis dominica cum ſalica terra, vineis ſcilicet, & agris, & pratis, cum omnibus pertinentiis ſuis, decimis videlicet ipſius praedii & banno totaliter, viis & inviis, exitibus & reditibus & omni libera utilitate. In *Cunigesheim* (r) curtis cum allodio vinearum & agrorum, cum omni decima ſua,

quod

quod venerabilis *Richardus* Regina ad miniſterium divini cultus contradidit. In *Scerewilre* (s) curtis dominica cum vineis & agris cum decima & banno ipſius praedii. In *Ebersheim* (t) curtis dominica cum ſalica terra, & foreſtis, ac banno ipſius praedii. In *Danwilre* (u) allodium cum agris & pratis ac foreſte , & aquarum decurſibus cum Capella S. *Mauritii* Martiris, & omnibus novalium decimis. In *Kagenheim* (x) curtis dominica cum omnibus appenditiis ſuis. In *Sarmeresheim* (y) curtis dominica cum ſalica terra, & decimis ſuis, & eccleſia cum tribus partibus decimarum ipſius ville. In *Hiddenheim* (z) curtis dominica cum ſalica terra & decimis ſuis, & tribus partibus decimarum ipſius ville. In *Mazenheim* (a) decimae ſexaginta & octo jugerum. In *Northus* (b) curtis dominica cum univerſis appenditiis ſuis & omnis decima ſalicae terrae. In *Utenheim* (c) curtis dominica cum ſalica terra ac decimis ipſius & eccleſia & tres partes decimarum. In *Valva* (d) curtis dominica cum quarta parte banni & aliis pertinentiis ſuis. Itaque praeſens *Rupertus* abbas & omnes ſucceſſores ipſius decimas omnium allodiorum praedictorum, quae *Selelant* (e) vocantur, ad portam monaſterii ſui propter receptionem hoſpitum, vel pauperum poteſtative poſſideant. Ego *Willehelmus* argentinenſis eccleſiae praeſul juſſi hanc cartam deſcribi, & ſigillo noſtro confirmavi. ſi quis itaque potens vel impotens, ſecularis ſive ſpiritalis, hanc praeſcriptam donationem ſeu confirmationem mutare, vel infringere, vel per violen-

lentiam convellere temptaverit, excommunicationi noſtrae ac praedeceſſorum noſtrorum ſubjaceat, ac perpetuo anathemate feriatur. Actum *Argentine*, in Eccleſia Sancte Dei genitricis ſemperque Virginis *Mariae*, (f) Anno Dominicae incarnationis MXXXI. regnante Domino *Cunrado* glorioſiſſimo Imperatore, anno vero quinto imperii ſui, Indictione XIIII. In *Chriſti* nomine feliciter.

(a) Charta *Withgerni* Epiſcopi Argentinenſis perijt ut & illa *Baldramni*.
(b) Charta *Widerolphi* Argentinenſis Epiſcopi initio anni 993. data extat ſupra.
(d) *Gruſenheim*. (e) *Artelsheim*.
(f) *Bindern*. (g) *Schwabsheim*.
(h) *Wittisheim*. (i) *Niſſern*.
(l) *Mietersholtz*. (m) *Baldenheim*.
(n) *Hiltzen*. (o) *Ehnweyer*.
(p) *Orſchweiler*. (r) *Kiensheim*.
(s) *Scherweiler*. (t) *Ebersheim*.
(u) *Tanwiller*. (x) *Kogenheim*.
(y) *Sermersheim*. (z) *Hüttenheim*.
(a) *Matzenheim*. (b) *Nartz*.
(c) *Utenheim*. (d) *Valff*.
(e) id eſt terrae ſalicae ſive allodialia praedia quae conceduntur pro remedio animae.
(f) Qui deſcripſit, in notis Chronologicis erravit, Falſo autem ponitur: Ao. Dom. Incarnat. MXLII. regnante Domno *Cunrado* glorioſiſſimo Imperatore, anno decimo quinto imperij ſui, indictione XIIII.

LXXXVIII.

LXXXVIII.

CHARTA BERTHAE DE GRIEZ UXORIS GOTHEBERTI, QUA BONA SUA IN MEISTERSHEIM ETC. RUPERTO ABBATI APRI MONASTERIENSI ET EIUS ABBATIAE CONCEDIT; CUM CONFIRMATIONE EPISCOPI ARGENTINENSIS. DATA AN. MXXXI.

Ex Apographo Tabularij Abbatiae Aprimonaſterienſis.

In nomine Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, & in honore ſanĉte Dei genitricis ſemperque Virginis *Marie* omniumque ſanĉtorum. Ego *Bertha* de *Brandenbruoch*, ſive de *Griez*, (a) omnibus ſacrae fidei cultoribus notum facio, qualiter cum manu, vel patrocinio advocati mei *Volmari*, & in praeſentia domni *Ruperti* abbatis, & venerabilis *Willbelmi* argentinenſis eccleſiae Epiſcopi tradiderim S. *Mauricio* martiri ad eccleſiam videlicet Novientenſis ſive Ebersheimenſis Coenobii pro remedio anime viri mei domni *Gotheberti*, duos manſus & ſemis in villa *Meiſteresheim* (b) cum tribus curtibus & omnibus appenditiis ſuis, agris videlicet ac pratis, ſilvis, ac paludibus, paſcuis cultis & incultis, & omni libera utilitate, ea ſcilicet conditione, ut fratres ipſius monaſterii Deo & Sanĉto Martiri *Mauritio* famulantes, ipſum praedium ſpecialiter & absque ulla contradiĉtione abbatis, vel praepoſiti, ſeu alicujus loci illius proviſoris poteſtative poſſideant. Frater itaque, cui forte ab aliis commiſſum fuerit, perſolvat quod annis fratribus in anni

niverſario praedicti *Gotheberti* duos modios tritici, & quatuor ſextarios leguminum, & quatuor anforas vini, & duos ſolidos argentinenſis monetae, ad comparandos piſces, & dimidium talentum piperis, & quinque pauperes ipſo die pane & vino, & uno pulmento reficiantur. miniſterialibus quoque fratrum piſtoribus videlicet & cocis, ortulanis & carpentariis, fullonibus & portariis unicuique panis unus & poculum vini detur. Dedi etiam eidem eccleſiae quinque mancipia cum conjugibus ac filiis & omni poſteritate ipſorum, duos ad altare S. *Mauritii*, tres ad altare S. *Laurentii* martyris, ubi cariſſimi mei *Gotheberti* corpus ſepultum jacet, duos numos ſingulis annis perſolventes, ſi quis itaque abbas, vel praepoſitus, ſeu aliquis monaſterii proviſor, haec aliter, quam ſtatui, mutare vel infringere praeſumpſerit, vel alicui Laicali perſonae ipſum allodium jure haereditatis vel militari beneficii conceſſerit, legitima poteſtas ſit meis & ipſius *Gotheberti* poſteris ipſum praedium ditioni ſuae reflectere. feci autem hanc donationem ſub teſtimonio liberorum virorum, quorum haec ſunt nomina: *Gozzo* ipſius loci advocatus, *Volmarus*, *Cuno* & filius ejus *Gerunc* de Suevia, *Erneſt*, *Erlevrit*, *Alberich*, *Bicchio*, multis aliis haec videntibus & audientibus Notum praeterea omnibus eſſe cupio dediſſe me eisdem fratribus pro anima viri mei domini *Hugonis* & filiorum noſtrorum manſum unum, cujus curtis jacet in villa *Abewilere* (c) in banno *Muteresholz* (d) cum molendino & piſcationibus, aquarumque decurſibus,

& vineam duorum jugerum in *Scerewilre* (e) Dedi etiam eccleſiae ſilvam publicam *Foſſat* (f) dictam cum curte, quam cuſtos ſilvae poſſidet, ad cooperiendam S. *Margarethae* capellam. Dedi etiam *Eberhardum* cum duobus filiis & conjugibus ipſorum omnique progenie, quotannis in feſtivitate S. *Margarethae* ad altare ipſius duos denarios, ſeu ceram duorum denariorum perſolvendam, ubi cariſſimorum meorum corpora ſunt condita, & me, Deo volente, propoſui requieturam, illud etiam in notitiam Domni Epiſcopi, aliorumque religioſorum, clericorum ſcilicet & laicorum in praeſenti poſitorum commemoro, dediſſe videlicet parentes meos S. Martiri *Mauritio* ad ſupradictum monaſterium pro remedio animarum ſuarum & filiorum filiarumque ſuarum, qui in ſupra dicta capella requieſcunt, novem manſus cenſuales in *Marcholvesheim* (g) & novem in *Berolvesheim* (h) perſolventes quotannis duo talenta argentinenſis monetae; & inſuper unum ad cooperiendam eccleſiam S. *Mauritii* martiris ſitam in villa *Botesheim* (i) Ego *Willehelmus* argentinenſis Eccleſiae praeſul, in nomine Domini noſtri *Ieſu Chriſti* & ſanctae Dei genitricis ſemperque virginis *Mariae*, ſanctique *Petri* Apoſtolorum principis, omniumque ſanctorum, judicio Chorepiſcoporum ac totius cleri decrevi auctoritate ſynodalis banni, ut quiscunque potens vel impotens, ſecularis ſeu ſpiritalis hujus praeſcriptae donationis ſtatutum mutaverit, vel infregerit, vel per violentiam praedicta allodia rapuerit, ſub traditoris *judae* anathe-

mate

mate ſit. Fiat, fiat. Iuſſi etiam hanc cartam deſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione confirmari. Actum anno Dominicae incarnationis milleſimo trigeſimo primo, regnante domno *Cunrado* glorioſiſſimo Imperatore, anno vero ſeptimo regni ejus, indictione decima quarta (l) In *Chriſti* nomine feliciter.

(a) *Gries* ſive *Grieſen* vicus Alſatiae prope *Witbruch*. *Gerardus* de *Gries* memoratur in Diplomate *Henrici* Regis Romanorum an. 1227. pro coenobio Regio pontano.

(b) *Meiſtersheim* quatuor ſupra *Argentinam* leucis ſitus; feodum Epiſcopatus Argentinenſis Dominis *de Landsberg* conceſſum.

(c) *Ebenweyer* viculus quadrante a *Mietersholtz* diſtans, feodum Lichtenbergenſe *D. de Rathſamhauſen* collatum ubi Abbatia Aprimonaſterienſis percipit Decimas.

(d) *Mietersholz* vicus ſemi-leuca a *ſeleſtadio* diſſitus ad eosdem pertinens Dominos *de Rathſamhauſen*; in quo etiam modo dicta Abbatia decimis & jure patronatus fruitur.

(e) *Scherweiler* in *Vallis Villerianae* introitu pertinens ad D. *de Choiſeul-Meuſe*.

(f) Idem nomen hodie remanet ſylvae, quae ab *Aprimonaſterio* leucae ſpatio diſtat.

(g) *Markolsheim* pertinet ad Epiſcopum Argentinenſem.

(h) *Bernisheim* ſive etiam *Berſtheim*, qui ambo vici ſiti ſunt in praefectura Hagenoenſi.

(i) *Botzheim* ſive *Botzenheim* feodum Eccleſiae Baſileenſis D. *de Rathshamhauſen*.

(l) Error in notis Chronologicis reperitur vitio illius, qui chartam ſic deſcripſit: Actum anno Dominicae incarnationis Milleſimo quadrageſimo primo;

mo, regnante Domno *Cunrado* glorioſiſſimo Imperatore, anno decimo quinto regni ejus, indictione XIV. reliqua ſat ſincera videntur.

LXXXIX.

ACTA CONVENTUS HABITI APUD ARGENTINAM AN. MXXXVIII. CIRCA ADVENTUM DOMINI.

Ex praefato privilegiorum Eccleſiae Spirenſis libro fol. 37. (a)

Poſt *Heinricum* Claudum, qui *Babinberg* fecit, *Cunradus* nobilis qui *Giſelam* imperatricem ſororem *Ottonis* ducis Brabancie, Saxonie & Comitis Flandrie de genere *Karoli* duxit, qui de Burgundia glorioſe triumphavit, ſub quo ſciſma de celebracione adventus Domini apud *Argentinam* ſub ſancto *Barthone* Archiepiſcopo Moguntino deciſum eſt, & *Limpurch* peractum. Anno Dominice incarnationis MXXXVIII. indictione VI. luna decima, regnante *Conrado* imperatore Anno XV. diſceptacio de adventu Domini facta eſt. Nam cum predictus Imperator cum filio ſuo *Heinrico*, Burgundie regione ſibi ſubjecta, rediret, & *Argentinam* die Dominica que extitit VI. Kalendas decembris, adiret, Epiſcopus ejusdem loci nomine *Wilhelmus* cum omnibus clericis ſuis celebrabat adventum Domini, ſed imperator & omnes qui cum eo venerant adhuc exſpectabant unam ebdomadam. (b)

Ex

(a) Ex Archivio Cathedralis Spirenſis.
(b) Confer: *Commentatio hiſtorico-Liturgica: De ſtationibus Eccleſiae Moguntinae pag. 78. ſq. not. m. Subſidia Diplomatica Tom. XII. p. 136.* & *Mr. l'Abbé Grandidier Eſſai Hiſtoriques & Topographiques ſur l'egliſe Cathedrale de Strasbourg pag.* 27 & 28.

XC.

CHARTA DONATIONIS WEZILI ET HATTONIS BONORUM IN RICHTOLSHEIM ET WITTISHEIM FACTAE ECCLESIAE SANCTI PETRI IUNIORIS ARGENTINENSIS A WILLEHELMO EPISCOPO CONSTRUCTAE CIRCA AN. MXL. CONSCRIPTA.

Ex autographo Tabularij Collegiatae *S. Petri* junioris Argentinenſis. (a)

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Omni commendamus preſentie, nec non poſteritati future, ut *Wezil* & *Hatto* viri conditionis ingenuae a domno venerabili *Willehelmo* argentinae ſedis Epiſcopo LXX. argenti libras acceperunt, & quicquid praedii ad *Ruochesheim* (b) videbantur habere, & ad *Wittheresheim* (c) manſum dimidium, eodem praedicto Epiſcopo rogante, ad monaſterium ſancti *Petri* Principis apoſtolorum, quod conſtructum eſt ab eodem *Willehelmo* ante portam *Argentinae* civitatis (d), nullo contradicente, tradiderunt, in omni utilitate, ſcilicet banno, areis, edificiis, campis, pratis, paſcuis, viis, inviis, aquis, aqua-

aquarumve decurſibus, ſilvis, cultis & incultis, & omni utilitate, quam ibidem videbantur poſſidere. Acta ſunt autem haec in pago *Alſatia*, ante portam *argentinae* civitatis, in eodem monaſterio Sancti *Petri*, in comitatu *Hugonis* (e), anno ab incarnatione Domini MXL. indictione VIII. ſub *Chuonrado* imperatore, & XIIII. anno regni filii ejus *Heinrici* tercii (f) his teſtibus haec videntibus, *Hildewin*, *Hezil*, *Eberhart*, *Walthere*, *Egitwart*, *Heriger*, *Willebrecht*, *Gozzeret*, *Guanno*, *Hicekint*, *Peribger*, *Iſinbart*. & frater ejus *Benzo*, *Alberich*, *Engilman*, *Bezelin*, *Watto* & frater ejus *Drudman*, *Gezman* & frater ejus *Benzo*, *Ezzo*, *Benzo*, *Guammo*, *Heſſo*, *Hezil*, *Wolffganc*, *Burgbart*, *Berenbart*, *Wezil*, *Reginolt*, *Brenno*, *Hezil*, *Eſſcerich*, *Cuono*, *Benno*, *Odalrich*, *Hezekint*, *Alberich*.

(a) Retulit *Schoepfflinus Alſat. Dipl. T. I. p. 160*, ſed mendoſe.

(b) *Richtolsheim* prope *Artolsheim* pertinens ad Epiſcopum Argent.

(c) Hodie *Wittisheim* ad eundem ſpectans Epiſcopum.

(d) Porta dicta burg-thor ſive la fauſſe porte pres de *S. Pierre le jeune* an. 1783. deſtructa.

(e) *Hugo IV.* comes Nordgoviae pater *Leonis IX.* PP.

(f) In notis chronologicis diſconveniunt verba: *ſub Chuonrado Imp.* qui anno praecedente 1039. jam obierat. Donatio facta fuit vivente *Conrado* ſed charta haec anno ſequente expedita.

XCI.

XCI.

CHARTA HUNFREDI DE WÜLFLINGEN CANONICI ARGENTINENSIS POSTEA ARCHI EPISCOPI RAVENNATENSIS, QUA ECCLESIAM ARGENTINENSEM CONSTITUIT HAEREDEM. DATA ANNO MXLIV.

Ex apographo Tabularij Epiſcopalis Tabernis Alſaticis.

In nomine ſanĉte & individue Trinitatis. Ego *Hunfredus* Dei gratia non infimis ortus natalibus, (a) ſanĉte argentinenſis Eccleſie canonia nutritus (b) notum fieri deſidero omnibus in *Chriſto* fidelibus tam preſentibus, quam etiam futuris: quemadmodum hereditatis paterne a cognatis, qui me omni ſtudio conati ſunt exheredare, tamen vincente juſtitia erepte, ſanĉtam argentinenſis Eccleſie ſedem, *Wilhelmo* ejusdem ſedis venerabili Epiſcopo rogante, elegi, fecique heredem. nam ut dixi, propinquis mihi undique inſiſtentibus, ut me exheredarent, expellerent, patriisque rebus privarent, ad ultimum tamen divino fretus adjutorio in placitis comitialibus mea recepi, Scabinorum judicio, quae cum advocatoria manu in quorundam illuſtrium virorum mihi fidelium in illorum preſentia, qui mihi antea fuere contrarii, ſed minime contradicentium fidas manus tradidiſſem eo videlicet tenore, ut quandocunque ea repetiſſem, quo vel cui rogaſſem, ea contraderentur; partim pro meorum remedio peccatorum, & Patris mei *Lutoldi*, meaeque matris *Willebirgae*

 fra-

fratris quoque mei charae memoriae *Vuottonis* liberatione; partim pro denominato beneficio, id eſt, pro curte epiſcopali in *Sulbmata*, (c) cum omni utilitate, curteque ad *Wolfgangesheim* (d) cum omni utilitate, excepta Eccleſia, & inſuper manſis quinquaginta, jam dicto Venerabili Epiſcopo *Wilebelmo* rogante, quidquid praedii, vel familiae, ad *linbriaguam* (e) juſſus ſum poſſidere, qui locus eſt ſitus in pago *Duragowe*, in comitatu *Bertholdi*, in territorio conſtantienſi, Sanctiſſimae Dei Genitricis ad argentinenſem Eccleſiam, per illorum manus, in quorum fidem antea commendaveram, matriſque meae conſenſum vel manum tradere feci, vel tradidi, atque perpetualiter, cum omnibus villulis illa reſpicientibus, firmavi atque ſtabilivi in omni utilitate, ſcilicet areis, edificiis, banno, molendinis, Campis, vineis, pratis, paſcuis, agris, terris cultis & incultis, exitibus & redditibus, viis, inviis, ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus, utriusque ſexus familiis; ita tamen, ut in tres dividantur conditiones, id eſt, fiscales, tabularios, ſervitores, omnique utilitate, quam ibidem viſus ſum poſſidere, excepto monaſterio (f), congregatione, vel familia, rebusque ad id pertinentibus, quod ut alia teſtatur chartula, tradidi *Marie* ſine omni conventione. Poſthec itaque mea petitio fuit, pontificisque jam dicti benignitas non negavit, ut ipſas easdem res mihi matrique mee, quamdiu viximus, fructuario uſu praeſtitiſſet, quod & fecit; ſcilicet ut ſingulis annis pro ipſo uſu cenſum ſol-

ſolvamus, id eſt, denarios decem, & ſi inde negligentes extiterimus, contra caſam Dei componere debeamus, nec ipſas res vendere, donare, concambiare, vel aliquo modo alienare licentiam habeamus; niſi tantum, dum advixerimus, eos meliorare ſatagamus, beneficium igitur predictum ego ad dies vite mee habeam totum; materque mea, ſi mihi ſuperſtes extiterit, curtem ad *Sulbmata* ad vite ſue dies poſſideat ſolam; poſt diſceſſum vero noſtrum, preſul predicte argentinenſis ecclesie liberam ac firmiſſimam, *Chriſto* propitio, in omnibus eisdem rebus, quas tradidi vel recepi, habeat poteſtatem habendi, tenendi, poſſidendi & quidquid ſibi exinde placuerit faciendi. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, ſi aut ego ipſe, quod abſit, aut ullus de heredibus meis, ſive proheredibus, ſeu quelibet extranea perſona hanc tradicionem frangere, aut aliquo modo annullare tentaverit, ſi ſe inde non correxerit, a liminibus Sancte Dei ecclesie excommunicatus exiſtat, & inſuper ante tribunal tremendi examinis pro hac ſe temeritate ſeveriſſime judicandum pertimeſcat. Argentinenſi quoque Epiſcopo pro temeritate, quam huic ſancto loco non pertimuit irrogare, Auri Uncias quinquaginta, argentique libras centum coactus perſolvat, fiſco quoque regali auri Libras X, Duci libras V, comitique libras III. in auro componat; & tamen quod injuſte repetit, vindicare non prevaleat. ſed ut hac traditio omni tempore ſtabilis & inconvulſa permaneat, venerabilium perſonarum ſunt teſtimonio roborata, quorum no-

nomina, vel ſignacula ſubter habentur inſcripta (g), *Wodalrich* de *Uſtra*, (h) *Zinpelin*, *Landolt*, *Zibo*, *Bernger* de *Unowa* (i), *Folkerat*, *Herbart*, *Herbart* de *Wibenane*, *Dietbelm* & filii ejus. *Berchtoldt* & *Voldariech* de *Toccanburg* (l) *Ato*, *Reinher* de *Alberi cheſtalan*, *Wecil*, *Ebbo* de *Hunewilare* (m) *Ruppolt*, *Udalrich*, *Ruggo* de *Weilhenchovan*, *Walthere* de *Erübesperch* (n) *Luttolt* de *affaltra*, (o) *Duoto*, *wabelin*, *ochbelin* de *flacha* (p) *Buggo* de *Erachbelinchovan* (q) *Wipprecht* de *Firſte* (r) *Ebbo*, *adalbero* de *Vare*, *Rudolff*, *adelbrecht*, de *Stadalan* (s) *Adalbolt* de *Otilingum*, (t) *Zibo* de *Volhinchovan*, *manegolt*, *Dieterich* de *Zuvingen*. *Cuno* de *Aſfaltra*, *Buggo*, *Luttolt* de *Dorf*, *Lamprecht*, de *Rorbach* (u), *Etto* de *Winkele*, (x) *Dieterich* de *Pulacha* (y). Acta ſunt autem hec ad *imbraguam*, anno ab incarnatione XII, tertio *Heinrico* regnante anno V, ordinationis ejus XVII, Comite *Berchtoldo*, *Wicelinus* notarius ſcripſi & ſubſcripſi.

(a) *Hunfredus Lutoldi* de *Wilfelingen* atque *Willebirgae* filius, erat frater *Adelaidis* quae *Rudolfo* comiti de Achalm nupſit, ut teſtatur antiquum *Chronicon Zwifaltenſe.* vid. *Cruſij Annal. Suev. Tom. I. part. 2. lib. 8. c. 8. pag. 269.* Erat igitur *Hunfredus* ex familia Dominorum de *Wilfelingen* ſive *Wulflingen*; vicus iſte ſitus erat in comitatu Kiburgenſi & hodie ſpectat ad Rempublicam Turicenſem in Ballivatu de Audelfingen, cum titulo Baroniae. Rudera Veteris Caſtris *Wulflingen* conſpiciuntur ad loevam fluvij, qui dicitur *Toeſs*; caſtrum vero novum, cujus poſſeſſor eſt D. *Hirzel* Turicenſis, ſitum eſt in ipſo vico cognomine ad dextram dicti fluvij.

(b) Dictus

(b) Dictus *Hunfredus* ex Canonico Argentinenſis Eccleſiae factus eſt Archi Epiſcopus Ravennatenſis, ut teſtatur charta inferius alleganda. anno 1046. ſive 47. ad dictam ſedem ab Imperatore *Henrico* promotus fuit. Non modo cultui Divino praefuit, ſed & in tota Italia Vicariam Imperatoris operam praeſtitit; deceſſit non ſine veneni ſuſpicione 24. Auguſti an. 1051. Confer: *Ughelli Ital. Sacr. Tom. 2. pag. 359. edit. an. 1717.* & *Hieronymus Rubeus* ſive *Roſſi in hiſtoria Ravennae.*

(c) *Sultzmatt* vicus major Alſatiae in Mundato (immunitate) Rubeacenſi ſitus pertinet ad Epiſcopum Argentinenſem.

(d) *Wolfgangsheim* viculus ſuperioris Alſatiae in comitatu Horburgenſi ſitus.

(e) Hodie *Embrach* ſive *Emberi* magnus vicus & parochia comitatus olim Kiburgenſis, nunc ditionis Urbis Turicenſis a qua tribus leucis diſtat, ſitus prope caſtrum *Wulflingen*, *Kloten* inter & *Pfungen*, quadrante diſtans a ripa fluvij *Toëſs* ſiniſtra. *Leu Helvetiſches Lexicon Tom. 6. pag. 314.*

(f) Teſtatur *Chronicon Zwifaltenſe* a *Cruſio p. 269.* allegatum, *Adelaidem* de Caſtello *Wilfelingen* una cum fratre *Hunfrido* conceſſiſſe Eccleſiae Artinenſi (id eſt Argentinenſi) Praepoſituram *Embrach* & villam *Sabſach*, quae eſt vicus *Seuzach* in Comitatu Kiburgenſi hodiernaque Turicenſi ditione ſitus. Monaſterij Embracenſis *SS. Petro & Paulo* conſecrati origo chartis deficientibus latet. verſus annum 1188. jam in Praepoſituram Canonicorum Regularium fuerat converſum. Catalogum Praepoſitorum a *Regenbardo*, qui an 1189. vixit ad annum usque 1525 contexuit *Leu pag. 315. ſq.* Bona dicti capituli tunc tranſierunt ad Civitatem Turicenſem, hodieque reguntur per oeconomum (Amtmann) qui ſemper ex magno Turicenſi conſilio eligitur.

(g) Char-

(g) Charta haec plures vicinos nobiles inter teſtes nominat. Nomina familiarum undecimo jam ſeculo & ante annum 1040. conſtat invaluiſſe.

(h) Extat in Ditione Turicenſi in ballivatu *Greifſenſee* oppidulum *Uſter* ſive *Uſtra* cum vico ejusdem nominis. *Barones de Uſter* in Antiquioribus Chartis Helveticis noti ſunt. *Ettico* Dux Bavariae, qui circa an. 925. vivebat, ex quadam de miniſterialibus ſuis genuerat filiam, illam frater ejus *Rudolphus* libertate donatam pro amore *Etticonis* cuidam nobili de Rhaetia Curienſi, ex quo nobiles de *Uſtera* ducunt originem, cum largis praedijs copulavit.

(i) Forſan *Illnau* caſtrum comitatus Kiburgenſis in ditione Turicenſi hodie deſtructum.

(l) Comites *de Toggenburg* XI. ſeculo vocatos eſſe viros nobiles probat *D. Fueslin* Turicenſis *in eorum Genealogia Diplomatica*, quam inſeruit *Topographiae ſuae Helveticae Schaffhuſii an 1772. germanice edita Tom. 4. pag. 134. ſq.* Regio, quam poſſidebant, vocabatur *Toggenburg*. Nobiles *de Toggenburg* anno 1160. ab Imperatore *Friderico* comitum nomine fuiſſe inſignitos aſſerit *Stumpfius*.

(m) Forſan ex nobilibus *de Hundweil* in ditione Appenzellenſi prope caſtrum *Toggenburg*. Erat quoque domus nobilium *de Hinweil* in Baronia de Gruningen, ditioneque Turicenſi. Ultimus gentis an. 1588. obijt *Baſileae*.

(n) Nobiles *de Ebersberg* florebant olim in Comitatu Kiburgenſi.

(o) Nobiles *de Affolteren* caſtrum habebant in vico ejusdem nominis in ballivatu de *Kuonau* & ditione Turicenſi.

(p) Caſtrum & vicus *de Flaach* ſunt in ballivatu ejusdem nominis & in ditione Turicenſi prope

locum

locum, ubi *Thura* in *Rhenum* influit. Nobiles *de Flaach* in chartis antiquis ſaepius occurrunt.

(q) Forte *de Hellikoven*, quod eſt caſtrum deſtructum in ditione Turicenſi, atque in vicinia vicorum *Rafz* & *Egliſau*.

(r) *Firſt* eſt caſtrum in comitatu Kiburgenſi ditioneque Turicenſi deſtructum.

(s) Extat vicus *Stadel* in ditione Turicenſi & in ballivatu dicto Neu-Amt, qui fuit a Comitatu Kiburgenſi diſtractus.

(t) Caſtrum fortaſſis deſtructum *Hettlingen* in ballivatu Comitatuque Kiburgenſi & in ditione Turicenſi.

(u) Caſtrum deſtructum Nobilium *de Rorbas* eſt in ejusdem nominis parochia, quae eſt vicus Comitatus Kiburgenſis ditionisque Turicenſis.

(x) Rudera caſtri *de Winckel* extant in ditione Turicenſi Comitatuque Kiburgenſi.

(y) Oppidulum *Bulach* ballivatus ſedes in ditione Turicenſi.

XCII.

HENRICUS III. IMP. HERIMANNO SIVE HEZELONI EPISCOPO ARGENTINENSI ANTQUA EIUS ECCLESIAE IURA BONA ET PRIVILEGIA CONFIRMAT. DATUM IX. IULII. MXLVIII.

Ex libro ſalico ſummi capituli Argentinenſis fol. 16. (a)

In nomine Sanctae & individue Trinitatis, *Heinricus* divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Notum ſit omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, futuris ſcilicet, ac preſentibus, quali-

qualiter nos, ob divinum amorem & ob remedium anime noſtre dilecteque conſortis noſtre *Agnetis* imperatricis auguſtae, nec non parentum noſtrorum, inſuper etiam ob interventum fidelis noſtri *Herimanni* argentinenſis Eccleſie venerabilis Epiſcopi talia predia, & alia bona, que Regibus vel imperatoribus, vel ulla alia magna parvaque perſona ad ſupradictam Eccleſiam tradita, atque condonata ſunt, firmavimus; cum omnibus ad eandem pertinentibus Eccleſiis; Eccleſiarumve decimis, monetis, theloneis, pannis tributariis, areis; mancipiis utriusque ſexus; aedificiis, agris; terris cultis & incultis; pratis, paſcuis; campis, ſilvis; venationibus, aquis, aquarumve decurſibus; piſcationibus, molis, molendinis, viis & inviis; exitibus & redditibus, queſitis & inquirendis, ſeu cum omni utilitatę, quae ullo modo inde poterit provenire; per hoc noſtrum imperiale preceptum illuc perpetualiter exiſtendum confirmavimus, eo quidem tenore, ut nullus hominum inde quid alienare, vel aufferre preſumat. Siquis autem hujus carte temerarius violator extiterit, divine ſententie periculum incurrere, & in die judicii inde debitum ſe reddere ſciat. Et ut hec noſtre confirmacionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni tempore perſeveret, hanc cartam inde conſcriptam, ſubtusque manu propria confirmantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum Domini *Heinrici* tertii Regis invictiſſimi; ſecundi Romanorum imperatoris auguſti. *Winitherius* cancellarius vice *Bardonis* archicancellarii recognovi.

Data

Data VII. idus julii, anno Dominice incarnationis MXLVIII. indictione I. anno autem Domini *Heinrici* tertii Regis, imperatoris ſecundi, ordinationis ejus XX. regnantis quidem X. imperantis autem II. in Dei nomine. Actum *Spirae*, feliciter amen.

(a) Chartam hanc minus accurate ex chartulario civitatis Argentinenſis num. 72. dedit *Schoepfflinus Alſat. Diplom. Tom. I. pag. 161.*

(b) Singularem in computatione chronologica formulam adhibuit *Henricus III.* ut praeter conſuetos Regni & Imperij annos, ſuae pariter ordinationis adjiceret, unde in ejus diplomatibus communis haec eſt chronologiae formula; ut primo annum Ordinationis ab anno 1028. quo fuit coronatus Rex Germaniae; ſecundo annum regni a 4 Iunij an. 1039. quo *Conrado* Patri ſucceſſit; tertio denique annum Imperij a 25. Decembris an. 1046. quo *Romae* coronatus fuit Imperator, reſpective numeraret.

XCIII.

HENRICUS III. IMP. ABBATIAE CLUNIACENSIS BONA ET PRAESERTIM MONASTERIUM PATERNIACENSE CUM CURTIBUS IN COLMARIA &c. HUGONI ABBATI CONFIRMAT. DATUM IV. DEC. MXLIX.

Ex autographo tabularij Abbatiae Cluniacenſis. (a)

In Nomine Sanctae & individuae Trinitatis, *Heinricus* divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si pauperum & Dei ſervorum ne-

neceſſitatibus pio affectu ſubvenire ſtuderemus, ut a nobis exigit imperialis dignitas & profeſſio, ſine dubio ſperamus nos perfectam beatitudinem recepturos a Domino. Qua propter omnium Sancte Dei ecclefie fidelium, noſtrorumque preſentium ſcilicet ac futurorum noverit induſtria, qualiter adiit noſtram preſentiam *Hugo* venerabilis abbas cluniacenſis coenobii (b) orans humiliter & obſecrans, ut auctoritate precepti noſtri corroboraremus, concedendo ſibi ſuisque ſucceſſoribus imperatoria & regalia precepta. Cujus petitionem gratanter accipientes propter antiquam familiaritatem & caritatem, quam ipſe ſuique anteceſſores cum noſtris predeceſſoribus, regibus & imperatoribus habuerunt, orando ad Dominum pro ſtabilitate regnorum & imperii, & ſalute animarum eorum, ut deinceps nobis eandem caritatem exhibeant, interveniente dilectiſſima contectali noſtra *agnete* imperatrice auguſta, concedimus predicto fratri & fideli noſtro ſecundum petitionem ſuam ſuisque ſucceſſoribus monaſterium in loco *paterniaco* in honore Dei genitricis conſecratum & a Regina *Berta* matre videlicet *Conradi* Regis Imperatricisque *adelaidis* poſt mortem matris ditatum, conſtructum & nobilitatum (c) & duas cortes in Alſatia *Hitinehim* (d) & *columbra* (e) quas *Rodulfus* Dux frater ſupradicte Imperatricis a primo & maximo *Ottone* adquiſivit, (f) & omnia ad ſupradictum monaſterium pertinentia & in Burgundia, & in Alſatia. Corroboramus etiam, atque concedimus predicto fratri *Romanum* monaſterium

rium in honore apoſtolorum *Petri* & *Pauli* conſecratum, ſuisque ſucceſſoribus, ut praedictum eſt, eccleſias, terras ad ipſum locum juſte & legaliter pertinentes. Cellam etiam *Betbuatiam* a *Rodulfo* quondam bono viro Cluniacenſi monaſterio traditam; cellam vero in archiepiſcopatu Biſuntinenſi, quae vocatur vallis in honore ſanctae Dei genitricis ſubtus caſtrum *poloniacum* confirmamus etiam monaſterium in honorem Domini Genitricis & memoriam beati *Majoli* in urbe *papia* conſtructum, & omnes terras & praedia, quae eidem loco a bonis hominibus conlata ſunt. Et concedimus eidem loco uſum, quem fratres ibi habitantes habuerunt, ex multo tempore in regali noſtra *Silva*, quae vocatur *Carbonaria*. Confirmamus, laudamus, corroboramus illam convenientiam ad honorem & utilitatem *beneventis* eccleſiae quae facta eſt inter bonae memoriae *Hugonem* ejusdem civitatis Epiſcopum, & felicis memoriae venerabilem *Ogdilonem* Cluniacenſem abbatem, dictante Imperatrice *Adeleida*, *Rodulfo* Rege laudante, faventibus in hoc fratre ejus *Burcardo* archiepiſcopo, ceteriſque regni principibus. concedimus etiam ſibi, ſuisque ſucceſſoribus monaſterio cellas, eccleſias, omnesque poſſeſſiones, quas ipſe dictus frater, ſuique anteceſſores in noſtris poſſederunt & poſſident per imperialia & regalia precepta, & decreta epiſcopalia comitum, marchionum, ceterorumque fidelium Dei dapſilitate (*) largiſſima in archiepiſcopatu & comitatu Luddunenſi, Viennenſi, Arelatenſi, & Valentinenſi, & omni regione illa, que

proprio nomine vocatur provincia, & quicquid per ſuccedentia tempora ipſe, ſuique ſucceſſores juſte & legaliter adquirere potuerint. Optando precipimus & precipiendo optamus, ut remota omni inquietudine & calumnia ad honorem Cluniacenſis monaſterii, & utilitatem fratrum ſibi adherentium teneant & poſſideant. Et ut haec noſtri imperialis praecepti ſanctio incorupta permaneat & firma, manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Signum Domini *Heinrici* Imperatoris ſecundi, Sereniſſimi Romanorum Auguſti, Burgundionum primi Regis. *Huco* archicancellarius & archiepiſcopus recognovi. Datum II. non. Decembris, anno Dominicae Incarnat. M.XL.VIIII. Indictione III. anno Domini *Henrici III.* regis invictiſſimi ordinationis ejus XXI. regnique ejus XI. imperii vero III. Actum *Argentine* feliciter, amen.

(a) E benigna communicatione Domni *Clement* ordinis S. Benedicti e Congregatione *S. Mauri* Pariſiis in monaſterio *des blancs-manteaux* nuncupato commorantis ſeduli cooperatoris in edendo libro: *l'art de verifier les dates.*

(b) Vita *S. Hugonis* Abbatis Clûniacenſis ſexti ab *Hildeberto* Cenomanenſi Epiſcopo conſcripta extat apud *Marrier* & *du Chesne in Bibliotheca Cluniacenſi pag. 413-438.*

(c) *Paterniacum* gallice *Payerne*; germanice *Peterlingen* hodie eſt oppidum pagi Vaudenſis in Helvetia; Fuit olim Abbatia Ord. S. Benedicti, cujus bona ad Bernenſes an. 1536. tranſierunt. Chartam Fundationis a *Bertha* Burgundiae Regina factam an. 966. ex authentico Archivi Civitatis Ber-

Bernenſis retulit *Schoepfflinus Alſat. Dipl. Tom. I. pag. 119.*

(d) *Hüttenheim* duabus ab *Aprimonaſterio* leucis diſtans pertinet ad Epiſcopum Argentinenſem.

(e) *Colmaria.* Prioratus *S. Petri* ibidem atque a Paterniacenſi dependens monaſterio ſubſtitit ad ſeculum usque XVI. Poſtquam vero Bernenſes anno 1536. Abbatiam Paterniacenſem in ſuam redegerunt poteſtatem, ſancti *Petri* prioratum civitati Colmarienſi, ubi ſitus erat, cum bonis omnibus an. 1575. vendiderunt. Publicato *Ferdinandi II.* an. 1629. de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis edicto, Abbas Ebersheimenſis nomine Cluniacenſis Abbatiae praepoſituram Colmarienſem, ſed fruſtra, recuperare tentavit. Eccleſia Petrina Patribus ſocietatis Jeſu tradita an. 1698. renovata eſt an. 1750. Hodie collegio Colmarienſi Regio ad ſacra peragenda inſervit.

(f) Curtes *Cholumbra* & *Hittenheim* cum omnibus adpertinentiis in Alſatia ſitas a Duce *Ruodolfo* Abbatiae Paterniacenſi donatas ad petitionem *S. Majoli* Abbatis Cluniacenſis primique Paterniacenſis Abbatis confirmavit *Otto II.* Imp. diplomate dato 25. Iulii an. 974. Autographum extans apud Bernenſes retulit *Hergottus Genealog. Habsburg. Tom. 2. num. 142. pag. 86.* & *Schöpflinus Alſat. Dipl. T. I. p. 124.* praedictarum curtium donationem confirmarunt anno 997. *Otto III.* an. 1003. *Henricus II.* an. 1024. & 1027. *Conradus II.* apud *Schöpflinum Tom. cit. pag. 140. 155. & 156.* & *Hergottum loc. cit. pag. 93. & 96.*

(*) Dapſilitas idem ac liberalitas. *Gloſſarium Lat. MS. Regium Cod. 1013.* & *Papias:* Dapſilis, largus, profuſus vel qui ſatis erogat eſcas. *Ioannes de janua:* Dapſilis, largus, praecipue in cibis. *Ebrardus Bethun:* Dapſilis eſt dapibus, aliis rebus quoque largus.

XCIV.

LEO IX. PP. ABBATIAE ANDLAVIENSIS IURA ET PRIVILEGIA CONFIRMAT. DATA AN. ML.

Ex autographo Abbatiae Andlavienſis. (a)

Leo Epiſcopus ſeruus ſervorum Dei, Dilecte in Chriſto filie *Methildi* religioſe abbatiſſe, venerabilis monaſterii ſancti *Fabiani*, ſancteque *Felicitatis*, quod appellatur *Helionis*, ſitum in pago Heliſatia, tuisque ſucceſſoribus abbatiſſis perpetuam in Domino ſalutem. Preclaris votis divina miſeracione preſtatur effectus: inde eſt, quod nobis a ſynodo, quam *Maguncie* habuimus (b) redeuntibus contigit per veſtrum monaſterium venire, & Eccleſiam benedicere, ac dedicare divino numini, quam noviter conſtruxeratis, ſed nondum perfeceratis ad plenum, & etiam veſtris precibus illuc transferre corpus beate *Richarde* prime conſtructricis ejusdem venerabilis loci, (c) quem per donationis paginam una cum filio noſtro *Karolo* imperatore auguſto contradidit. itaque inclinati veſtris interceſſionibus, ad exemplum predeceſſorum noſtrorum, profuturi temporis cautela, nec non ſtabilitate ejusdem loci concedimus & confirmamus vobis idem monaſterium per hoc noſtrae apoſtolicae auctoritatis privilegium, cum omnibus rebus & facultatibus ſuis, quas modo habere videtur, & deinceps auxiliante Domino, ſive a Regibus, ſive a cujuscunque dignitatis & ordinis hominibus,

quo-

quoquo pacto acquirere poterit, ſane in ipſo majori altare nove Eccleſie a nobis conſecrato, prohibemus alicui ſacerdoti miſſam celebrare, niſi quem vos, veſtreque ſucceſſores voluerint. ipſum vero monaſterium in integrum ſicut jam predixi-mus, concedimus vobis & confirmamus, ea ratione ut omnibus diebus vite veſtre ſub veſtra ditione, vel regimine, ſicuti vobis ſecundum Deum viſum fuerit diſponere, omnino permaneat. cum autem divina vocatione de preſenti hac luce ad Dominum migraveritis, ſtatuimus de propria congregatione, quam ſibi unanimitas prefati monaſterii ancillarum Dei concorditer elegerit, abſque cujuſcunque hominis contrarietate, vel obſtaculo fieri abbatiſſam, preſtante videlicet nobis & ſucceſſoribus noſtris annualiter tres pannos lineos pontificali uſui aptos. quodſi in biennio, aut in triennio perſolutum non fuerit, volumus ut in quarto anno cenſus ipſe de predictis annis ſub integritate ſolummodo perſolvatur, nec a ſucceſſoribus noſtris aliquid amplius, modo quolibet, requiratur. qua propter preſenti decreto jubemus, ut nullus imperatorum, vel Regum, aut cujuſcunque dignitatis, vel ordinis homo audeat, ſub quolibet obtentu, vel occaſione prefatum monaſterium, quod pro amore beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, ac ſempiterna ſcilicet anime ſue remuneratione prelibata glorioſiſſima imperatrix *Richarda* una cum chariſſimo filio noſtro *Karolo* sereniſſimo imperatore auguſto, & quod beato *Petro* Principi apoſtolorum per donationis paginam obtule-

tulerunt, inquietare, vel aliquatenus moleſtare, aut ad jus ſuum, vel alienum transferre, ſed neque in hominibus ac facultatibus ejus, aliqua contradictione aut invaſione quoquo tempore facere preſumat. ſed liceat jam dictis ancillis Dei cum abbatiſſa propria in Dei omnipotentis ſervitio quiete vivere, ac ſub defenſione ſancte Apoſtolice cui Deo auctore deſervimus, Eccleſie ſecuriter permanere. ſi autem quod abſit, & fieri non credimus, aliquis contra hoc noſtrum apoſtolicum privilegium venire, facereve auſu temerario temptaverit, perpetui anathematis vinculo innodatus, ac perpetua ultione, niſi reſipuerit, maneat condemnatus. qui autem verus cuſtos ac obſervator extiterit, benedictionis gratiam & miſericordiam a Domino Deo noſtro conſequi mereatur.

(a) Ediderunt ſed mendoſe *Martene & Durand Anecdot. Tom. I. pag. 170.* nec non *Heumann in Commentar. de re Diplom. Imperatricum Auguſtarum cap. 2. p. 97.*

(b) Synodus Moguntina a *Leone* IX. celebrata eſt *Moguntiae* menſe octobri an. 1049. praeſentibus quadraginta duobus Epiſcopis. videantur *Concilia Germaniae Tom. III. pag. 112. Chronicon Stederburgenſe apud Meibom. Scriptor. Rer. Germ. Tom. I. pag. 451.* notat ad an. 1049. Synodus *Moguntiae* celebratur, cui interfuerunt Apoſtolicus & Imperator.

(c) Huc pertinent verba Annaliſtae Saxonis, qui ſic ait apud *Eccardum in corpore hiſtorico medii aevi Tom. I. pag. 481.* & *Leibnizium Rer. Brunſvic. Tom. I. p. 578.* Idem Papa (*Leo*) in coenobio virginum,

ginum, quod nominatur *Andela* in Alſatia, corpus ſanctae *Richardae* Imperatricis de tumulo honorifice elevavit & in eccleſia recondidit.

XCV.

BULLA LEONIS IX. PP. QUA CONSECRATIONEM ECCLESIAE HOHENBURGENSIS AB IPSO FACTAM MEMORANS EIUSDEM ABBATIAE BONA ET IURA CONFIRMAT. DATA XVII. DECEMBRIS ML.

Ex autographo Tabularii Epiſcopalis Tabernis Alſaticis. (a)

Leo Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Eccleſie Dei Genitricis *Marie*, ubi requieſcit corpus ſancte virginis *Odiliae*, que dicitur *Hohenburch*, & per eam ſanctimonialibus perpetuo inibi famulaturis perpetuam in Domino ſalutem. Viſitantibus nobis pio reſpectu Alſatiae partes, contigit veniſſe *Hohenburch*, & cum nobis juſte ſit omnium Eccleſiarum aſſidua ſollicitudo, haec etiam interceſſit benivola devotio & parentum noſtrorum ſemper inibi devote famulantium & in Chriſto quieſcentium debita conſtrinxit recordatio, ut prefatam eccleſiam, quam velut incultam invenimus, Spiritui ſancto dedicaremus habitaculum. Quod ut oportebat, fecimus. (b) ad quod videlicet templum in honore ſanctae Dei Genitricis & ſancti *Nicolai* dedicatum venerabilis abba nomine *Berta* pro

remedio animae ſuae & parentum ſuorum predium cum mancipiis, quod poſſidebat ad villam *Arcenheim* (c) dictam & apud *Meinoldesheim* (d) *Sabſenheim* (e) *Uresheim*, (f) *Gersheim* (g) contradidit. Praeterea & nos ſtatuimus ut ad duo altaria quorum unum ad caput beatae *Odiliae*, alterum in majori Eccleſia nemo celebret miſſarum ſolempnia, niſi Epiſcopus ipſius dioeceſis & idonei ipſius Eccleſiae Ebdomadarii, & preterea quecumque venerit idonea perſona, non tamen ſine ipſius loci prelate, ſeu congregationis, ſi ipſa minime interfuerit, communi conſenſu & licentia. Inſuper etiam altari ſancte *Odiliae* ſacerdos religioſus cottidie adminiſtrandum provideatur, qui etiam capellani officio in miniſterio prelate digne fungatur. Et quia convenit noſtro apoſtolico moderamini pia religione pollentibus benivola compaſſione ſuccurrere, ſicut in privilegiis habetur praedeceſſorum noſtrorum, ita & viſum eſt nobis huic eccleſiae & ſanctimonialium inibi Deo famulantium deſideriis congruum debere impertiri ſuffragium. unde hoc noſtrae auctoritatis ſtabile concedimus & confirmamus privilegium ſtatuentes apoſtolica cenſura ſub divini Iudicii obteſtatione, ut prefata eccleſia predictum predium inviolabiliter obtineat, & quecumque a fundatoribus, ſeu ab aliis Chriſti fidelibus conceſſa ſunt, ſicut *Rodesheim*, (h) *Torolſesheim* (i), *Avelsheim*, (l) *Sabſelsheim*, (m) *Bladensheim*, (n) *Scafersheim*, (o) *Ebenheim*, (p) *Illenchircken* (q) *Ingemarsheim*, (r) *Ebenheim* (s) *Egensheim*, (t) *Sigoliesheim*, (u) *Alege*, (x) *Suntbuſen*, (y) *Acgersheim*

heim, (z) *Schopfheim*, (a) *Gersheim*, (b) *Berckeim*, (c) *Tullingen* (d) Salica terra ad S. *Naborem* (e) & quae concedenda ſunt, nemini liceat exinde aliquid imminuere, vel auferre, ſed omnia ſanctimonialibus inibi Deo famulantibus integerrima permaneant. illud etiam confirmandum decrevimus, ut abbatiſſa ipſius loci aliqua vita decedente ſancti moniales abbatiſſam, que eis legitime preſit, poteſtatem habeant ſine diſceptatione eligere. Sane ut de ſuis, ſi condignam religioſamque invenire potuerint, absque omnium contradictione eligant precipimus; ſin aliter, quo meliorem repperire potuerint, accipiant & electam conſecrandam Epiſcopo adducant, quae etiam ſubditas ſuas ab Epiſcopo conſecrari in ſuo ordine faciat. omnem namque aream montis, quae tempore beatae *Odiliae*, ſicut antiqua relatione accepimus, a ſolis ſpiritualibus poſſidebatur, ita ſublicere prefatae abbatiſſae decrevimus, ſcilicet ut omnem ipſum montem infra ſepta *gentilis muri* (f) nullus hominum colere aut poſſidere ſine permiſſione abbatiſſae audeat, nullusque aliqua inquietudine pacem perpetuo locis in illis a nobis indictam violare preſumat. Preterea decernimus ut nullus cujuscunque poteſtatis, ſeu conditionis ſit a praefata eccleſia aliquid exigere potenter, aut violenter audeat, ſed ſemper quieta & ſecura in divinis laudibus conſiſtat. ipſa quoque abbatiſſa bona monaſterii nullo modo injuſta libertate diſpergat, ſed ut fidelis diſpenſatrix ſummi Imperatoris omnia pauperibus *Chriſti* & utilitati Eccleſiae, non vanitati mundi

O 5 pro-

profutura diligenter colligat, prudenterque cuſtodiat, ne ovibus Chriſti, quas ſpiritaliter & carnaliter paſcere debet, temporalia deſint paſcua, ut liberius querant & inveniant eterna. Quod ſi non fecerit, & ſemel, aut bis vel ter commonita incorrigibilis extiterit, judiciali cenſura coram Eccleſia canonice deponatur, & utilior loco ſuo preponatur. Igitur ea auctoritate, qua S. *Petri* vice fungimur, irrevocabiliter confirmamus, ut nullus imperator, nullus Rex, nullus Archiepiſcopus, nulla alia magna parvaque perſona contra hanc confirmationem aliquo modo venire pertemptet. Quicunque hoc fecerit, noſtro apoſtolico anathemate percuſſus exiſtat, donec humiliter reſipiſcat. Qui vero cuſtodierit, vitae eternae particeps efficiatur. Eodem quoque anathemate percuſſus exiſtat, ſi quis ebdomadariorum, ſive aliorum ſacerdotum Hohenburgenſem eccleſiam contentione, vel rebellione gravare audeat. ipſi etiam ebdomadarii nil in monte, preter domos neceſſarias, ab abbatiſſa pro beneficio eis conceſſas, poſſideant, amen. Data XVI. Kalend. Ianuarii, per manus *Udonis* Tullenſis primicerii & ſanctae apoſtolicae ſedis Cancellarii & Bibliothecarii, anno Domini Leonis IX. pape II. indictione IV. (g)

(a) Bullam hanc minus bene exhibent *Galliae Chriſtianae Auctores Tom. V. probat. pag.* 471. *Albrecht hiſtory von Hohenburg probat. pag.* 8. & *Schoepfflinus Alſat. Diplom. Tom. I. pag.* 166.

(b) Aliquot annis praeceſſerat altera huius Eccleſiae Dedicatio ab eodem *Leone IX.* PP. tunc Tullenſi Epiſco-

Epiſcopo facta ut legitur in *Auctore Anonymo fragmenti hiſtorici apud Urſtiſium pag. 84.*

(c) *Artzenheim* tribus circiter infra *Colmariam* leucis pertinet ad Epiſcopum Argent.

(d) *Meinolsheim* ad eundem ſpectans Epiſcopum.

(e) *Saſſenheim* feodum Bipontinum D. *de Schoenau* conceſſum.

(f) *Urſenheim* ſemileuca a *Widenſol* diſtans pertinet ad Epiſcopum Argentin.

(g) *Gerſtheim* pertinet ad DD. *de Dettlingen de Bock* & *de Zorn-boulach.*

(h) *Rosheim* oppidulum una diſtans leuca ab *Oberehenheim*, in quo Abbatia Hohenburgenſis olim habuit curiam liberam dictam *Gutenhauſen*, quae hodiedum pertinet ad Epiſcopum Argentinenſem.

(i) *Dorolsheim* ſive *Dorlisheim* quatuor ab *Argentorato* leucis diſtans in ejusdem civitatis dominio.

(l) *Avelsheim* prope *Molsheim* ſpectat ad Epiſcopum Argentinenſem.

(m) *Seſſolsheim* prope *Tabernas Alſaticas* ad eundem pertinet Epiſcopum.

(n) *Blesheim* prope *Geispoltzheim* feodum Regium D. *de Bock* conceſſum.

(o) *Schaefersheim* pertinet ad Epiſcopum Argentinenſem.

(p) *Ober Ehnheim* civitas Regia, in qua jure patronatus gaudet Epiſcopus Argentinenſis Abbatiae Hohenburgenſis juribus ſuccedens.

(q) *Illkirch* prope *Argentinam* in ejusdem Urbis dominio.

(r) *Ingmarsheim* vicus olim ſemi leuca ab *Ober Ehenheimio* verſus *Biſchoffisheim* diſtans circa annum 1298. deſtructus eſt, incolis ejus *Ober Ehnheimium* migrantibus.

(s) *Nieder Ehnheim* feodum Epiſcopatus Argentinenſis D. *de Landsberg* conceſſum.

(t) *Egis-*

(t) *Egisheim* in Mundato ſuperiori pertinet ad Epiſcopum Argentinenſem.

(u) *Sigolsheim* Alſatiae ſuperioris vicus prope *Kiensheimium.*

(x) *Ell* ſive *Eley* prope *Bienfeldam* ſpectat ad Epiſcopum Argentinenſem.

(y) *Sundhauſen* prope *Saſſenheim* feodum Wirtenbergicum D. *de Wurmſer* conceſſum, in quo decimis & jure patronatus gaudet Epiſcopus Argentinenſis.

(z) *Ergersheim* prope *Dachſtein* pertinet ad Epiſcopum Argentinenſem qui ibidem fruitur decimis & jure patronatus.

(a) *Niderſchopfen* ultra *Rhenum* feodum Eccleſiae Argentinenſis D. *de Franckenſtein* conceſſum.

(b) hodie *Gerſtheim.*

(c) *Mittelbergheim* in antiquis documentis audit ſimpliciter *Bergheim*, cujus dominium dividitur inter Epiſcopum & civitatem Argentinenſem & nobiles *de Andlau.*

(d) *Dinglingen* vicus Lahrenſis Ballivatus ultra *Rhenum* pertinet ad Principem Naſſovicum.

(e) Hodie *Sant-Nabor* ad pedes montis *S. Odiliae* ſitus quadrante ab *Ober-Otterot*, pertinet ad Capitulum Cathedralis Argentinenſis.

(f) Murus hic adhuc hodie compellatur paganicus ſive *Heiden-maur.* Eundem graphice deſcripſit *Schoepflinus Alſat. Illuſtr. Tom. I. pag. 532-537.* probavitque murum illum opus eſſe militare & caſtrenſe Aevi Romani & veriſimiliter ſeculi primi.

(g) Autographum hujus bullae ita ſanum & integrum fuit ſervatum ac ſi noſtro fuerit conſcriptum ſeculo. adpendet *Leonis* IX. bulla plumbea. In prima vel adverſa parte conſpiciuntur Apoſtolorum cincta limbo capita. *Sanctus Paulus* ad ſiniſtram aſpicientium collocatus deſignatur per has litteras SPA. *Sanctus Petrus* ad dextram eorum, qui crucem inſpiciunt, poſitus diſtinguitur his

ſig lis•

ſiglis: SPE. in averſa bullae parte legitur *Leonis* PP. nomen ſic expreſſum: *Leo* PP.

XCVI.

NOTICIA SUMMI CAPITULI ARGENTINENSIS DE BONIS IN EMBRACH AB HUNFRIDO CANONICO RAVENNATENSI ARCHIEPISCOPO DEFUNCTO CONCESSIS. SCRIPTA CIRCA AN. MLII. VEL III.

Ex libro ſalico Capituli Majoris Argentinenſis. fol. 98.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Notificamus omnibus tam ſancte Eccleſie quam noſtris fidelibus, qualiter *Hunfrit* Argentinenſis Eccleſie prius quidem Canonicus, poſtea vero Ravennas archiepiſcopus predii ſui, quod nominatur *imbriaca*, cujus ipſe hereditario jure poſſeſſor extiterat, ſanctam *Mariam* Argentinenſis ſcilicet Eccleſie absque omni contradictione fecerit hereditariam (a) quod tamen poſt beatum illius obitum (b) ſine contradictione & inpugnatione ſue ſororis *Adelheide*, ejusque filiorum (c) libere obtinere nequivimus. Ergo ne jure lege contradictis Eccleſia noſtra aliquo conamine exheredaretur, vel tociens in propriis perturbaremur, viſum eſt noſtris fidelibus quatenus ora hiancia obſtrueremus, & pro plena reconciliacione aliquid beneficii eis concederemus. Ceſſimus, acquievimus conſiliis noſtrorum, & ex noſtris proprietatibus parte ſubtracta voto adverſantium nobis ſatisfecerimus ut poſt

poſt hac omni controverſia ſopita, proſtrata, immo penitus abſciſſa, traditis libere utendum ſit ulterius. Cognoſcant igitur tam poſteri quam preſentes, & cognitis ſint teſtes, quod *Adelheith* conſenſu filiorum ſuorum hoc ſe abdicavit patrimonio ſupra prenotato, quod *Hunfrit* ſancte *Marie* contradidit pro ſue parentumque animarum remedio. Probabilium ergo teſtium ſubnotentur nomina, quorum inexpugnabili teſtimonio iſta ſint conſignata. Sub preſentia *Heinrici* Imperatoris ſunt teſtes Epiſcopi *Rumolt*, (d) *Gebehart*. (e)

(a) Vide ſupra ipſam *Hunfridi* Canonici chartam anno 1044. datam.

(b) Obiit die XXIV. Auguſti 1051.

(c) *Adelaidis* de *Wülflingen* ſoror *Hunfridi* Canonici nupſit *Rudolfo* Comiti de *Achalm* in Suevia, ex quo novem genuit liberos, inter quos praecipue fuere *Wernharius*, qui anno 1065. ad Argentinenſem promotus eſt ſedem. *Rudolfus* in juventate ſua prope *Argentinam* occiſus eſt. *Egino* qui bona quaedam in Alſatia poſſidebat. *Liutoldus* & *Cuno* qui anno 1089. Zwifaltenſem prope *Danubium* Abbatiam fundaverunt.

(d) *Rumoldus* fuit Epiſcopus Conſtantienſis, in cujus Dioeceſi erat *Imbriaca* ſive *Embrach*; promotionem ejus ſic indicat *Hermannus Contractus ad* an. 1051. apud *Caniſium Lect. Antiquar. T. III. pag. 271.* — Item (*Henricus*) pro *Theodorico* Conſtantienſi Epiſcopo X. Kal. Iulii quinto Praeſulatus ſui anno poſt longam aegritudinem defuncto *Rumaldum* promovit. Hic e vivis exceſſit 4. Novembris 1069. teſte *Bertholdo* Conſtantienſi.

(e) *Gebehart* ille videtur fuiſſe *Gebhardus* frater *Cunradi* Imperatoris, qui ab anno 1036. ad 1060. Ratisbonenſem gubernavit Eccleſiam.

XCVII.

XCVII.

VICTOR II. PP. ABBATIAE ANDLAVIENSIS IURA ET PRIVILEGIA CONFIRMAT. DATA CIRC. MLVI.

Ex libro Salico membranaceo Abbatiae Andlavienſis fol. 1. & ex bulla autographa Martini V. PP. an. 1426.

V*ictor* Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecte in *Chriſto* filie *Mehtildi* religioſe abbatiſſe venerabilis monaſterii ſancti *Fabiani*, ſancteque *Felicitatis*, quod appellatur *Helyonis*, ſitum in pago *Heliſaze* tuisque ſucceſſoribus abbatiſſis perpetuam in Domino ſalutem. Congruis & juſtis peticionibus divina miſeracione preſtandus eſt effectus. Qua propter veſtris inclinati interceſſionibus, juxta exempla predeceſſorum noſtrorum pro futuri temporis cautela, nec non ſtabilitate veſtri loci concedimus & confirmamus vobis idem monaſterium per hoc noſtre apoſtolice auctoritatis privilegium cum omnibus rebus & facultatibus ſuis, quas modo juſte habere videtur , & deinceps , auxiliante Domino, ſive a Regibus, ſive a cujuscunque dignitatis & ordinis hominibus eſſe poterit. Sane in ipſo majore altari nove Eccleſie prohibemus alicui ſacerdoti miſſam celebrare, niſi quem vos, veſtreque ſucceſſores voluerint , ſicut a predeceſſore noſtro *Leone* vobis eſt confirmatum, ipſum vero monaſterium in integrum, ſicut jam prediximus, concedimus & confirmamus, ea racione, ut omnibus diebus vite veſtre ſub noſtra dicione, vel regimine, ſicuti vobis ſecundum Deum viſum fuerit diſpo-

ponere, omnino permaneat. Cum autem divina vocatione &c. (& reliqua ut in ipſa Bulla *Leonis* IX. anni 1050. ſupra) Qui vero cuſtos & obſervator extiterit, Benedictionis graciam & miſericordiam a Domino Deo conſequi mereatur, ut in celeſti ſede glorietur.

XCVIII.

HENRICUS III. IMP. LEBRAHENSIS MONASTERII BONA ET POSSESSIONES CONFIRMAT. DATUM XXVI. IAN. MLVI.

Ex Autographo tabularii Abbatiae Regiae San-Dionyſianae (a).

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quoniam Eccleſias Dei pro ſpe vitae eternae non ſolum noſtris, prout poſſumus, donis cupimus ditare, ſed etiam ea bona, unde ditantur, noſtra imperiali auctoritate tueri, eisque confirmare. Idcirco noverint omnes Chriſti noſtrique fideles tam futuri, quam preſentes, qualiter nos pro remedio animae noſtrae, atque interventu regni thorique noſtri conſortis *Agnetis* imperatricis, nec non dilectiſſimi filii noſtri *Heinrici* Regis quarti, Monaſterio in honorem Sanctorum Martyrum *Dioniſii*, *Ruſtici* & *Eleutherii*, atque *Alexandri* conſtructo in loco *Lepraba* dicto, in pago Alſiacenſi, ea bona quae nunc in preſentiarum jure ac legaliter poſſidet, vel in antea jure ac legaliter

liter acquiſierit, noſtra imperiali auctoritate condonamus ac confirmamus, hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, areis, aedificiis, agris, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, vineis, aquis, aquarum decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, ſilvis, venationibus, exitibus & redditibus, queſitis & inquirendis, cum omni utilitate quae ullo modo poterit inde provenire, ea videlicet ratione, ut neque Epiſcopus, neque archiepiſcopus ſive comes, ſive marchio, aut Dux, ſive magna, ſive parva perſona ſupradictum monaſterium moleſtare, ſine legali judicio praeſumat. Et ut haec noſtrae Imperialis donationis vel confirmationis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni aevo permaneat, hanc cartam inde conſcriptam manu propria, ut infra videtur, corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum Domini *Heinrici* tertii Regis invictiſſimi, ſecundi Romanorum Imperatoris Auguſti. *Winitherius* Cancellarius in vicem *Luitbroldi* archicancellarii recognovit. Data autem ſeptimo Kalendas Februarii, anno Dominicae Incarnationis Mileſimo quinquageſimo ſexto, indictione nona, anno autem Domini *Heinrici* tertii Regis, Imperatoris ſecundi, ordinationis ejus vigeſimo octavo, Regni decimo octavo, Imperii vero decimo. Actum *Argentinae*, in Dei nomine feliciter amen (b).

(a) Chartam hanc communicavit *D. la Forcade* Abbatiae San-Dionyſianae procurator. Ediderunt illam ſed non correcte ſatis: *Doublet antiquites de St. Denys liv. 3. pag. 830. Felibien hiſtoire de*

l'Abbaye de St. Denys preuves pag. LXXXV. & *Scriptores Rerum Gallicarum Tom. XI. pag. 654.*

(b) Remanet ſigillum *Henrici* Imperatoris membranae affixum, quod ita deſcribunt *Auctores Gallici novae Diplomaticae Tom. 4. pag. 168.* = Nous avons vu dans les archives de *St. Denys* en France un diplome Original de l'empereur *Henri* III. donné à *Strasbourg* l'anneé de l'incarnation 1056. le ſceau apliqué au bas eſt très grand; *Henri* y paroit ſur ſon trône, la tête couverte d'une eſpece de toque, il tient dans ſa droite un globe ſurmonté d'une croix & dans ſa gauche un ſceptre en forme de Bourdon. l'inſcription eſt: + *Heinricus Dei Gratia Romanorum Imperator Auguſtus.*

XCIX.

HENRICUS IV. REX LITEM INTER HECILONEM EPISCOPUM ARGENTINENSEM ET HENRICUM COMITEM NORDGOVIAE SUPER BANNO FERINO ORTAM DETERMINAT. DATUM XV. OCTOBRIS MLIX.

Ex libro ſalico ſummi Capituli Argentinenſis. fol. 15. (a)

In nomine ſancte & individue Trinitatis, *Heinricus* divina favente clementia Rex. Omnibus Chriſti, noſtrique fidelibus, tam futuris quam preſentibus, notum eſſe volumus, qualiter venerabilis Strazburgenſis eccleſie Epiſcopus *Hecill* celſitudinem noſtram adiit, rogans ut litem, que inter illum, comitemque *Heinricum* (b) pro Wiltbanno

no (c) cujusdam foreſti ſue ecclefie diu infinita habebat, impoſito aliquo diſcretionis fine, regali noſtra majeſtate ſedaremus, qua propter nos ob interventum ac peticionem dilectiſſime genitricis noſtre *Agnetis* Imperatricis Auguſte, maxime pro remedio anime patris noſtri felicis memorie *Heinrici* Imperatoris Auguſti, ejusdem Epiſcopi peticioni ſatis fecimus, ejusque rogatu annuimus, ut ſicut pater noſter ſua diligentia eandem litem determinaverit, ita nos noſtra convenienter diſcretione determinavimus, & perpetuo jure confirmavimus, in preſentia igitur Principum noſtrorum *adalberonis* wirziburgenſis epiſcopi, *arnoldi* wormacienſis, *Cuonradi* Spirenſis, *Cunzonis* Eiſtatenſis, nec non *Eberhardi* comitis, ſimulque ceterorum noſtrorum fidelium, wiltbannum ſuper ipſum prenominate ſtrasburgenſis eccleſie foreſtum, unde lis oborta eſt, in pago autem alſacia & in comitatu predicti *Heinrici* comitis, atque infra hos terminos ſitum, id eſt, a villa *Ottonis*, que dicitur *Ottenrode*, (d) & per rivolum *Argenza* (e) qui ipſam villam praeterlabitur, ſurſum ex una parte usque ad caput ejus, (f) & inde usque ad *widenſtrout*, (g) inde autem per ſtratam quandam dextrorſum in *floudelen* (h) locum & hinc iterum ſurſum in montem *milcenwanc* (i) inde iterum ad rivolum quendam *rotaba* (l) & hinc inſuper usque ad *Bruſcham* fluvium alluit, ab dextra rurſum parte in montem, qui dicitur *magenacbere*, (n) & ſic per totius montis cacumen usque ad *Stillebach* (o) fluvium deorſum, & tunc demum per ipſius rivu-

li declivem curſum, usque in villam, que dicitur *Demzingen*, (p) eidem epiſcopo *H.* ſuisque ſucceſſoribus in proprium dedimus, atque tradidimus, ea videlicet ratione, ut prefatus epiſcopus, omnesque ſui ſucceſſores duas partes ejusdem wiltbanni, atque totius utilitatis ullo modo inde provenientis haberent, & ad uſum ſue eccleſie, quoquo modo ſibi placuiſſet, accommodarent: tertiam vero partem predictus comes *Heinricus* proprie & poteſtative obtineret. & ut hec noſtra regalis confirmatio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat evo; hanc cartam inde conſcribi, manu propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum Domini *Heinrici* quarti regis *Gebebardus* (q) cancellarius vice *Liutpaldi* archicancellarii recognovi. data eſt idibus octobris, anno Dominicae incarnationis MLIX. indictione XII. anno autem ordinationis domni *Heinrici IV.* regis ſexto, regni vero quarto. Actum *Spire* in Dei nomine feliciter, Amen.

(a) Fragmentum illius habet *Guillimannus de Epiſc. Argentin. pag. 196.* Retulit quoque ſed mutilum ex ſchedis *Wenckeri Schoepflinus Alſat. Dipl. Tom. I. p. 169.*

(b) *Henricus* ſc. Nordgoviae Comes.

(c) Wiltbannus ſive jus foreſtenſe derivat a voce *Wild* quod feram & *bannen* quod edicere & interdicere ſignificant, *Wachter Gloſſar. Tom. I.* voce bannen & Wiltbann. vetustiſſimum eſt hoc nomen. In anterioribus chartis vocatur jus foreſtenſe vel bannum ſuper feras. vid. *Pfeffinger Vitriar. Illuſtr. lib. 3. pag. 388.*

(d) *Ober-*

(d) *Ober-Otterott*, vicus pertinens ad Epiſcopum Argentinenſem.

(e) *Ergers* rivus ſuam habet ſcaturiginem retro collegiatam S. *Leonardi* in partibus Abbatiae Hohenburgenſis in terminis oppiduli *Berſch*, quique prope *Gravenſtadam Ello* fluvio commiſcetur.

(f) Id eſt: ad rivi *Ergers* fontem.

(g) Vicus olim *ſtruttmatt*, ubi nunc eſt Regia gladiorum fabrica an. 1730. Regijs ſub auſpicijs extructa, dicta hodiedum *Klingenthal* tribus paſſuum millibus *Ebenhemio* diſtans. Vallem hanc permeat rivus *Ergers*, qui ibidem dicitur *Ebn* ſive *Ehnus*.

(h) Forte *Flexburg*.

(i) *Miltzveld*, planities in vertice montis, qui eſt monte Odiliano altior, quatuor horis diſtans ab oppido *Berſch* verſus Lotharingiae limites. Planities iſta pertinet ad oppidum *Berſch* & vicum *Biſchoffsheim*.

(l) Rivulus hodie dictus *Rothaine* a quo nomen ſumit vicus *Rothau*, quique vallem Rupenſem (*Steinthal* ſive ban de la roche) a Schirmeckiana valle diſterminat.

(m) *Wich* rivulus, ad quem ſita eſt ejusdem nominis villa qui ſe *Bruſchae* conjungit.

(n) Nomen hujus montis retinuit ſylva hodie dicta *Mechelberg*; nomen ſuum deducit a rivulo *Magel*, qui prope *Rosheimium* fluit.

(o) Rivulus *Still* in *Bruſcam* illabitur.

(p) Hodie *Dingsheim* vicus prope *Mutzigam* pertinet ad Epiſcopum Argentinenſem.

(q) *Gebehardum* Cancellarium fuiſſe Archi Epiſcopum Salisburgenſem rationibus & conjecturis probare nititur *Mallinkrot*, quod probabile eſſe dijudicat *Chronicon Gottwicenſe Tom. I. pag* 297. *Gebehardi* acta tradit fuſe *Hanſizius Germ. ſacrae Tom.* 2. *pag.* 173. *ſq.*

C.

FOLMARUS DE ORTENBERG CUM CONTHORALI SUA ABBATIAM HUGESHOFEN DONAT HEREMANNO ARGENTINENSI EPISCOPO SUISQUE SUCCESSORIBUS. DATA AN. MLXI.

Ex Autographo tabularij Epiſcopalis Tabernis Alſaticis. (a)

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, qualiter ego *Folmarus* & uxor mea *Heilicha* pro remedio animarum noſtrarum parentumque noſtrorum dedimus noſtri juris abbatiam *Hugesboven* (b) dictam Sancte *Marie* argentinenſi cum eccleſiis, villis, vineis, molendinis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, viis & inviis, cultis & incultis, cum mancipiis utriusque ſexus & omnibus appendiciis & utilitatibus ad eam pertinentibus, hac facta condicione, ut nulli Epiſcoporum praedictam Abbatiam in milites alienandi ſit licentia, vel congregationem ibidem Deo ſervientem ullo modo deſtruere. Acta ſunt haec *ſtrasburc* in monaſterio ſancte *Marie* ſub preſentia *Heremanni* Venerabilis Epiſcopi ejusdem ſedis, (c) & *Heinrici* Alſatiae comitis, anno incarnationis Dominicae M. L. XI, indictione XIII. regnante *Heinrico* quarto adhuc puero, anno regni eiusdem Septimo, ſub adnotatis teſtibus, quorum iſta ſunt nomina: *Heinrinc* advocatus, *Eberbart* Comes, *Cuono*, Comes, *Luttolt*, *Ruodolf*, *Egino*, *Hereman*,

Buggo,

Buggo, *Burchart*, *Diemar*, *Druhthere*, *Adalbert*, *Erlewin*, *Sicco*, *Sigeboto*, *Ruotbret*, *Luttolt*, *Adalbret*, *Meriboto*, *Hereman*, *Gutto*, *Billunc* (d).

(a) Chartam edidit ſed incorrecte *Schoepflinus Alſat. Diplom. Tom. I. p. 170.*

(b) Abbatia *Hugeshoven* dicta *Honcourt* ſive *Hugonis Curia* ſita in medio Vallis Villerianae trihorio diſtans a *Seleſtadio*, hodie Abbatiae Andlavienſi unita. Illam in honorem *S. Michaelis* anno 1000. fundavit *Wernherus* Comes de *Ortenberg* ut patet ex Diplomate *Friderici* Imperatoris anni 1162. Ex eodem Diplomate patet *Folmarum* fuiſſe filium dicti *Wernheri.*

(c) Huic Chartae affixum eſt ſigillum cereum exhibens Epiſcopum ſine mitra manu ſiniſtra pedum tenentis, dextramque quaſi benedicturus elevantis cum hac inſcriptione : ✠ *Heremannus Dei Gratia Epiſcopus.*

(d) Charta haec dicitur paricla, fuitque membrana in duas diviſa partes pro more ſeculorum XI. XII. & XIII. In una enim membrana duo ejusdem inſtrumenti exempla deſcribebantur & inter utrumque litterae quaedam firmabantur majusculae, quae in duas partes per medium diviſae quamdam formam dentium in utroque exemplari praeferebant, unde & indentatae quandoque fuerunt vocatae. Id vero fiebat ad falſitatem vitandam. Ubi enim lis de donatione emergebat, ambae conferebantur membranae & cum litterae illae ſic diviſae invicem correſpondebant, vel non, de illorum veritate aut falſitate conſtabat. In illo duorum exemplorum intervallo, in quo fiebat ſectio, majoribus litteris frequenter ſcribebatur cyrographum; unde haec chartae paſſim dicebantur cyrographae. Confer: *Mabillon de re Diplomatica lib. 1. c. 2.*

pag. 6. & Auctores Gallici novae Diplomaticae Tom. I. pag. 358. ſq.

CI.

CHARTA GODEFRIDI MONACHI DE DEDICATIONE ORATORII SANCTAE TRINITATIS IN MONTE CASTELBERG DICTO A SIGFRIDO ARCHIPRAESULE MOGUNTINO SECUNDA MAII MLXIV. PERACTA ET SUPER BONIS EIDEM ORATORIO A IUDITHA ANDLAVIENSI ABBATISSA CONCESSIS.

Ex libro ſalico Abbatiae Andlavienſis fol. 29. (a)

Notifico omnibus loco ſanɛte *Trinitatis* aliqua ſubtrahere volentibus, qualiter ego *Godefridus* peccator & monachus, annuente *Iudita* abbatiſſa, locum in monte *Caſtelli* dicto dedicavi meo labore impetravi abbatiſſam ſuam epiſtolam ad ipſius loci Epiſcopum *Hezelonem* dirigendam hunc modum tenentem: Domine & pater piiſſime, humillime exoro gratiam veſtrae benignitatis, ut rogatum domini *Sigefridi* archiepiſcopi paterne intendere velitis. Rogamus enim pariter domine, ut deſiderium patris noſtri *Godfridi* conſideretis in conſecrando & confirmando eccleſiam ſanɛte *Trinitatis*, quatenus oracionem ejus apud Dominum, ut credimus, efficaciſſimam inveniatis, & noſtra ſervicia ubique acſi juſſa habeatis. Deinde, pater eximie, rogamus, quo idem oratorium tam liberaliter, tamque poteſtative per vos ſtatuatis, ut nul-

nullus ſibi quicquam exinde vendicare aut uſurpare preſumat. Dum hec inter nos agerentur, *Sygefredus* Magunciacenſis archiepiſcopus divino ſpiritu ammonitus limina apoſtolorum *Petri* & *Pauli* pro exoranda ſalute corporis & anime reviſit, ac ibi eorundem apoſtolorum benedictione excepta, *Eleonenſe* Cenobium redeundo adivit, & oratorium, de quo ſupra memoravimus, in honore Summe *Trinitatis* abbatiſſe noſtre peticione & loci ejusdem antiſtitis *Hetzelonis* permiſſione ſexto nonas Maij, anno ab incarnatione Domini noſtri *Iehſu Chriſti* milleſimo LXIIII. conſecravit, regnante *Heinrico* bone memorie *Heinrici* imperatoris filio, in feſtivitate *Athanaſii* Epiſcopi, Dominica die. ad quem locum tradidit prefata abbatiſſa pro redemptione anime ſue in dotacione altaris montem totum, in qua eccleſia conſtat edificata, pro uno manſo, excepta dominicata vinea & duobus lunis diebus & unam curtim cum uno prato prope adjacenti tradidit, & duas particulas vinearum, quas campiavit *Bulovinus* pro una curte & unum alium manſum apud *Manchenen* (b) eadem dedit abbatiſſa, quod reddit de cenſu XII. ſolidorum denariorum Baſilienſium & ſervitii in nathale Domini. Ego etiam jam humilis & peccator monachus *Godefridus* habitator & conſtructor loci octo vineas, quas laboravi & acquiſivi, Deo annuente de elemoſinis & donis populorum eidem eccleſie tradidi, quatenus de eisdem rebus & ſupra ſcriptis victum & veſtimentum non ſolum ego, ſed & ſucceſſores mei imperpetuum haberent. ſed acta

 eſt

eſt autem hec tradicio in nomine ſancte & individue Trinitatis, teſte Archiepiſcopo *Sigefrido* & *Ottone* marchione & *Heinrico* advocato & argentinenſi Epiſcopo *Hetzelone* & *Gotzwino* prepoſito, & *Rozelino Pingonis*, & *fulcolto* prepoſito, & *Rudolfo* Capellano, & *Burckardo* & *Atzone* cum filiis ſuis & *Wichemaro* presbytero, fratre predicti *atzonis* & *Geroldo* villico & *Adelgoldo* & *Stephano*, ſub anathemate ſancte Trinitatis, ut ſi quis ex ſupra ſcriptis rebus eidem Eccleſie auferre voluerit, aut in attributis adipiſci ejusdem ſancte & individue Trinitatis anathemati ſubjectus ſit, omniumque ſanctorum ſancte Trinitati obediencium maledictioni, prefatus eciam advocatus *Heinricus* ſua defenſione ita conſpiravit, ita ut ſi quis aliquam fraudem de attributis bonis feciſſet, ipſe ei legali jure reſtituiſſet, ſed nullus erat, qui reclamaret, vel in aliquid contradiceret.

(a) Charta apud *Schoepflinum Alſat. Dipl. Tom. I. p. 171.* extat, noſtro exemplari autem in toto non correſpondet.

(b) *Mackenheim* vicus prope *Marckolsheim* pertinet ad D. *de Flachslanden.*

CII.

CII.

NOTICIA FUNDATIONIS ET RESTAURATIONIS ABBATIAE ASCHOVIENSIS. CIRCA AN. MLXVI.

Ex veteri membrana XI. ſeculi in tabulario Epiſcopali Tabernis Alſaticis. (a)

Quoniam per diverſos mundani pelagi anfractus fragilitas humana ſepius naufragando labitur, neceſſe eſt, quatenus boni operis expiatione commiſſi delicti ſummopere ſtudeat conſequi remedium. Innoteſcat itaque futuris quam preſentibus quod *Remigius* argentinenſis eccleſie Epiſcopus (b) in inſula que vocatur *Hascowia* (c) pro remedio anime ſue ſub die idus marcii anno X. regni glorioſiſſimi *Karoli* Regis (d) precipue in honorem ſancte Dei genitricis *Marie*, & ſancte *Sophye* & filiarum ejus *fidei*, *Spei* & *Caritatis*, & S. *Trophini* martyris monaſterium ſanctimonialium conſtruxit, & quod in uſus prebendarios ibidem Deo famulantium reditus ſubſequenter aſſignatos donavit, inſulam videlicet predictam cum omni integritate vel ſoliditate, (e) cum domibus, edificiis, curtis, pomiferis, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, terris, proterrariis, farranariis, paſcuis, peculiis utriusque tam majoris quam minoris ſexus, aquis aquarumque decurſibus, vel quicquid ad eandem inſulam pertinuit; inſulam que dicitur *Zuzenowe*, (f) cum Harena in qua aurum colligitur (g) in villa *Corkhe* (h) curiam cum conductu eccleſie & ſervitio Barrochialis ſacerdotis, tribus ſcili-

ſcilicet maturis porcis, & trecentis ovis, & triginta capponibus, in eadem villa, octo talenta & obulum de tributariis mancipiis: villam *Olswilere* (i) cum agris, pratis, molendino & omnibus appendiciis ſuis; in *Birnheim* (l) tres manſus; in *Doumenheim* (m) manſum unum; in *Keſtenholts* (n) curtim dominicalem cum vineis, & prato, & novem manſibus; in *argentina* civitate curiam unam (o) Capellam Sancti *Michabelis* ante civitatem *argentinam* (p) in *illekirchen* (q) novem manſos tributarios, in villa *Roubeaca* (r) curtim Dominicalem cum vineis, agris, pratis, molendinis, mancipiis XXIIII, areis decem & octo frumenti plauſtralis, cum conſequenti jure; in eadem villa VII. ebdomodarii ſervitia, cum viginti tribus ſitulis vini; eccleſiam ejusdem ville, cum quatuor partibus decimarum ad eandem eccleſiam pertinentium; quintam vero partem predictus Epiſcopus, propter opulentiam ville & decimarum immenſitatem, Barrochiali ſacerdoti tantum indulſit. predictus etiam Epiſcopus, propter dilectionem prenominatarum, oblationes que in aſſumptione & nativitate S. *Marie* infra nonam horam prioris diei & ſollempnem miſſam feſtivi diei altaribus Rubeacenſis eccleſie offerebantur in ſumptum Luminarium predicto monaſterio dari conſtituit. Poſt longum vero intervallum temporis, predicto monaſterio per tyrannidem ungarorum deſtructo (s) venerabilis argentinenſis Eccleſie Epiſcopus *Wideroldus* (t) divina revelatione ammonitus ejusdem monaſterii reſtaurator extitit, atque laudabile factum

ctum predeceſſoris ſui corroboravit, corroborando ne eſſet inopia timentibus Deum: in *Guondoldesheim* (u) curtim dominicalem cum tribus manſibus & molendinum; in *mecenheim* (x) curtim dominicalem cum tribus manſibus & molendinum; in *Vescenheim* (y) juxta *renum* curtim cum pluribus mancipiis, in *Egesheim* (z) curiam unam, in *Wittenheim* (a) novem manſus & Capellam S. *Margarete*, in villa, que dicitur *Danne*, (c) manſum unum cum quatuor vineis, in *Ufboltz* (d) curtim unam & vineam cum prato; in *Namenesheim* (e) juxta *renum* ſex manſus cum portu, in villa *Aspach* (f) curtim unam cum duobus manſibus; villam *Bedendorff* (g) cum pratis, nemoribus, mancipiis & XXXII. manſibus; Capellam S. *Germani* (h) in caſtro; in argentinenſi epiſcopatu eccleſiam ville *Kerzevelt* (i) cum decimis X. & VIII. manſuum & totius banni ejusdem ville ex utraque parte fluvii, qui dicitur *Scere*, (l) firma donatione prediĉte delegavit eccleſiae. Succeſſor vero *Wideroldi Willehelmus* (m) venerabilis argentinenſis Eccleſie Epiſcopus tanquam divini cultus amator, in *Achenheim* (n) curtim dominicalem cum banno & villicatione ejusdem ville, cum vineis, pratis, nemoribus, piſcinis, duobus molendinis, XXVII. manſibus, & eccleſiam *Rotenkirchen* (o) cum Barrochia *Sciltenkeim* (p) in *Vendenheim* (q) manſum unum, in *Alburnen* (r) duos manſus & VI. jugera vinearum, in *Diefendale* (s) pratum unum praediĉto delegavit monaſterio. Hujus etiam Succeſſor *Hezel* (t) argentinenſis ſimiliter Epiſcopus curiam in *Vegers-*

gers-

gersheim (u) dominicalem cum banno & villicatione ejuſdem ville, & eccleſiam cum duabus partibus decimarum & ſervicio annuali Barrochialis ſacerdotis, quod videlicet ſervitium in feſto S. *Michahelis* porco uno cum VIII. panibus & ſitula vini, in purificatione ſancte *Marie* porco uno comparatur, cum pratis, nemoribus, molendino, piſcina, duodecim excepta quarta parte manſus ſalice terre, manſibus tredecim cenſualibus, manſibus & dimidio, octo edificiorum areis, in *Gerbbodesheim* (x) octo agros, ſexdecim nummos annuatim perſolventes pro remedio anime ſue Escowienſi delegavit eccleſie. preterea ſancta *Rigardis* duo jugera vinearum in *Kunensheim* (y) ſancta *Adelheidis* novem manſuum decimas in *Egenesheim* (z) Comes *Egeno* de *Urabe* (a) in *Scopheim* (b) duos manſus *anno* miles de *Kippenheim* (c) in *Ichelenheim* (d) duos manſus, & alii quam plures fideles in *Mittelenwilre* (e) vineam perſolventem ſexdecim amones, in *Stotesheim* (f) curtim unam & novem jugera vinearum pro remedio anime ſue predicte contulerunt eccleſie.

(a) Extat hæc charta ſed corrupte in *Galliae Chriſtianae Tom. V.* inter inſtrumenta *pag.* 473. Notitias ſive chartas hiſtoricas produxit ſeculum undecimum. Sed ejusmodi notitiae ſenſim diminutae ſunt primis ſeculi XII. annis. Has, licet adſint ſine notis chronologicis, aeque tamen authenticas eſſe ac chartas alias, judicant *Auctores Gallici novae Diplomaticae Tom. I. p.* 299. Notitia Aſchovienſis eo majori fide digna eſt, quod fere tota ſit transſcripta in ipſa bulla autographa *Alexandri III.* PP. an. 1180.

(b) *Re-*

(b) *Remigius* ſcilicet Epiſcopus Argentinenſis ab an. 776 — 783. vid. *hiſtor. Epiſcopatus Argentin: Tom. I. lib. 3. pag. 302 – 312.*

(c) *Eſchau*, cujus fundationem *Tomo* mox *cit. lib. 4. p. 435.* deſcriptam reperies.

(d) Id eſt die 15. Martii 778 ipſum de fundatione Aſchovienſi teſtamentum a *Remigio* Epiſcopo conſcriptum exhibet *Tom. II. hiſtor. Epiſc. Argentin. in codice Diplomatico num. 73. pag. CXXX — CXXXVI.*

(e) *Eſchau* eſt inſula ſita ſupra *Argentoratum* inter *Rhenum* & *Ellum*. Capitulum Majus Argentinenſe, quod hodie poſſidet bona Aſchovienſis Abbatiae, ibidem gaudet jure patronatus cum parocho decimas dividens; vicus vero hujus nominis eſt feudum Principum Haſſo-Darmſtadienſium D. *de Rathſambauſen* conceſſum.

(f) Inſula ex iis fortaſſis una, quae hodie ad parochiam Aſchovienſem pertinet, dictae *Schatenhoff* & *jaegerhoff*.

(g) Inde patet ſeculo octavo jam in uſu fuiſſe aurum ab arena Rhenenſi ſeparandi; Non enim in eo generatur aurum, ſed ramenta a montium auriferorum fibris abraſa in arenis ſuis involvit *Rhenus* atque congerit in certos vortices vel caveas, quas Germani dicunt Gold-Gründe; unde extracta & frequenti lotione per hydrargyrum purgata in globulos vel lamellas (paillettes) colliguntur. Prope *Kehlenſe* munimentum in Ortenavia vicus eſt *Rheno* vicinus, ubi aurum conquiritur, & qui ab auri purgatione vocatur Gold Scheuer. Noſtris diebus Electores Moguntinus *Emericus joſephus* & Palatinus *Carolus Theodorus* ex auro *Rheni* Numismata cudi fecerunt. De Aurilegio praeſertim in *Rheno* legi poteſt diſputatio *D. Treitlinger an. 1776.* habita.

(h) villa

(h) villa *Corkhe*, quam bulla *Alexandri* III. an. 1180. dicit *Cordehe* eſt hodiernus vicus *Korch* trans *Rhenum* ſitus in praefectura Wilſtadienſi pertinens ad Principem Haſſo-Darmſtadienſem.

(i) *Orſchwyler* ultra *Rhenum*.

(l) Vicus olim *Birnenheim* hodie deſtructus, remanente tantum balnei domo ſitùs in banno vici *Artolsheim* inter dictum vicum & *Richtolsheim*.

(m) Hic vicus olim dictus *Dumenheim* prope *Plobshemium*, quem *Rhenus* ſeculo XIV. abſorpſit. Nomen retinuit diſtrictus Dumenau ad Rhenum dictus, tribus ſupra *Argentoratum* leucis, inter bannos vicorum *Plobsheim* & *Northauſen*.

(n) Romanice *Chatenoi* vicus pertinens ad Capitulum Argentinenſe majus, quod ibidem jure patronatus et decimis fruitur.

(o) Haec verba: in Argentina civitate curiam unam — deſunt in bulla *Alexandri* PP.

(p) Haec capella fuit in colle prope *Argentinam* ſita, in qua ſepultus fuit S. *Arbogaſtus*. vid. *hiſtor. Epiſcop. Argentin. lib. 2. Tomi I. p. 218. ſq.*

(q) *Illkirch* prope *Argentoratum*, in cujus civitatis dominio eſt.

(r) Hodie *Rufach* Mundati ſuperioris oppidum & caput pertinens ad Epiſcopum Argentinenſem; de eo ſic ſcribunt *Murenſia ſeculi XII. acta* apud *Eccardum Orig. Habsburg. pag 231.* — vicus qui vocatur *Rufach* in Alſatia, totus pertinet ad ſanctam *Mariam* de *Argentina* civitate, ſicut pene & omnis regio — memoratur curia Abbatiſſe de *Eſchowe* in Robiaca *ſita* in charta *Henrici* Argentinenſis Epiſcopi an. 1216.

(s) Annis ſcilicet 925. & 926.

(t) *Wideroldus* ab anno 991. ad 999. Argentinenſem rexit Eccleſiam.

(u) *Gundolsheim* vicus mundati ſuperioris in planitie trans *Lauchum* rivum ſitus.

(x) *Meyen-*

(x) *Meyenheim* vicus praeſtans ad *Ellum*, uno infra *Enſisheimium* milliari in iſenheimenſi dynaſtia.
(y) *Veſſenheim* prope *Nambsheim* ſitus ad *Rhenum* in ſuperiori Alſatia tribus ſupra *novum Briſacum* leucis.
(z) *Egisheim* in mundato ſuperiori ſitus pertinet ad Epiſcopum Argentinenſem.
(a) *Wittenheim* feudum Dynaſtiae Thannenſis Dominis *de Andlau* conceſſum.
(c) Hodie oppidum *Thann*.
(d) *Uffholtz* vicus ſitus prope oppidulum *Watweiler*.
(e) *Nambsheim* ad *Rhenum* pertinet ad D. *de Anthes*.
(f) duplex extat vicus *Aſpach* in Dynaſtia Thannenſi, *Ober-Aſpach* ſcilicet & *Nieder-Aſpach*.
(g) *Bettendorff* in Dynaſtia Altkirchenſi.
(h) forſan viculus *Saint Germain* ſitus in Dynaſtia Rothenburgenſi ſive *Rougemont*.
(i) *Kertzfelden* pertinet ad Epiſcopum Argentinenſem. Capitulum Eccleſiae Cathedralis gaudet ibidem jure patronatus & decimis, quas cum parocho dividit.
(l) *Scher* vulgo, torrens qui ex montanis Villerianae vallis profluens inde *Kertzfeldio* fit contiguus.
(m) *Willehelmus* ſcilicet *Wideroldi* poſt *Wernherum* Succeſſor an. 1028. ſedi Argentinenſi praefectus, anno 1047. obijt.
(n) *Achenheim* vicus pertinet ad D. *de Wangen*.
(o) Eccleſia ſcilicet ſanctae *Helenae* extra *Argentinam* ſita prope portam ſtratae lapidariae; dicta Eccleſia rubra ſive *Rotkirch*. Haec longo tempore Schiltigheimenſium parochia anno 1531. fuit deſtructa. Locum ejus hodie occupat Coemeterium ſanctae *Helenae*.
(p) *Schiltigheim* prope *Argentinam*.

(q) *Vendenheim* feodum Epiſcopi Argentinenſis D. *de Wurmſer* conceſſum. Tertia decimarum parte ibidem fruitur Capitulum majus Argentinenſe.

(r) Vicus olim *Altbrunn* prope *Dachſtein* ſitus hodie deſtructus remanente banni nomine atque B. M. V. ſacello.

(s) *Dieſſenthal* a *Scherweiler* ſemileuca diſtans pertinet ad D. *de Choiſeul-meuſe.*

(t) *Hezel Willehelmi* Epiſcopi Argentinenſis anno 1047. Succeſſor obijt ineunte anno 1065.

(u) *Fegersheim* feodum Lichtenbergenſe D. *de Rathſambauſen* conceſſum. Capitulum Eccleſiae Cathedralis habet ibidem jus patronatus & duas partes decimarum, tertia pars parocho competit.

(x) Hodie *Gerſtheim.*

(y) *Kinsheim* ad civitatem ſeleſtadienſem pertinet.

(z) *Egisheim* Mundati ſuperioris oppidulum Quae dein ſequuntur, recentiori manu ſunt conſcripta.

(a) Illuſtris Comitum Uracenſium proſapia, ex qua Friburgenſes & Funtenbergenſes Comites ſunt prognati, nomen Gentilitium traxit a caſtro *Urach*, quod ad rivulum ejusdem nominis in nigra ſilva fuit conſpicuum. Anno 1185. inter Sueviae proceres: *Egeno* Comes *de Urach*, in charta *Friderici* Ducis Sueviae pro Abbatia *de Salem* memoratur apud *Hergott Genealog. Habsburg. Tom. 2. p. 196.*

(b) *Oberſchopffen* vicus ballivatus Mahlbergenſis ultra *Rhenum* pertinet ad Marggravium Badenſem.

(c) *Kippenheim* eſt quoque vicus ultra *Rhenum* pertinens ad eundem Marggravium in ballivatu Mahlbergenſi.

(d) *Ichenheim* in eodem ballivatu ejusdem eſt Marggravij vicus.

(e) *Mittelweiler* vicus prope *Hunneweyer* in Alſatia & in Dynaſtia Richovillana.

(f) *Stot-*

(f) *Stotzenheim* pertinet ad Epiſcopum Argentinenſem.

(g) *Molsheim* Alſatiae oppidum ad eundem ſpectans Epiſcopum.

CIII.

SIGEFRIDUS VICUM ULM CUM CASTRO ADIACENTE ULMBURG WERENHARIO ARGENTINENSI EPISCOPO EIUSQUE ECCLESIAE CONCEDIT. DATUM VII. OCTOBRIS MLXX.

Ex autographo Tabularij Epiſcopalis Tabernis Alſaticis (a)

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. A bonorum omnium auctore Deo quia vitam poſſidemus & cetera, dignum eſt, ut ex conceſſis temporalibus illum aliquando recognoſcamus, a cujus gratuita pietate & nos & noſtra obtinemus. Huic intentioni vir militaris *Sigifridus* magna francorum ex ſtirpe progenitus advigilans, ut qui attentiſſime Deo, Chriſtique ejus genitrici tradere felicius deliberaverat, que illum delicioſa poſteritatis ſpe ſecretorum judex poſſidere non conceſſerat, ergo predium unum, quod inter cetera ſua hereditario jure poſſidebat optimum, *Ulmena* (b) dictum, ejusdemque nominis caſtellum (c) in pago Mortenowa, in comitatu *Cinzibdorff* (d) & *Ottenheim* (e) ſitum cum mancipiis & ſervientibus, cum eccleſiarum decimationibus, cum ſilvis, cum

 arvis

arvis cultis & incultis, nemoribus pratis, paſcuis, rivis, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, ceteriſque utenſilibus glorioſiſſime argentinenſis Eccleſiae procuratrici hac condicione cautiſſime prefinita tradidit, traditumque legalibus preeuntibus verbis, legalique aſtipulatione ſtabilivit, ut a prefatae eccleſiae epiſcopo *Werenario* ſecundo, cujus haec rogatu precipue fecerat, *Oubtingun* (f) & *Wolfgangesheim* (g) ipſumque, quod dederat praedium beneficiario jure reciperet, & quoad usque viveret, absque militari ſervitio, niſi forte ſponte quid amore Epiſcopi agere vellet, quiete poſſideret. Ex ſervitientibus autem quosdam, uti juxta parentelam ſuam & genere & virtute ceteris digniores erant, ſpecialiter elegit, electos Dagobertino fisco, quo in *Biscovesheim* (f) advocatione optimates utuntur, firmiter ſubjugavit, & quocumque Locorum degerent, poſt obitum ſui absque omni refragatione hac viverent paritate, firmavit ut qui legitime rurſus ergo ex his electis duos, *Vodalricum* videlicet & *Tancbradum*, quos cum omnibus ſuis elegit, & priſtina ſervitute ea cautione expedierat, ut per eos eccleſia & Epiſcopus cum principali advocato *Heinricho* firmiori ſecuritate predictam traditionem poſſideret. iſtec autem ita, ut prelibatum eſt, absque coheredium ſuorum contradictione ſanccita eſſe nullus fidelis dubitet, quin potius dubitantem ſancta juſtitia corrigat, & invidioſam rodentium invaſionem idonea ſubſequentium hominum teſtificatio jure repellat. huic utique actioni

pio

pio aſſenſu cum legali judicum ſuorum laudatione, *Luitfridus* Comes (g) affuit. quorum nomina hec ſunt: *Landolphus*, *Hartbertus*, *Lantfridus*, *Bernherus*, *Eppo*, *Bernhardus*, *Chuno*, *Billunc*, *Ansbelmus*. Anno ab Incarnatione Domini noſtri *Jesbu Chriſti* mileſimo LXX, indictione II, (h) regnante *Heinricho* quarto, *Werinhario* ſecundo Argentinenſis eccleſiae epiſcopo, ejusdemque Eccleſiae *Heinrico* principali advocato. Acta ſunt hec nonas octobris, luna quarta, ſub *Luitfrido* predicto comite, comitiis ejus *Otenheim* habitis & inrefragabiliter confirmata.

(a) *Schoepfflinus Alſat. Dipl. Tom. I. pag.* 174. hanc chartam hinc inde non ſatis emendatam edidit.

(b) Hodie *Ulm* ab *Oberkirchen* una leuca diſtans vicus ultra *Rhenum* ſitus in dominio Epiſcopi Argentinenſis.

(c) Caſtrum *Ulmburg* in tractu parochiae Ulmenſis. Praefectura Oberkirchenſis a caſtro *Ulmburg* dicebatur alias Ullenburgenſis.

(d) diſtrictus *Ortenaviae* ſic hodiedum dictus a vico *Kinſtorff* prope *Offenburgum*.

(e) *Ottenheim* vicus ultra *Rhenum* in ballivatu Mahlbergenſi pertinet ad Marchionem Badenſem.

(f) Vicus Alſatiae dictus *Uttingen* modo deſtructus.

(g) *Wolfisheim* ſive *Wolffsheim* in Alſatia pertinet ad Landgravium Haſſo-Darmſtadienſem.

(f) *Biſchoffsheim* ſive *Biſchen* praeſtans vicus Alſatiae ad Epiſcopum Argentinenſem pertinens allodium Eccleſiae ſtrasburgenſis antiquiſſimum a *Dagoberto Secundo* Auſtraſiae Rege conceſſum.

(g) Comes ſcilicet Comitatus Kinsdorffienſis ſive Ortenaviae.

(h) Error hic in Indictione latet, octava enim non ſecunda in annum 1070. incidit.

CVI.

HENRICUS IV. REX ABBATIAE CLUNIACENSI DONATIONEM ECCLESIAE IN RIMELLINGEN AB HESSONE FACTAM CONFIRMAT. DATUM XXVII. IULII MLXXII.

Ex autographo Tabularij Abbatiae Cluniacenſis. (a)

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis, *Henricus* divina annuente clementia Rex. Quia regie majeſtati noſtrae convenit juſtis petitionibus aſſenſum praebere, maxime autem his ubi religionis intuitu ducimur & votorum fidelium participes efficiamur, donum cujusdam religioſi viri nomine *Heſſonis* laudamus, concedimus, & noſtra poteſtate regia confirmamus. Eſt autem donum praefati *Heſſonis*, quod donavit ad monaſterium *Cluniacenſe*, quod eſt conſtructum in honore beatorum apoſtolorum *Petri & Pauli*, eccleſiam unam quam aedificavit ipſe idem *Heſſo* in proprietate ſua, qui dicitur *Rimellingen*, & omne patrimonium ſive predium ſuum, quod ad eamdem ex toto dicaverat eccleſiam. fecit autem hoc bonus ille *Heſſo*, dum *Cluniacenſi* monaſterio praeſideret venerabilis pater & abbas *Klugo*, hac videlicet ratione, ut monachi de *Cluniaco* ad praefatam eccleſiam *Rimellingen* ita transmiſſi & collocati de rebus inibi pertinentibus vivant, & fiat hujus doni oblatio cunctarum *Chriſti* fidelium animarum propitiatio, ſive redemptio ſi quis autem fuerit ita improbus, aut temerarius, ut tam piae devotionis datum *Jeſu Chriſto* in ſanctis ejus dicatum convellere temptet,

ptet, aut qualibet moleſtia calumniari, & ejus ſtatum legitimum infringere, ſive Dux, ſive Comes, ſive quaelibet omnino talis poteſtatis, ſive liber, aut ſervus, ſi praefatum noſtrae conceſſionis regiae ſtatutum in praeſenti dono irritum facere attemptet, quinquaginta libras auri coactus perſolvat fiſco regali. Et ut hoc noſtrae majeſtatis regale decretum tam praeſentium quam futurorum notitiae ſit commendatum, cartam hanc inde conſcribi juſſimus, quam propria manu roboratam ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus. Signum Domni *Henrici* quarti Regis invictiſſimi. *Adalbero* cancellarius vice *ſigefridi* recognovit. Data *Wormatiae* VI. Calendas Auguſti, anno Dominicae incarnationis milleſimo L. XX. II. indictione X, Anno autem ordinationis Domni *Henrici* quarti Regis XVII. regni vero XVI.

(a) Hoc exemplar communicavit D. *Pondevaux* Abbatiae Cluniacenſis Cuſtos, ex quo videre eſt, quod chartam hanc minus curate ediderint *Marrier* & *Du Cheſne in Bibliotheca Cluniacenſi pag. 526.*

CV.

HENRICUS IV. REX COMITATUM BRISGOVIAE WERNHERO ARGENTINENSI EPISCOPO CONCEDIT. DATUM I. IULII. MLXXVII.

Ex libro ſalico Majoris Capituli Argentinenſis fol. 13. (a)

In nomine ſancte & individue Trinitatis, *Heinricus* divina favente clementia Rex. Saluti noſtre

& regni conſulere credimus, cum eam per quam ſalus mundi credentibus apparuit, honorare ſtudemus, ſanctam videlicet Dei Genitricem *Mariam*, quam in peccatis noſtris propitiatricem, in peccatorum correptione ſuſtentatricem, in Regni & honoris noſtri ſtabilitate fundatricem habemus. Unde ob interventum principum noſtrorum, Epiſcoporum, comitum, vel aliorum fidelium noſtrorum, praecipue autem ob fidele ſervitium *Wernheri* argentinenſis Epiſcopi quendam comitatum ſitum in pago Briſgowe *Berntolfo* (b) jam non duci juſto judicio ſublatum, cum omnibus appenditiis legum ſancte *Marie* argentinenſi in proprium tradendo firmavimus, firmando tradidimus, ex conditione ut idem *Werinherus* Epiſcopus, ſuique ſucceſſores eundem comitatum omni aevo poteſtative poſſideant. Cujus traditionis teſtem cartam praeſentem ſcribi juſſimus, quam, ut infra videtur, noſtra manu corroboratam, & ſigilli noſtri impreſſione inſignitam omnis generationis tam future, quam preſentis notitie reliquimus. Signum Domini *Henrici* quarti Regis invictiſſimi. *Gebehardus* cancellarius vice *Sigefridi* (c) archicancellarii recognovi. anno Dominice incarnationis MLXX.VII. indictione XV. Kalendis Iulii. data, anno autem ordinationis Domini *Henrici* quarti Regis XXIII. regni XXI. actum *Mogonciae* in Chriſti nomine, Amen.

(a) Chartam retulerunt *Hergottus Genealog. Habsburg. Tom. 2. num. 187. pag. 126.* & *Schoepfflinus Alſat. Diplom. Tom. I. pag. 176.* ſed neuter abs-

abſque mendis. Idem *Schöpflinus Hiſtor. Zaringo-Badenſis Tom. I. pag. 55.* aſſerit, autographum aurea bulla munitum extare Tabernis Alſaticis in Tabulario Epiſcopali. Contendit autem *D. Grandidier*, ibidem nec autographum nec apographum multas poſt indagationes reperiri potuiſſe. Apographum extat in libro ſalico capituli cathedralis.

(b) *Bertholdus* ſcilicet Brisgoviae comes, ex quo originem ducunt Duces Zaringenſes. Cum *Bertholdus* an. 1076. ab *Henrico IV.* Germaniae Rege deficiens electionem *Rudolphi* Anti-Caeſaris promoviſſet, *Henricus* irarum plenus terras ejus invaſit, comitatumque provincialem Brisgoviae ab eo poſſeſſum *Wernhero* Argentinenſi Epiſcopo ſtrenuo ſuo aſſeclae donavit.

(c) *Beſſelius in Chronico Gottwicenſi Tom. I. p. 293. ſq.* arbitratur: Archi Cancellariatus Officium in perſona *Sigfridi* Archi Epiſcopi Mog. ab an. 1074. usque ad mortem ejus an. 1084. fuiſſe ſuſpenſum, eo quod in diplomatibus annorum ſubſequentium nulla ejusdem occurrat ſubſcriptio. Contrarium autem haec charta probat.

CVI.

THEODORICUS DUX LOTHARINGIAE MONASTERIO LEBRAHENSI DECIMAS S. MARIAE AD FODINAS ET S. BLASII RESTITUIT. DAT. AN. MLXXVIII.

Ex autographo Tabularii Eccleſiae Nanceianae (a)

Eccleſiae Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus gratia & pax & communicatio ſancti ſpiritus. Quanquam terrenae poteſtatis principibus

bus regni ad hoc concedi credatur ſublimitas, quatenus horum tuta ſuffragiis nihil adverſi patiatur Eccleſiaſtica facultas, tirannicae tamen cupiditatis tanta exarſit violentia, ut ab ipſis quoque defenſoribus mira & intollerabilis irrogetur ſaevitia. Praepoſteri ſiquidem homines, toto conamine ſtudentes obeſſe, quibus ne deviarent a veritatis propoſito debuerant prodeſſe; infelicis itaque hominis obſtinata caecitas, creatoris perſequens domicilium, unde meritorum adipiſci praemia poterant, incurrit aeterna damnationis ſupplicium. Ego igitur *Theodoricus* Lotharingorum Dux & marchio, divinae ultionis metuens ſententiam, Deo & ſanctis ejus condignae ſatisfactionis propono efficaciam, decimam namque de ſancta *Maria* (b) & de ſancto *Blaſio*, (c) Bettam ſeu collectam & forum quod eſt in valle Leporis (d) imprimis a Patre meo (e) poſtmodum a me quoque hactenus injuſte invaſum, nunc autem feliciori uſus conſilio ſancto *Dyoniſio* & Abbati ejus *Ivoni*, nec non praepoſito, qui vocatur *Manaſſes*, reſtituo perenniter habendum, ac ne quis ulterius noſtrae occaſionis exemplo, auferre praeſumet, legali aſtipulatione manere diſpono in concuſſum. hujus etiam cartae trado munitionem ad deffendendam infra ſignatorum teſtimonio veritatis intentionem. *Pippo* Tullenſis Epiſcopus, *Theodoricus* Virdunenſis Epiſcopus, comes *Rembaldus*, comes *Hugo*, comes *quaſcelo*, *Gerardus Walterus*, *Drogo*, *Adelardus*, *Richerus*, *Eglulfus Hommoncio*, *Wilfaldus*, *Eglalfus S. Deodati* praepoſitus, *Fulcheredus* presbyter, *Ste-*

Stephanus presbyter. Anno ab incarnatione Domini MLXXVIII. Epacta quarta, Indictione prima actum eſt autem hoc apud ſanctum *Deodatum*, regnante Rege *Henrico*, *Hildebrando* Romanae ſedis apoſtolico. (f)

(a) Edidit *Hugo in monumentis ſacrae Antiquitatis Tom. I. pag.* 174. & Auctor operis Gallici ſub rubro: *Traité hiſtorique & critique ſur l'origine & Genealogie de la maiſon de Lorraine. preuves pag. XXXVIII.* Auctor hujus libri *Stivagii an.* 1711. impreſſi eſt ipſe *Hugo* Abbas ſtivagienſis qui dein anno 1728. factus eſt Epiſcopus *Ptolemaidis*. *Hugo* librum hunc a Parlamento Pariſienſi interdictum an. 1712. publicavit quaſi *Berolini* fuiſſet editus ſub tecto nomine *de Ballicourt* qui erat dicti Abbatis hortulanus. Chartam hanc *Theodorici* Ducis ſuſpectam eſſe immerito tradit *Calmetus hiſtoire de Lorraine T. I. liv.* 20. *pag.* 1121.

(b) Hodie *S. Maria in fodinis*, gallice *S. Marie aux mines*, germanice *Markirch*, magnus & dives burgus oppido ſat ſimilis, qui originem ſuam debet Lebrahenſi monaſterio, dividitur per *Lebraham* fluvium in duas partes, quarum una Lotharingica pertinet ad Regem Galliae &; altera Alſatica ſpectat ad Ducem Bipontinum. In parte Lotharingica decimis omnibus & jure patronatus gaudet Eccleſia primatialis Nancejana juribus monaſterii Lebrahenſis ſuccedens.

(c) *S. Blaiſe* viculus ſemi-leuca diſtans a *Sancta Maria ad fodinas* pertinet ad Ducem Bipontinum.

(d) Hodie dicta vallis leboracenſis ſive *val de lievre*.

(e) *Theodoricus* Dux Lotharingiae erat filius *Gerardi* de Alſatia, ut patet ex Charta *Udonis* Tullenſis Epiſcopi pro Eccleſia *S. Gengulphi* an. 1065. apud

apud *Calmetum preuves de l'hiſtoire de Lorraine Tom. 4. pag.* 457. in qua legitur: ſignum *Gerardi* Ducis & filii ejus *Theodorici.* Huic chartae appenſum eſt ſigillum exhibens militem cataphractum cum inſcriptione: *Theodoric. D. G. Lotharingorum Dux.*

(f) Hic addenda ſunt, quae ſcribit *P. Benoit Picart* Capucinus in Opere Gallico dicto: *l'origine de la très illuſtre maiſon de Lorraine Chap. 22. p. 216.* = La vouerie du val de lievre fut confirmèe à *Simon* Marchis Duc de Lorraine par *Lothaire II.* Empereur & ſon beau frere. Il y ajouta celle de prieuré de S. *Hippolite* proche de la ville de *ſeleſtat* avec les emolumens & profits qui avoient ètè octroyés par ſes predeceſſeurs aux avoués de ces deux egliſes. =

CVII.

OTTO EPISCOPUS ARGENTINENSIS SEX MANSOS IN WOLCKSHEIM FRATRIBUS ECCLESIAE SUAE CONCEDIT. DATUM XXX. MAII MLXXXIX.

Ex libro ſalico Eccleſiae Argentinenſis fol. 17.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, *Otto* Dei gracia Argentinenſis Epiſcopus. Quoniam nos preter ſolitum Dei gratia familiares noſtros ita ſemper dileximus, ut etiam honeſta petentibus aliquando annueremus, ergo quod plurimis debuimus, uni ſubtrahere inhoneſtum putavimus. Itaque *Wanhardi* fidelis noſtri peticioni condeſcendimus

dimus, votoque ejus in hunc, quem dicemus modum, aſſenſum prebuimus. Ipſe enim a nobis hoc gratuita acquiſivit ſervitute, ut ſex manſos, quos in *Volkoldesheim* (a) marchia beneficiali jure poſſederat, alterius beneficii reditu, hoc eſt XI denariorum unciis libere redemptos fratribus Beate *Marie* in principali monaſterio ſervientibus ea traderemus condicione, ut ipſe & poſteri ejus hereditario jure absque omni contradictione poſſideant, & in anniverſario prefati *Wanhardi* quinque ſiclos Argentinenſis monete quot annis perſolvant. hoc etiam quia noſtris placuit fidelibus, hac, qua prelibatum eſt, tradicione firmavimus, & ſub advocati *Heinrici*, ceterorumque ſubſcriptorum teſtium aſſenſu ſignavimus. *Burckardus* prepoſitus, *Hartwig* Decanus, *Hezel* archidiaconus, *Ansbelmus* Camerarius, *Herold* Cantor, ceterique confratres. *Friderich* Dux (b) *Cuonrat*, *Walthere*, *Ludewig*, *Hereman*, *Otto*, *Cuono*, *Manno*. Acta ſunt hec anno Incarnationis Dominice M.LXXXVIIII. Indictione XII, III. Kalendas junii, Luna quarta *Manno* Notarius ſcripſi & ſubſcripſi.

(a) *Wolcksheim* vicus prope *Molshemium* pertinet ad Epiſcopum Argentinenſem.

(b) *Fridericus* ſcilicet *de Hohenſtauffen* Dux Sueviae & Alſatiae frater *Ottonis* Epiſcopi Argentinenſis. Inter eorum fratres quoque numerantur *Conradus*, *Waltherus* & *Ludovicus*.

CVIII.

CVIII.

ALBERTUS COMES EGISHEIMENSIS MONASTERIO MARBACENSI PRAEDIUM IN HERLISHEIM CUM QUARTA PARTE IURIS PATRONATUS ET OCTAVA DECIMARUM CONCEDIT. DAT. CIRC. MXCII.

Ex autographo Tabularij Epiſcopalis Tabernis Alſaticis.

Ego *Albertus* comes in *Eginsheim* dictus de *Muiſal* (a) peccator non ultimus devotione *Helewidis* comitiſſe, (b) *Gerhardi* comitis mariti ejus (c) qui aliqua prediorum ſuorum Marbacenſi Eccleſie pro remedio anime ſue contulerant, & ego pro facultate rerum mearum aliqua in Gazophilatjum domini mittere curavi, contuli ergo prefate eccleſie adhuc plantationi novelle pro ſalute anime mee & omnium parentum meorum ad ſolatium ibidem Deo militantium predium quoddam apud *Herlichisheim* poſitum, ad cujus jus pertinet quarta pars patronatus, & octava pars decimarum eccleſie in *Herlichisheim* & de banno tantum quantum due partes habent predii, quod fuit *Rigarde* comitiſſe *de Eginsheim* & mariti ejus *Gerhardi*. cujus patronatus pars data eſt monaſterio *Sancte Crucis Wolffinheim* pars *Baldemaro* miniſteriali *Helewidis* comitiſſe filie ejus. Quicumque ergo dicta donatione noſtram eccleſiam Marbacenſem, privaverit, vel privare voluerit, omnium noſtrorum peccatis gravatus perhenni felicitate & Regno Dei privetur, Amen. (g).

(a) *Al-*

(a) *Albertus* Comes *de Dagsburg* & *de Ebenheim* filius *Hugonis* V. Comitis, qui erat frater *Leonis* IX. PP. & *Mathildis*. *Albertus* ex Egisheimenſibus primus poſſedit comitatum Muhae ſive Mohae ad fines Brabantiae in Epiſcopatu Leodienſi ſitum, unde in hac charta vocatur dictus de *Muiſal*, quod erat etiam Caſtri *Muhae* nomen. Obijt anno 1097. vel 1098. ipſe ſe dixit Comitem de Muſan in Charta anni 1096. pro Eccleſia ſancti *Vitoni* Virodunenſis apud *Calmetum hiſtoire de Lorraine Tom. 1. preuv. pag. 506.*

(b) *Helewidis* vel *Heilwigis* ſeu etiam *Hadwigis* filia fuit *Gerhardi* I. Egisheimenſis & Dagsburgenſis Comitis, qui quoque frater *Leonis* IX. Papae erat. Haec *Helewidis* mortuo ſine prole *Gerhardo* III. fratre haereditario jure accepit terras Egisheimenſes, quas marito ſuo transmiſit.

(c) *Gerhardus Helewidis* maritus fuit filius *Gerhardi* dicti de Alſatia Ducis Lotharingiae fraterque natu minor *Theodorici* quoque Ducis. *Gerhardus* noſter primus fuit Comes Vaudani montis, quem comitatum in ejus gratiam evexit *Henricus* IV. Imperator. Matrimonium *Gerhardi* cum *Helewide* ſic *Albericus* trium fontium Abbas *in Chronico ad an. 1070.* indicat: *Gerardus* Comes de Vaudano monte duxit filiam comitis de Daburg neptem ſancti *Leonis* Papae — *Heilwigem* inde Burgundiae Ducis filiam male conſtituit *Calmet Diſſertat. praelimin*: *a l'hiſtoire de Lorraine Col. 199.* Obijt *Gerhardus* an. 1108.

(e) *Herlisheim* oppidulum duabus ſupra *Colmariam* leucis, totidemque infra *Rufacum* ad *Laucham* rivum ſitus, feodum Epiſcopi Argentinenſis Dominis *de Schauenburg* conceſſum.

(f) *Rigarda* fuit uxor *Gerardi* III. Comitis Nordgoviae, qui obiit improlis.

(g) Deeſt

(g) Deeſt ſigillum in autographo, remanente tantum pendentis olim ex eo nota. Illud vero ſic deſcribit Officialis Curiae Baſileenſis in veteri hujus chartae an. 1312, vidimus: ſigillatas ſigillo cereo pendenti habente imaginem hominis armati ſuper equo ſedentis, in manu dextra gladium elevatum & in ſiniſtra clipeum ſuper pectus ejusdem & in circumferentia hos Karacteres legibiles, praeter alios, qui ad intellectum prima facie legi non poterant, videlicet: ſigillum *Alberti* Cometis.

CIX.

HILDEGARDIS FRIDERICI DE BUREN CONIUX ECCLESIAM S. FIDIS IN SELESTADT FUNDAT EAMQUE ABBATIAE CONCHENSI REGENDAM COMMITTIT. DAT. AN. MXCIV.

Ex autographo Tabularii Epiſcopalis in palatio Argentinenſi. (a)

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Felicius agi res putamus humanas, ſi noſtris ex facultatibus res adjuvamus divinas. Quam ſententiam ego *Hildegardis* in *Chriſto* pauper & modica cum filiis meis *Ottone* videlicet argentinenſis eccleſie Epiſcopo, Suevorumque Duce *Friderico*, *Lodewico*, *Waltbario*, *Cunrado*, & filia mea *Adalbeida* cariſſima ante oculos noſtros ponentes, & pia conſideratione attendentes eccleſiam in *Slebeſtadt* ad inſtar dominici ſepulchri factam, & a prefato filio meo *Ottone* Epiſcopo conſecratam ſancte *fidei* in *conca* cum curti monachorum officinis apta

&

& cum cetero predio ſubnotato legali asſtipulatione tradidimus, eaque ratione confirmavimus, ut ibidem Deo monachice ſerviatur, & a Conchacenſis cenobii abbate regulariter regatur. Tradidimus etiam monachis ibi Deo ſervientibus, duos manſos in *wittenesheim* (d) marcha in pago alſatia, & vineam unam in *onolteswilere*, (e) & duo mancipia, ejusdemque traditionis liberam poteſtatem illorum utilitati conceſſimus, concedendo firmavimus, & quicquid huic traditioni, Deo adjuvante, addere poterimus una eademque confirmatione ſtabilivimus. ad hoc eciam eandem Eccleſiam & ejus atrium ab omni ſervitutis jugo abſolvimus, & tali libertati ſub prefati Epiſcopi *Ottonis* anathemate aſcripſimus, ut eciam ab Epiſcopali libera ſit ſervitio, & atrium ipſius Eccleſie neque baptismatis eccleſie presbiter, neque aliquis clericorum aut laicorum aut ſepultura, aut alia aliqua occaſione inquietare preſumat Acta ſunt autem haec, & feliciter confirmata anno ab incarnatione Domini noſtri *Iehſu Chriſti* milleſimo XCIIII. indictione II. regnante *Heinrico IIII.* Imperatore, ſub *ottone* argentinenſi Epiſcopo, Suevorumque Duce *friderico*, ceterisque ſubnotatis teſtibus, *Burchardo* majoris Eccleſie prepoſito, *Heroldo* cantore, *Wernhero* camerario, ceterisque confratribus: de Sancto *Thoma*, *Cunone* prepoſito, *Mannone*, ceterisque: de Sancto *Petro*, *Hezelino* prepoſito, *Cuniberto*, *Iohanne*, ceterisque quam plurimis ejus ordinis. *Anshelmo* advocato, ceterisque quam plurimis ejus ordinis.

(a) Ediderunt ſed mendoſe *Beatus Rhenanus Rer. German. lib. 3. p. 294. Herzog Elſaſſiſche Chronick lib. 7. c. 3. pag. 4. Cruſius Annal. Suevic. Tom. I. part. 2. lib. 8. cap. 13. pag. 285. Guillimannus de Epiſc. Argentin. pag. 211. La Guille hiſtoire d'Alſace preuves pag. 28.* & *Hergottus Geneal. Habsburg. Tom. 2. num. 190. pag. 129.*

CX.

CHARTA OTTONIS EPISCOPI ARGENTINENSIS CIRCA ALLODIUM IN WITTISHEIM CONCESSUM MONASTERIO S. FIDIS IN SELESTADT. DAT. X. FEBRUARII MXCV.

Ex autographo Tabularii Epiſcopalis in palatio Argentinenſi.

Inter cetera beneficia, que ego *Otto* argentinenſis Eccleſie Dei gratia Epiſcopus, & fratres mei cum aſſenſu matris noſtre bone memorie *Hildegardae* cenobio in fundo noſtro *ſlezeſtat*, beate *fidei* virgini conſecrato tradidimus allodium unum, quod in *Withenesheim* marcha hereditario paterne acquiſitionis jure poſſedimus, a cujusdam *Gothefridi* clamore ſive juſto, ſive injuſto hac, quam dicemus, deliberatione liberavimus. Datis enim illi quinque ex noſtro ſumptu argentinenſis percuſſure libris reclamationem ipſius, ejusque poſteritatis, ſtipula manu ejus juxta jus gentium emiſſa, legitime pacificavimus, & ſub idoneis teſtibus in perpetuum abſolvimus. Acta ſunt hec *Argentine*

tine anno ab incarnati Domini noſtri *Iehſu Chriſti* MXCV. indictione III. ſecundo nonas februarii, *Ottone* prefato Epiſcopo hec preſentialiter agente, & cum ſuis palatinis primatibus rite confirmante; *Burchardo* principali prepoſito, *Cunone* vicedomino, *Mannone* notario, *anshelmo* urbis prefecto, *Ottone* Theſaurario, *Cunone* Urbani juris villico, ſtabuli comite *Bernhardo.* (a)

(a) Remanſit ſigillum cereum ſed non integrum, exhibens Epiſcopum ſine mitra facie ad ſiniſtram verſa, pallio monachali indutum, pedum ſiniſtra tenentem librumque clauſum gerentem dextra. Inſcriptio deleta eſt.

CXI.

OTTO ARGENTINENSIS EPISCOPUS FUNDATIONEM MONASTERII S. FIDIS IN SELESTADT CONFIRMAT, EIDEMQUE PRIVILEGIA LARGITUR. DAT. XXIII. IULII MXCV.

Ex veteri apographo membranaceo ſeculi XIII. ineuntis in tabulario Epiſcopali palatij Argentinenſis & ex vidimus anni 1360. in tabulario Tabernenſi. (a)

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Ottone* argentinenſi divina favente clemencia Epiſcopo. bona inchoare, & inchoata non ſegniter conſumare; & ab hoc affectu non deficere, ſicut apud homines honeſtum & memorabile notatur, ita apud Deum dignum eſſe & acceptabile non dubitatur.

 Hoc

Hoc ego peccator *Otto* argentinenſis Eccleſie Dei gratia Epiſcopus, & fratres mei Dux ſcilicet ſuevorum *Fridericus*, *Ludewicus* & *Waltharius* non abſurde adtendentes, quod mater noſtra ad honorem dominici ſepulchri in *Selezeſtat*, & ſancte *fidei* benigne incepit, hoc nos materne voluntatis heredes ut predii ad effectum perducere ea qua dicemus ratione, prout potuimus Deo auxiliante conati ſumus. Matre enim noſtra, fratreque noſtro *Cunrado* in *Chriſto* defunctis nos quatuor qui tunc vita comite Dei gratia remanſimus, pari conſenſu, communique voto convenimus, & matris noſtre propoſitum effectualiter adimplere conſiderata diligentia deliberavimus. Ergo predium quod in *Selezcſtat* villa, in pago alſatie, & in Comitatu *Kirricheim* (b) hereditario jure poſſidemus, Sancte *fidei* principaliter, abbatisque Conchacenſis cenobii obedientie libera manu tradidimus, legali aſtipulatione confirmavimus, cum mancipiis utriusque ſexus ſua conditione deſignatis, debiteque ſervituti attitulatis, & cum ejusdem predii terminis, certis limitibus ſuperius & inferius & ad utrasque plagas exitibus & reditibus, viis & inviis certiſſime denotatis, cum terris etiam cultis & incultis, vineis & vinetis, rivis aquis, aquarumque decurſibus, pratis paſcuis, piſcinis, ſilvis, ſilvarumque uſibus, venatoriisque ſtationibus & nemoribus fiſcalibus & forum legitimum cum theloniis & tabernariis, & cum ceteris omnibus eidem allodio antiquiſſima tradicione ſubjacentibus. Ad hoc ergo ut hec omnia ab adverſariorum invaſione ſe-

ſecura permaneant, prediĉti advocationem predii ex fratribus noſtris quoadusque ſuperſint, ſemper majori natu conceſſimus, & poſt eorum obitum prefati abbatis libero arbitrio & lege addiximus, ut cui velit, poteſtative committat. dedimus autem idem predium ea ratione, ut prefatus abbas conchacenſis cenobii ſuique ſucceſſores deinceps liberam poteſtatem habeant commutandi & precariandi, vel quidquid ad utilitatem Eccleſie placuerit, inde faciendi inſuper eandem eccleſiam, ejusque atrium cum omnibus ad eam pertinentibus ab Epiſcopalis cetereque ſervitutis jugo perpetualiter abſolvimus. hujusque abſolucionis libertatem ſub Beati *Petri* Apoſtoli, omniumque Sanĉtorum auĉtoritate & noſtra ita confirmavimus, ut ab omni hoſtium incurſione ſit ſecura, & quicumque ſive ex eadem villa, ſive ex totius Epiſcopatus Parrochia illic ſepulturam petierit, libere accipiat. Et nullus ſacerdotum contradicere preſumat. ſignum *Ottonis* argentinenſis Epiſcopi. S. *Friderici* Ducis, S. *Ludewici*, S. *Walthbarii*, S. *Ansbelmi*, S. *Heſſonis*, S. *Cunradi*, S. *Heinrici*, S. *Bertolfi*, S. *Luitolfi*, S. *Utonis*, S. *Hermanni*. *manno* argentinenſis notarius ſcripſi & ſubſcripſi & recognovi. Data eſt decimo Kalendas Auguſti, luna decima Anno Dominice Incarnationis MXCV, indiĉtiòne III, anno ordinacionis Domini *Ottonis* Argentinenſis Epiſcopi nono, regnante *Heinricbo* quarto Romanorum Imperatore Auguſto. (c)

(a) Male ediderunt & ad an. 1035. ſtatuerunt *Galliae Chriſtianae Auĉtores Tom. V. p.* 470.

 (b) Gal-

(b) Gallia Chriſtiana non bene legit in Comitatu *Berrichein*, quam lectionem ſecutus *Schoepflinus Alſat. illuſtr. Tom. I. p. 663.* peculiarem ex eo comitatum facit. Inde optimo jure *Seleſtadium* ad Troniae Comitatum, qui & Kircheimenſis, retulit *Beatus Rhenanus Rer. Germ. lib. 3.* injuſte notatus a *Beſſelio lib. 4. p. 815.* qui ait eſſe incomperto *Seleſtadium* fuiſſe ſitum in *Illchicha*.

(c) Membrana hujus chartae vetuſtiſſimum exhibet apographum. Ex Abbatum enim nominibus, qui membranam ſignis ſuis & ſigillis reddiderunt authenticam, patet illam ſcriptam fuiſſe circa annum 1230.

CXII.

ROTBERTUS CUM UXORE SUA CONCEDIT ABBATIAE S. FIDIS IN CONCHA ECCLESIAM DE HORSAM CUM ALIIS ECCLESIIS IN ANGLIA. DATA SUB HENRICO ANGLIAE REGE.

Ex autographo tabularii Epiſcopalis Argentinenſis Tabernis Alſaticis.

† In nomine Domini noſtri *Iehſu Chriſti*, amen. Notum volumus fieri omnibus fidelibus *Chriſti* tam preſentibus, quam futuris, quia ego *Rotbertus Galterii* filius & uxor mea nomine *ſibilla* edificavimus eccleſiam de *Horſam* in propria terra, in honore Dei & ſancte *fidis* virginis & martiris, & pro remedio & ſalvacione animarum noſtrarum & filiorum noſtrorum & omnium fidelium vivencium, ſive defunctorum. Concedimus eandem eccleſiam Deo

&

& monachis de *conchis* de eccleſia ſancte *fidis* & martiris, & dicte a nobis edificate eccleſie concedimus eccleſiam de *Horsforda* cum omnibus que ad eam pertinent, & eccleſiam de *mor* cum omnibus ad eam pertinentibus, ad faciendum anniverſarium *Sibille* uxoris mee. Concedimus etiam huic jam dicte eccleſie in eadem villa de *Horſam* terram ſexaginta & eo amplius agros & nemus de *Haldeneſage*, tantum quod ego habui, & molendinum *Horsford*, & totam decimam hujus manerii, & decimam de *Alretuna*, & de *ſubituna*, & de *Wolverdeſtuna*, & de *Columbo*, & de *Hetmingana*, & de *flumewerze*, & de *woldetuna*, & de *Semera*, & de *Tibebron*, & de *ſefham*, & de *fortble*, & de *Craneforde*, & de *Benges* & *framingana*, & *Luddoam*, & de *dalingeho*, & de *Lantuna*, & *Sanlingeam*, & *Sudburna*, & de *adelintuna*, & de *Mor*, & de *Filibbi*, & *Stocas* & *horreaam*, & de *hoa*, & in uno quoque manierio unum agrum terre ad congregandam decimam & concedo de omnibus procuracionibus meis, quas fecero in Anglia, ſemper decimas huic Eccleſie & concedo terram *Arich* eidem eccleſie, & terram, quae fuit *Orsforth Sadetcoc*, & terram *herberti* presbiteri & *olvardi* & *Goivaldi* & *Achemandi*, & *Potequini*, & *Radulfi*, & terram *Aramberti* militis, cum omni ſervicio earum & ſervicium terre de *Stocatuna* libere & quiete dono Deo & ſancte *fidi* de *conchis*. Notum ſit etiam, quod eadem *ſibilla* uxor mea cum filiis ſuis, me laudante & volente, conceſſit huic jam dicte eccleſie terram ſuam de *Roddaam*, quam pa-

ter ſuus dedit ei in matrimonio, ita liberam & quietam ſicut pater ſuus dederat illi & illam adquiſivit per manum regis & comitis. ad ultimum noverint omnes franci & Anglie viri tam preſentes, quam futuri, quod ego *Rotbertus* filius *Galterii*, *ſibilla* uxore mea & *Rotgerio* & ceteris filiis meis volentibus & in hoc bono cooperantibus, predictam eccleſiam de *borſam* cum omnibus ad eam pertinentibus, & hec ſupradicta omnia Deo & beate *ſidi Conchenn* & monachis ejus conceſſimus, ut adeo, ipſa beata virgine intercedente, peccatorum noſtrorum nobis detur venia, & illa, que promiſit fidelibus ſuis, que nec oculus vidit, nec auris audivit, aſſequamur gaudia. hoc ergo donum & hec carta facta ſunt permiſſione & adfirmatione domni Anglorum regis *Heenrici* & ordinacione & conſenſu *Herberti* epiſcopi ſi quis autem vel generis, vel ſucceſſionis mee, vel alius aliquis huic donacioni voluerit obeſſe, noverit ſe Deo & ſanctis ejus & Anglorum regi contraire, nec chriſtianum, ſed antichriſtianum eſſe (*)

(*) Chartae appenſum fuit ſigillum quod modo deeſt.

CXIII.

CXIII.

URBANUS II. PP. MONASTERIUM MARBACENSE IN PROTECTIONEM SEDIS APOSTOLICAE SUSCIPIT. DAT. XXIV. MARTII MXCVI.

Ex autographo tabularii Epiſcopalis Tabernis Alſaticis. (a)

Urbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis in Marbacenſi Eccleſia canonicam vitam profeſſis, eorumque ſucceſſoribus in eadem religione permanſuris in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem prebere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. proinde nos veſtris per familiarem filium noſtrum, veſtrum autem prepoſitum *Manegoldum*, precibus annuentes tam vos, quam veſtra omnia ſub tuitionem apoſtolice ſedis excipimus, & preſentis privilegii auctoritate munimus. ſtatuimus enim, ut nemini inter vos, profeſſione exhibita, proprium quid habere, nec ſine prepoſiti, aut ſine communi congregationis licentia de clauſtris diſcedere liberum ſit. Quod ſi diſceſſerit, & commonitus redire contempſerit, ei ejusque ſucceſſoribus facultas ſit ejusmodi ubilibet a ſuis officiis interdicere. interdictum vero nullus epiſcoporum, vel abbatum ſine ejus conſenſu abſolvat. preterea per preſentis privilegii paginam apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quecunque hodie veſtra eccleſia juſte poſſidet ſive in futurum conceſſione pontificum liberalitate principum, vel oblatione fidelium juſte atque ca-

 noni-

nonice poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant decernimus quoque ut nulli omnino hominum liceat eandem ecleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum ſuſtentatione & gubernatione, conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. ad hec adijcientes ſtatuimus, ut nullus vobis violentia vel aſtutia qualibet in praepoſitum conſtituatur, niſi quem fratres omnes communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem regulariter providerint eligendum. Chrisma oleum ſanctum conſecrationes altarium ſive Baſilicarum, ordinationes clericorum ab Epiſcopo, in cujus dioeceſi eſtis, accipietis, ſiquidem gratiam atque communionem apoſtolicae ſedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere. alioquin liceat vobis Catholicum, quem malueritis, adire antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuscipere. ſiqua ſane eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactionem congruam emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri *Iehſu Chriſti* aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus

ſit

ſit pax Domini noſtri *Iehſu Chriſti*, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant, amen, amen, amen. Datum *Turonis* per manus *Iohannis* Sancte Romane eccleſie Diaconi cardinalis, IX. Kal. aprilis, indictione IV. anno dominice incarnationis M.XC.VI. pontificatus autem Domini *Urbani* ſecundi Pape IX.

(a) Extat in *Gallia Chriſtiana Tom. V. inſtrum. pag.* 474. ſed non ſatis a mendis pura.

CXIV.

BURCHARDUS DE MUNZENHEIM ET EIUS UXOR ABBATIAE RHENAUGIENSI CONCEDUNT PRAEDIA SUA IN RUFFACH ET HERINGHEIM. DAT. CIRCA ANNUM MXCVIII.

Ex autographo Monaſterij Rhenaugienſis. (a)

B*urchardus* de *Munzenhem* (b) & uxor ejus *Hazicha* quicquid proprie habuerunt in *Rubiaca* (c) dederunt ſanctae *Mariae* & congregationi *Renaugiae*, (d) & agrum in *Herinheim* (e) *Hadelhelm* & uxor ejus *Renza* dederunt eidem congregationi decem Sazza, & jugerum unum, *Sigezo* & filii ejus dederunt undecim Sazza & duo jugera, & duas perticas, & domum eidem congregationi *ellenza* dedit ſeptem Sazza. Ego *Telbarius* ſcripſi & ſubſcripſi.

(a) Char-

(a) Chartam hanc communicavit D. *Mauricius Vandermeer* Prior olim Abbatiae Rhenaugienſis nunc Congregationis Benedictino—Helveticae Secretarius, Vir integrae fidei, qui hiſtoriam ſui monaſterij delineavit & nunc in eo eſt ut illam diplomatibus illuſtret. Eſt ſine die & anno. Autographum tamen eſt manus antiquiſſimae quae diphtongos adhuc obſervauit. Eam ad initium ſeculi XII. referendam eſſe arbitratur *D. Vandermeer.*

(b) Forte idem ac *Burchardus* de *Muſteresheim* in Charta Altorfina an. 1397. inter teſtes memoratus. *Munzenheim* Alſatiae vicus eſt pertinens ad Ducem Wirtembergicum.

(c) *Ruffach* caput Mundati ſuperioris.

(d) Monaſterium *Rheinau* in Dioeceſi Conſtantienſi ſitum in deſcenſu *Rheni* fluminis, ſub ipſis proxime Cataractis, quae in *Rhenum*, poſtquam *Schafhuſium* praeterfluit, e rupe cum grandi aquarum ſonitu irruunt. Fundator hujus Abbatiae fuit ſeculo IX. *Wolwenus* ut patet ex diplomate *Ludovici Germanici* an. 858. apud *Schoepfflinum Alſat. Diplom. Tom. I. pag. 88.* Abbatiae Rhenaugienſi annis 1697. & 1730. Abbas praefuit *Geroldus* L. B. *de Zurlauben*, qui Eccleſiae & Conventus aedificia a fundamentis erexit.

(e) Duplex extat vicus ad D. *de Schauenburg* pertinens *Ober-heringheim* & *Nieder-heringheim*; ambo prope *Rufacum* ſiti ad *Ellum* inter *Colmariam* & *Ennishemium.*

CXV.

CXV.

NOMINA CANONICORUM SIVE FRATRUM B MARIAE ECCLESIAE CATHEDRALIS ARGENTINENSIS, DESINENTE SECULO UNDECIMO VEL INEUNTE DUODECIMO.

Ex libro membranaceo ſummi capituli Argentinenſis qui dicitur liber Regulae fol. 56.

Nomina fratrum 1. *Heinribc.* 2 . . . . 3. *Hartunc* 4 *Adalbrebt.* 5. *Diederibc.* 6. *Odalribc.* 7. . . . 8. *Hezil.* 9 . . . . . . 10. *Herolt.* 11. *Altman.* 12. *Werinber.* 13. *Anshelm.* 14. *Adalbert.* 15 . . . . 16 . . . . . 17. *Beringer.* 18 . . . . . 19 . . . . . 20. *Brun.* 21 . . . . 22. *Burkart.* 23. *Adalbert.* 24. *Otto.* 25. *Otto.* 26. *Cuono.* 27. *Burkart.* 28. . . . 29. *Wolwerat.* 30. *Vodalribc.* 31. *Burkart* 32. . . . 33. *Eberbart* 34. *Heinrich.* 35. *Cuonrat.* 36. . . . (*)

(*) Numeri vacui & punctulis diſtincti continebant nomina fratrum nunc in veteri membrana penitus deleta.

CXVI,

CXVI.

DIPLOMA HENRICI IV. IMP. PRO FRATRIBUS ECCLESIAE SPIRENSIS, IN QUO DESIGNANTUR CUNONIS ARGENTINENSIS EPISCOPI PATER ET FRATRES. DATUM XVI. FEBRUARII M. C. II.

Ex libro membranaceo privilegiorum Eccleſiae Cathedralis Spirenſis ſeculo XIII. conſcripto, qui Codex Major dicitur. volum. 2. fol. 82. verſo (a).

In Nomine Sanĉte & individue Trinitatis, *Heinricus* tercius divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Notum eſſe volumus cunĉtis, tam futuri, quam preſentis temporis Chriſti fidelibus, cum genitor noſter beate memorie *Heinricus* videlicet ſecundus Romanorum Imperator auguſtus, pro ſue ſuorumque anime remedio predium quoddam *Rotenvelis* diĉtum in pago *Vffgowi*, (b) in comitatu *Vorcheim Hermanni* ſcilicet comitis (c) ſitum, cum omnibus utilitatibus ad idem predium pertinentibus, ſanĉte Spirenſi Ecclesie in proprium delegavit, ea videlicet ratione, ut fratres Deo ſanĉteque *Marie* in prenominata Eccleſia ſervientes eodem predio ad ſuam prebendam uterentur. aliquando deinde tempore transaĉto, quidam ingenuus homo, nomine *Werinhardus*, qui in eodem pago quedam predia hereditario jure poſſedit, magnam partem prediorum que ad prediĉtam curiam *Rotenvelis* pertinebant, injuſte occaſione vicinitatis ſibi uſurpavit, caſtrum inibi

inibi *Michilenbach* (d) dictum violenta dominacione conſtruxit, quam injuriam cum parens noſter a fratribus Spirenſis Eccleſie cognoſceret, prefatum *Werinhardum* ad juſtitiam compulit, & per juramentum, quod ſibi fecit, ad hoc eum conſtrinxit, ut non prius pedes nudos videret, quam idem caſtrum penitus dirueret, & cuncta fratribus injuſte ablata reſtitueret. Poſt obitum vero parentis noſtri, ejusdem *Werinhardi* filii *Cuono* videlicet deſignatus argentinenſis Epiſcopus, *Eberhardus & Werinhardus* patris peccatum iterantes, predictum caſtrum reparaverunt, & multo plura predia, quam etiam pater ipſorum fratribus abſtulerunt, quod ſcelus dum noſtre imperiali dignitati fratres Spirenſes, maxime autem fidelis noſter *Johannes* Spirenſis Epiſcopus deferrent, in memoriam revocavimus, quoniam beata Dei Genitrix Virgo *Maria* de multis & magnis tribulacionibus nos ſepiſſime liberavit, & injuriam ei illatam vindicare Zelo Iuſticie vehementer accenſi *Cuononem* Epiſcopum & ipſius advocatum & fratres ipſius *Eberhardum & Werinhardum*, predictum caſtrum cum prediis fratribus injuſte ſubductis, *Johanni* Spirenſi Epiſcopo & ipſius advocato cum compoſicione ſua ſecundum juſtitiam reddere coegimus, & ut omnem deinceps occaſionem predicta predia Sancte *Marie* invadendi, & diripiendi eidem *Cuononi* Epiſcopo totique cognacioni ipſius penitus auferremus, quidquid predii in eodem pago habuerunt, cum ipſorum voluntate ab eis adquiſivimus, idem autem predium in ſubſcriptis villis ſitum eſt, *Luid-*

fridia

fridis wilri, *Oberenwilri*, *Winkele*, *Eichelbach*, *Frierlinde Geſuendi*, *Hirtzbubel*, *Elchisheim*, *Meriuelt*, *Bukinisheim*, *Odinkeim*, quidquid ergo predii in predictis villis habuerunt cum omnibus utilitatibus ad diem predium pertinentibus, agris videlicet, vineis pratis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, Venationibus, exitibus & reditibus cultis & incultis, & quocumque modo eis ſervivit nobis & advocato noſtro, quem ad hoc nobis negocium delegimus, & ipſe *cuono* Epiſcopus per manum ſui advocati *Brunonis*, & ipſius fratres *Eberhardus* & *Werinhardus* multis principibus aſtantibus donaverunt. Quoniam ergo ſemper ſummam Spem & de praeſenti noſtri honoris ſtatu, & de felici future vite gaudio in beate *Marie* Virginis interceſſione habuimus, predicta predia ſicuti nobis data ſunt, pro noſtra & filii noſtri *Heinrici* Regis preſenti & futura ſalute, & pro remedio animarum noſtrorum parentum avi videlicet noſtri *Conradi* Imperatoris, & Ave noſtre *Giſele* Imperatricis, patrisque noſtri *Heinrici* Imperatoris, Matrisque noſtre *Agnetis* Imperatricis, noſtreque dilectiſſime conjugis *Beretbae* Imperatricis & fratris noſtri *Conradi*, filieque noſtre *Adelheidis*, & filii noſtri *Heinrici*, attendentes fidele ſervicium, & peticionem cariſſimi *Johannis* Epiſcopi Spirenſis ad uſum fratrum tradidimus, eo videlicet tenore, ut ejusdem eccleſie prepoſitus ejusque ſucceſſores cum conſilio & conſenſu fratrum de eisdem villis liberam deinceps habeant poteſtatem tenendi, commutandi, precariandi, vel quidquid ſibi placuerit

ad

ad uſum fratrum inde faciendi, ſi autem, quod abſit, aliquis ejusdem Eccleſie Epiſcoporum aut ſibimet ipſi uſurpare, aut alicui in beneficium dare, vel quoque modo a ſervicio fratrum abalienare preſumpſerit, bis, aut ter ab herede noſtro & fratribus monitus, ut emendet, & ſi rennuerit, ſibique in amonicione obedire contempſerit, idem noſter proximus Heres dimidiam libram auri in publico pondere ad altare S. *Marie* perſolvat, ſibique ſupradictas villas hereditario jure poſſidendas redimat. Et ut hec noſtre tradicionis & conſtrictionis Imperialis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni evo permaneat, hanc cartam inde conſcriptam manu propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione Iuſſimus inſigniri. Signum Domini *Heinrici* tercii Romanorum Imperatoris invictiſſimi *Waltherus* Cancellarius vice *Rothardi* archicancellarii recognovit. Data XV Kalend. Marcii, anno ab incarnat. Domini Milleſimo CII. indictione X, regnante *Heinrico* tercio Romanorum Imperatore Auguſto, anno XLVIII°, Imperante autem XVII. acta *Spire* in *Chriſti* nomine, ad ſalutiferam memoriam *Heinrici* tercii Romanorum Imperatoris Auguſti feliciter, amen.

(a) Ex archivio Cathedralis Spirenſis.
(b) Pagi Auciacenſis ſitum & limites probe deſcripſit *Kremerus in Rheiniſchen Francien pag. 81 ſq.*
(c) *Hermannus* ſcilicet *II.* marchio Badenſis qui obij an. 1130.
(d) *Zeiſolfus* de *Magenheim* an. 1321. vicum *Michelbach* vendidit *Friderico* Marchioni Badenſi. *Schöpflin. Hiſtor. Zaringo-Bad. Tom. 5. p. 394.*

CXVII.

PASCHALIS II. PP. CONFIRMAT IURA ET PRIVILEGIA ABBATIAE S. WALBURGIS IN SYLVA HAGENOENSI A FRIDERICO DUCE ALSATIAE ET SUEVIAE ATQUE A PETRO COMITE LUCELBURGENSI FUNDATAE. DAT. XXVI. APR. M.C.II.

Ex Vidimus judicis curiae Argentinenſis anni 1487. in tabulario Epiſcopali ſpirenſi *Bruchſaliae*.

P*aſcalis* Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio *Bertulfo* abbati monaſterii quod in honorem ſanctorum Apoſtolorum *Philippi* & *Iacobi* & ſancte *Walburge* Virginis conſtructum eſt in argentinenſi Epiſcopatu, in loco videlicet, qui *ſacra ſylva* dicitur, ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Deſiderium quod ad religioſum propoſitum & animarum ſalutem pertinere monſtratur, auctore Deo, ſine aliqua eſt dilatione complendum. Religioſi ſiquidem principes *Fridericus* (a) & *Petrus* (b) in alodio ſuo infra Epiſcopatum argentinenſem, in loco videlicet, qui *ſacra ſylva* dicitur, monaſterium conſtruentes (c) beato *Petro* & ejus ſancte Romane eccleſie obtulerunt ſub unius aurei cenſu annuo, quod ſub beatorum apoſtolorum *Philippi* & *Iacobi* & ſancte *Walburge* Virginis honore dedicari & apoſtolice ſedis expoſtulant protectione muniri. Nos igitur eorum congaudentes devotioni monaſterium ipſum & dedicari concedimus, & protectione ſedis apoſtolice per preſentis privilegii paginam communimus

mus. Statuimus enim & univerſa quæ a prædictis fundatoribus, vel ab aliis fidelibus de ſuo jure monaſterio eidem collata ſunt, vel in futurum largiente Deo dari, offerri, vel aliis juſtis modis adquiri contigerit quieta vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat eundem locum temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere; vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. ſane fructuum veſtrorum, ſeu animalium decimas, ſine epiſcoporum vel epiſcopalium miniſtrorum contradictione, xenodochio veſtro reddendas, poſſidendaſque ſancimus, nec advocatus alius, niſi qui ab abbate cum fratribus aſſumptus fuerit, eidem monaſterio aſciſcatur. ſepulturam quoque loci ipſius liberam omnino eſſe decernimus, ut eorum qui illic ſepeliri deliberaverunt, devotioni & extreme voluntati; niſi forte excommunicati ſint; nullus obſiſtat. Conſecrationes altarium; ordinationes monachorum, qui ad ſacras fuerunt ordines promovendi, ab Epiſcopo in cujus dioeceſi eſtis, accipietis; ſiquidem gratiam atque communionem apoſtolice ſedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis catholicum, quemcunque malueritis adire antiſtitem; & ab ipſo eadem ſacramenta ſuſcipere; qui apoſtolice ſedis fultus authoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Si qua vero in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve per-

ſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate caveat reamque ſe divino judicio enitere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Iheſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictione ultioni ſubjaceat. Cunctis autem ſepe dicto monaſterio juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri *Iheſu Chriſti*, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem praemia eterne pacis inveniant. amen. amen. amen. Ego *Paſcalis* Catholice Eccleſie Epiſcopus Datum *Laterani* per manum *Iohannis* ſancte Romane eccleſie Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii, VI. cal. Maij, indictione X, incarnationis Dominice anno M. C. II. Pontificatus autem Domni *Paſchalis* ſecundi Pape anno IV.

(a) *Fridericus* ſc. I. Dux Alſatiae & Sueviae cujus obitum ad an. 1105. aſſignat *Otto Friſingenſis in Chron. lib. 7. cap. 9.*

(b) *Petrus* ille comes Lucelburgenſis, filius *Friderici* comitis Moncionis & *Agnetis* filiae *Petri* comitis de Sabaudia. *Fridericus* frater *Theodorici* de *Moncouz* genuit *Petrum* de *Luxebenbort*. ita *auctor Genealogiae S. Arnulphi apud Du Chesne ſcriptor. Rer. Franc. Tom. 2. p. 643.*

(c) Inde patet error *Wimphelingii de Epiſc. Argentin: pag. 45.* & aliorum, qui fundationem Abbatiae S. *Walpurgis Theodorico Montis beliardi* comiti attribuunt.

CXVIII.

CXVIII.

PASCHALIS II. PP. AD PRECES MANEGALDI PRAEPOSITI MONASTERIUM MARBACENSE IN PROTECTIONEM SEDIS APOSTOLICAE RECIPIT. DAT. II. AUG. M.C.III.

Ex autographo tabularij Epiſcopalis Tabernis Alſaticis.

P*aſchalis* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis in Marbacenſi Eccleſia canonicam vitam profeſſis, eorumque ſucceſſoribus in eadem religione manſuris in perpetuum. Sicut injuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legitima deſiderantium non eſt differenda petitio. proinde tam veſtris, quam kariſſimi filii *Manegaldi* veſtri prepoſiti petitionibus non difficulter accommodamus effectum, Praedeceſſoris ſiquidem noſtri ſancte memorie *Urbani* ſecundi veſtigiis inſiſtentes, tam vos quam veſtra omnia ſub tuitionem apoſtolice ſedis excipimus & preſentis privilegii auctoritate munimus. ſtatuimus enim, ut nemini inter vos profeſſione exhibita proprium quid habere, nec ſine prepoſiti, &c. &c. (*Reliqua ut in ipſa bulla Urbani II. PP. data 24. Martij 1096. vid. hunc annum ſupra.*) Ego *Paſchalis* catholice eccleſie epiſcopus. Datum *Laterani* IIII. nonas auguſti, per manus *Equitii* agentis vicem cancellarii, indictione XI, anno incarnationis Dominice M.C.III. Pontificatus autem Domini *Paſchalis* pape ſecundi IIII.

CXIX.

PRIVILEGIUM IOANNIS EPISCOPI SPIRENSIS IN GRATIAM SCHWARZACENSIS ABBATIAE DATUM VII. OCTOBRIS M.C.IV.

Ex autographo monaſterij Schwarzacenſis. (a)

Notum ſit omnibus tam futuri quam preſentis temporis chriſti fidelibus, Quoniam venerabilis ſancte Spirenſis eccleſie pontifex *Ioannes* (b) ſummo amore divinam religionem augendi ſuccenſus, magno cordis dolore cernens divinum ſervitium in eccleſia *Schwarzach* ſpirenſis Eccleſie filia, ubi olim glorioſa abbatia conſtructa fuerat, penitus eſſe deſtructum, tum quia multa nobilia inde predia ob priorum negligentiam irrecuperabiliter ablata ſunt, tum quia in beneficium multa inde militibus preſtita ſunt; tum quia Spirenſes Epiſcopi intolerabile pro ejusdem eccleſie facultatibus ſervitium inde exegerunt; ſecum in primis, deinde cum Domino *Heinrico* tercio Imperatore auguſto & cum aliis religioſis viris, qualiter ibi divinum ſervitium reſtaurari poſſet, diligenti cura tractavit. Videntes igitur predia inde ablata nequaquam ulterius poſſe requiri, proſpicientes etiam beneficia inde preſtita nequaquam militibus poſſe auſferri, certa conſideratione dijudicaverunt, aut & ipſum dominum *Iohannem* & ceteros Epiſcopos ipſius ſucceſſores ſervitio, quale prius inde exactum eſt, penitus oportere carere, aut penitus ibi divinum ſervitium deperire Predictus ergo Epiſcopus *Iohan-*

nes

nes magis Dei, quam que ſua ſunt querens ipſius Domini *Heinrici* Imperatoris, nec non utriusque fidelium conſilium ſequens, ut prior illius Eccleſie religio & reverentia aliquo modo renovaretur, & corroboraretur, quicquid ſibi, vel ſuis ſucceſſoribus inde ſervitii provenire debuit, fratribus ibidem Deo in omne futurum tempus ſervientibus delegavit, certum tenens, omnibus ſuis in poſterum ſucceſſoribus, ſi Deum timerent, & chriſtianam religionem diligerent, omnibus id modis placere. ut autem hec traditio ſtabilis & inconvulſa per omnes in futurum generationes permaneat, praeſentem Chartam in teſtimonium ſcribi, ſuoque ſigillo precepit inſigniri, & ſententiam ſuper hac re excommunicationis ſubtus notare Ego *Iohannes* Dei gratia Spirenſis Eccleſie Epiſcopus poteſtate ligandi & ſolvendi mihi a Deo conceſſa, omnibus, qui hanc traditionem irritam fecerint, januam vitae & regni celeſtis intercludo, januam mortis & inferni aperio, eosque diabolo eternis ſuppliciis, cum *Dathan* & *Abiron* cruciandos trado. Huic traditioni teſtes interfuerunt: *Stephanus* Wizenburgenſis Abbas. *Adelgerus* Sunnensheimenſis abbas. *Hezelinus* Spirenſis Eccleſie prepoſitus. *Burchardus* Decanus, *Gebehardus* cuſtos, *Baterichus* in Eccleſia S. *Germani* Prepoſitus. *Diemo* in Eccleſia S. *Trinitatis* prepoſitus. *Udalricus*, *Burchardus*, *Vdalrichus*, *Eberhardus*, *Volcenandus*, *Arnoldus*, *Drageboto*, *Wolffgangus*, ceterique Spirenſis eccleſie canonici. *Heinricus* prefectus Urbis *Adilbertus Hartmannus* aliique ingenui viri.

Woppo Adilott. Cuno Sigefrit. Adilbrecht, *Lemfrit* & preterea alii multi de familia eccleſie. facta eſt hec delegatio anno Dominicae incarnationis M.C.IV. indictione duo decima anno vero Epiſcopatus Domini *Iohannis* XV. Data *Lintburc* nonis Octobris, in memoriam ejusdem Domini *Iohannis* feliciter, Amen.

(a) Exhibent *de Gudenus in Sylloge Dipl. pag* 455. *Deüren in actenmäſige geſchichte Schwartzach contra Baden pag* 20. & *Schoepflinus Alſat. Diplom. Tom. I. p.* 183. ſed non ſatis accurate.

(b) *Joannes* filius *Wolframmi* Craichgoviae Comitis electus in Epiſcopum ſpirenſem 7. Martii 1090. Obiit die 26. Octobris 1104. ut teſtatur *Chronicon Epiſcoporum ſpirenſium* in noſtris *novis ſubſid. Diplom. T. I. pag.* 131. & 134.

CXX.

HENRICUS IV. IMP. RES ABBATIAE SCHWARZACENSIS COLLAPSAS RESTAURAT. DAT. XIII. OCTOBR. M.C.IV.

Ex libro Salico B. Abbatiae Schwarzacenſis pag. 17. (a)

In Nomine Sancte & individue Trinitatis, *Heinricus* tertius divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quia honorem & dignitatem noſtram, ſi Deo ſanctiſque ejus debitam venerationem impendimus, & in preſenti & in futuro ſtabiliri & ampliari certum tenemus, Deo nos ſanctiſque ejus tota cordis humilitate proſternimus

nimus, chriſtianam religionem & divinum ſervitium ubique corroborare, & dilatare omnibus modis laborantes. Quid igitur, hujusmodi ſalutifero amore ſuccenſi, de abbacia *Svarza*, que a parentibus noſtris avo videlicet *Cunrado*, ejusque filio patre noſtro *Heinrico*, Romanorum Imperatoribus Auguſtis Spirenſi Eccleſie data eſt, egerimus, notitie cunctorum omniumque *Chriſti* fidelium per preſentem cartam transfundimus, videntes itaque in eadem Abbacia, ubi temporibus parentum noſtrorum Chriſtiana religio egregie floruit, noſtris temporibus divinum ſervitium miſerabiliter aruiſſe, tum, quia bona, unde fratres Deo ibidem ſervientes ſuſtentari deberent, a Spirenſibus Epiſcopis in beneficium militibus data ſunt; tum, quia plura ejusdem eccleſie predia ob malignitatem temporum amiſſa ſunt; tum quia immoderata ſervicii exactio in abbates ab ipſis Spirenſibus Epiſcopis fiebat; graviter ingemuimus, quoniam tanta illius loci reverentia ad nihilum redacta eſt, Et quia ejusdem Eccleſie Abbatibus ſervitium unius ſeptimane quod prius inde Spirenſes Epiſcopi ſingulis annis exegerunt, in omne futurum tempus remiſimus, idque fratrum Deo ibidem ſervientium neceſſitatibus donavimus, predictum quoque Epiſcopum *Johannem* idem facere, & id ſuo privilegio & banno confirmare, rogavimus, quod facile impetravimus, quoniam & ipſe in divina religione augenda & corroboranda multum fervens fuit. ut autem iſta remiſſio & donatio a nullo deinceps Spirenſe Epiſcopo vel ab alia qualibet potente perſo-

na immutari queat, ſed in omnes inpoſterum generationes ſtabilis & inconvulſa permaneat; preſentem Cartam in teſtimonium ſcribi, eamque noſtri ſigilli impreſſione inſigniri precepimus, eamque propria manu corroboravimus. Si quis hujus precepti transgreſſor erit, ut ſepius contingit, ad cameram noſtram centum libras auri perſolvat. Signum Domini *Heinrici* tertii Romanorum Imperatoris auguſti inviɛtiſſimi. *Erlungus* Cancellarius vice *Ruthardi* archicancellarii recognovit. Data III. Idus Oɛtobris, anno ab incarnatione Domini M. C. IIII. indiɛtione duodecima regnante *Heinrico* tertio Romanorum Imperatore auguſto, anno L. Imperante autem XVIIII. aɛta *Spire* in *Chriſti* nomine, ad ſalutiferam memoriam *Heinrici* tertii — Romanorum Imperatoris Auguſti feliciter, Amen.

(a) Edidit *de Gudenus in Sylloge Dipl. pag. 453.* ſed non ſine mendis.

(b) vid. noſtra *Subſid. Diplom. Tom. 4. pag. 318. & 319.*

CXXI.

CXXI.

CHARTA BRUNONIS HONAUGIENSIS PRAEPOSITI DE VINO IN INSULA HONAUGIENSI VENDENDO. DATA AN. M.C.IV.

Ex libro jurium fol. 21. & ex libro ſtatutorum fol. 49. in tabulario Collegiatae S. *Petri* Senioris Argentinenſis. (a)

Anno ab incarnatione Domini MC.IV. Epiſcopo *Cunone*, advocato *Hugone*, *Bruno* Honaugienſis prepoſitus in inſula de vendendo vino hanc legem dedit, ut a Paſcha usque ad Nativitatem Sancte *Marie* Virginis ejusdem inſule cives, quicumque velint, vinum vendant, & unam ſitulam ejusdem vini de una quaque carrada cellerario dent. Si vero contingat prepoſitum pro neceſſitate vel clauſtri, vel fratrum vinum velle vendere, vel ſi aliquis fratrum vinum vendere velit, quod ipſe tamen non emerit, nullus interim aliud vinum audeat vendere. hec autem lex data eſt preſentibus *Bertholdo* Decano, *Wernhero* Cellerario Laicis vero preſentibus *Ebbone*, *Bezelino*, *Hugone* & aliis.

(a) Germanicum hujus chartae extractum vid: apud *Schilter in notis ad Chronicon Königshovii p. 1148, & 1149.*

CXXII.

CHARTA CUNONIS ARGENTINENSIS EPISCOPI, QUA DONATIONEM DECEM MANSUUM ET ECCLESIAE IN HARTHAUSEN FRATRIBUS SUAE ECCLESIAE AB HARTMANNO PRESBYTERO FACTAM CONFIRMAT. DATA ANNO M.C.V.

Ex libro ſalico capituli Majoris Argentinenſis fol. 72.

In Nomine ſancte & individue Trinitatis, *Cuono* divina favente clementia, argentinenſis Epiſcopus, quanto juniores tempore, tanto negligentiores, quia per plures exiſtimus & que litterarum teſtimonio non obtinemus, vetuſtate temporis amittimus. idcirco tradimus cartis, que curamus obſervare poſteris. Notum igitur eſſe cupimus tam futuri quam preſentis ſeculi hominibus, qualiter quidam laici fideles noſtri, *Regenboto*, *Sigefrit*, *Ingolt*, rogatu alterius fidelis noſtri *Hartmanni* nomine & ordine presbyteri decem manſos in marchia *Harthuſen* (a) ab ipſis, vel ab aliis proprio, ſive hereditario jure conquiſitos pro remedio anime prenominati presbyteri Eccleſie ſancte *Marie* argentinenſi, fratribusque ibidem Deo ſervientibus abſque omni contradictione cum utilitate ſubjuncta, & uno mancipio nomine *Gebba* & Eccleſia in prefato loco in honorem ſancte *Margarethe* conſtructa, libera manu tradiderunt, tradendo legitima aſtipulatione confirmaverunt, videlicet banno, areis, aedificiis, campis, pratis, paſcuis, viis & inviis, aquis, aquarumve decurſibus, ſilvis cul-

cultis & incultis, exitibus & redditibus, cum omni etiam utilitate, que nominari poteſt, ea videlicet condicione, ut idem *Hartmannus*, quoad viveret, quinque ſolidos argentinenſis monete fratribus prefatis & eorum miniſtris, in anunciatione ſancte *Marie* annuatim perſolveret; poſt mortem vero ejus, ſucceſſores ejus, quos ipſe eligeret, anniverſario ipſius tantum darent. Hujus conditionis jus Decano predicte eccleſie tradimus, & ipſius miniſterii tuicioni commendamus, quod ut ratum & inconvulſum omni permaneat evo, hanc cartam inde conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione fecimus inſigniri. hii ſunt teſtes preſcripte tradicionis. *Cuono* Epiſcopus, quo conſenciente & cujus banno confirmante, hec omnia facta ſunt. *Brun* majoris Eccleſie prepoſitus. *Woluerat* decanus, *Burchart* cantor, *Eberhart* edituus, ceterique eorum confratres, *Ansbelm* advocatus, *Diepolt*, *Ingolt*, *Reginbolt*, *Wieram*, *Sigefrit*, *Manno*, *Erbo*, *Wignant*, *Eribo*, ceterique eorum comparitatis homines, quos enumerare longum eſt. Acta ſunt hec *Argentine* anno mileſimo C. V. *Heinricho* Imperatore IIII. Auguſto, Indictione decima tertia.

(a) Hodie *Harthauſen* viculus cum Capella, una diſtans leuca ab *Hagenoa* pertinens ad hujus civitatis hoſpitale.

(b) *Hartmannum* illum ita memorat *Necrologium Eccleſiae Argentinenſis fol. 2.* = *XVII*. Kal. Februarii *Hartman* presbyter obiit: de *Harthuſen* quinque ſolidos, unde datur unicuique fratrum dena-

denarius unus, quocunque locorum ſit; quod beneficium pertinet ad Miniſterium Decani.

CXXIII.

FRIDERICUS DUX SUEVIAE ET ALSATIAE FUNDATIONEM MONASTERII S. FIDIS IN SELESTADT FACTAM A PATRE SUO FRIDERICO SUEVIAE DUCE; HILDEGARDE AVIA SUA ET OTTONE ARGENTINENSI EPISCOPO PATRUO SUO CONFIRMAT, LIMITES EIUS DETERMINAT &c. DAT. XXI. IULII MCV.

Ex veteri apographo membranaceo ſeculi XIII. in tabulario Epiſcopali Palatij Argentinenſis.

In Nomine Sanɛ̃te & individue Trinitatis. Ego *Fridericus* Dux Suevorum notum fieri volo cunɛ̃tis linea parentele mihi obligatis, tam preſentibus quam futuris in perpetuum, quod Pater meus Suevorum Dux, & frater ſuus, Dominus *Otto* Argentinenſis Epiſcopus cum matre ſua in redemptionem animarum omnium parentum ſuorum, & ſpecialiter anime fratris ſui *Conradi* ab eo poſt deceſſum ſuum ammoniti per quendam militem ſuum de *Tubelsheim* (b) *Waltherum* nomine, omnipotenti Deo, & ſanɛ̃te *Fidi* glorioſe virgini ac martyri, & Domino *Begoni* abbati (c) omnibusque conchenſis Eccleſie *Slettſtat*, & omnia que in eadem villa poſſidebant, cum eodem jure, quo ipſi tenuerunt, libera manu, nulloque contradicente, homines inpri-

primis utriusque ſexus liberos & ſervos, divites & pauperes, & terras cultas & incultas, prata & paſcua, & duas partes thelonei & banni in aqua, que dicitur ylla, (d) cum quatuor piſcatoribus, qui habent feodum a Prepoſito, quater in ebdomada ad officium Dominorum ſuorum piſcari tenentur; & duas partes nemoris ex alia parte aque quod dicitur Oeſterholtz cum paſcuis que rietum (e) ab incolis vocantur, quod foreſtarii bene cuſtodire debent, ne herbe ejusdem rieti ab ullo devaſtentur, ut, cum prepoſitus ſecare voluerit,. quanto indiguerit, & quantum voluerit ſecari faciat. Si quis vero prepoſitum vel fratres rogaverit, poſſunt & illi dare, quantum volunt. Foreſtarii quippe nulli impendere debent, niſi licentia Dominorum ſuorum. attamen & ipſi & villicus ſibi facultatem habent ſecandi, quanto indiguerint, & diſtribuere manſionariis & ſervitialibus, non quantum volent, ſed quanto videbuntur indigere, de eo, quod remanſerit. Debent foreſtarii dominum prepoſitum, & fratres ſervitiis ſuis ſepius in anno viſitare. Silvam vero, quam prediximus, ne ab incolis vel extraneis devaſtetur, ſimiliter cum multa ſedulitate cuſtodire debent, nec poſſunt in ea cuiquam aliquid dare absque licentia Dominorum ſuorum preter ſchmalholtz, quod eſt ſuum jus. Si vero in ea cujusquam vadium acceperint, illud Domino ſuo preſentare debent. cum autem tempus exegerit, retia ſua habere debent, & in ea venari. Quodſi culpa eorum aliqua ſilveſtris beſtia evaſerit, pro Cervo bovem, & pro cerva vaccam, ac pro apro porcum,

cum, & ſic de ceteris animal ejusdem generis prepoſito reſtituere debent, & in nativitate pro miniſterio ſuo Salmonem fratribus debent reddere, & dimidium modium frumenti, & quatuor nova vaſa. ſex caratas (f) vini argentinenſis menſure continentia, & dolabrum ac ſecurem, & ferraturam. XII. equis & unusquisque duos Cappones Preterea apud villam, que *Kunesheim* (g) nuncupatur, dederunt homines utriusque ſexus liberos & ſervos, vineas & terras, prata & paſcua, quantum ad ipſos pertinebant, & medietatem banni in eadem villa, tali modo, quod omnes, qui in territorio Regis ville manerent, pro aqua & lignis minutis que vulgariter Schmalholtz appellantur in utraque curia, *That*, communiter facere debent, & medietas illorum *Slettſtatt* ſervire, alteraque Regis ville. cumque placitum generale, ibi aderit, villicus de *Slettſtat* intereſſe debet, ut Domini ſui juſtitiam, ſuamque ſuper advenas exigat. quocumque enim jure univerſi advene villico abbatiſſe (h) eodem & villico de *Slettſtatt* reſpondere tenentur. Naturales vero proprium Dominum ubique ſequuntur. Et ſilva que eſt in montanis, a rivo, qui dicitur Koltzbach qui bannum ſancte *Fidei* de *Schlettſtatt*, & comitis de *Franquenburt* (i) dividit, indeque veniens *Orbeiz* (l) & usque ad montem qui dicitur verſt, aſcendit, qui & S. *Deodati*, (m) & ſancte *fidis*, ac abbatiſſe de *Andela* bannum ſeparat, illincque ex alio latere montis deſcendens usque ad aquam que *Lebra* vocatur, que bannum ſancti *Dionyſi* (n) ac ſancte

r *fidis*

fidis de *Slettſtat* ſanctaeque *Ricardis* (o) ſimiliter dividit, cuſtodiri ab utrisque foreſtariis eodem modo, quo & prenominata ſilva debet. Excepto quodam loco, qui eſt inter montes ſitus in eadem ſilva, qui ab incolis *Groba* (p) vocatur, ubi fundata eſt Eccleſia & exceptis hiis, que ad eandem Eccleſiam pertinent, unde ipſa dotata fuit, ab ipſo domno *Ottone* argentinenſi Epiſcopo, a rivulo videlicet, qui *Lutebach* dicitur, usque ad aquam que *Schera* nominatur, que bannum de *Bylſtein* (q) & de *Slettſtat* nomine tenus dividit. quare juſtitia ejusdem loci & eccleſia cum decimis ac donum ejusdem eccleſie & bannum ſimiliter proprie ac ſingulariter ad clauſtrum ſancte *fidis* de *Slettſtat* ſpectant. Sed quia fratres de Longiquis partibus advenerant, nec Linquam, nec morem terre cognoſcentes, idcirco pater meus, Dux *Fridericus*, & Dominus *Otto* frater ejus, argentinenſis Epiſcopus, materque eorum ſimul inſtituerunt, quod foreſtarius, qui a prepoſito foreſtariam haberet, ei fidelitatem cum ſacramento faceret, & cenſum & decimas de omni agricultura quoque anno eidem prepoſito redderet, & quidquid recti de juſtitia ſeu banno exiret, ſimili modo faceret. Nec habent poteſtatem foreſtarii cuilibet dandi in ea ad faciendos agros vel prata ſine juſſione Dominorum ſuorum; quod ſi fecerint, exigatur ab eis cum juſtitia. Media autem pars vadiorum acceptorum in vineis vel pratis de *Kunesheim*, ſeu nemoribus in curiam de *Slettſtat* ferri debet, alteraque ad curiam abbatiſſe. foreſtarius, qui pertinet ad cu-

riam ſanĉte *fidis* de *Sclettſtat* debet ſingulis annis pro miniſterio ſuo amam vini, & porcum trium annorum, & porcum duorum, & ſcutellas LXVI. Domino ſuo prepoſito perſolvere. facta autem hac donatione Dominus *Bego* chonchenſis abbas, & ejusdem cenobii venerabilis congregatio a Patre meo petierunt, ut, quod eis erogaverat, manu etiam ſue defenſionis protegeret, nec ad alienos heredes advocatiam de *Slettſtat* transferret, ſed ad quem ejus progeniei *Stoufa* (r) ac omnis ducatus ſpectaret, ille advocatus de *Slettſtat* exiſteret, & prepoſitum cum ſuis a malis hominibus protegeret, de hoc eodem a ſummo Deo interceſſione glorioſe virginis ac Martyris *fidis*, anime ſue, fratrisque ſui beate recordationis *Ottonis* argentinenſis Epiſcopi, atque *Conradi*, matrisque eorum exſpectaturus ſalutem. Ipſe vero devote eorum petitioni adquievit, Ideoque ego bono exemplo mei patris admonitus, precibusque fratrum predictorum ductus, officio pietatis eos, & ſua ulnis charitatis amplectens in tutelam dextere mee adverſus omnium impugnationem ſuſcipio, idemque ſucceſſoribus meis pia viciſſitudine agendum mando. Et ut hec illibata permaneant, impreſſione mei ſigilli corroboro, S. Domini *Bertrami* prepoſiti de *Slettſtat*, preſentibus *Alberto* venerabili ejusdem loci ſcholarum Magiſtro & Capellano Domini Ducis *A.* ſimiliter nomine, & *Hermanno* comite de *Frobac*, & fratre ejus *Alberto* nomine, ac *Waltbero Colba*, & *Rodegero* de *Haganoba*, & *Hutta* ſculteto de *Slettſtatt* cum filiis ſuis *Gerungo* & *Manegoldo*,

goldo, & *Malngot* de *Burner* eum fratre ſuo *Cuntuanno*. Acta ſunt hec, & feliciter confirmata anno Incarnationis Domini noſtri *Iheſu Chriſti* milleſimo centeſimo quinto, indictione decima tercia duodecimo calendas auguſti, Luna prima, regnante *Henrico* quarto Romanorum Imperatore ſub *Cuonone* argentinenſi Epiſcopo. *S. Burchardi* majoris Ecclesie prepoſiti, *Heroldi* Cantoris, *Wernero* Camerario, *Mannone* argentinenſi notario. de *Sancto Thoma*, *Conone* Prepoſito, de *Sancto Petro Hezelone* prepoſito, ceterisque quam plurimis ejusdem ordinis.

(a) *Fridericus* cognomento Luſcus ſive *Cocles*, qui patri an. 1105. in Ducatibus Sueviae & Alſatiae ſucceſſit. Obiit an. 1147. in Abbatia S. *Walburgis* ſepultus.

(b) Hodie *Diebolsheim*.

(c) *Begonem* Abbatem Conchenſem an. 1105 adhuc fuiſſe inter vivos patet ex *Galliae Chriſtianae Tom. I. p. 244.*

(d) Fluvius *Ellus* ſive *Ill*, qui *Seleſtadium* alluit.

(e) Hodie *Riet*.

(f) Id eſt Cantharus unde vox Germanica *Kanne* & gallica *Canette*.

(g) *Kiensheim* prope *Seleſtadium*, latine dicitur: *Regis villa*.

(h) Abbatiſſa Andlavienſis, quae tunc bona in *Kiensheim* poſſedit.

(i) Caſtrum *Franckenburg* ad Vallis Villerienſis oſtia monti inſidens nomen dedit Praefecturae Franckenburgenſi, quae a longo tempore comitum bannus, le comte ban dicitur. Pertinuit olim ad comites Werdenſes, dein Alſatiae inferioris Landgravios, a quibus ad Epiſcopum & ab eo ad Capitulum Argentinenſe pervenit.

(l) Hodie *Orbei.*
(m) Capitulum S. *Deodati* in Lotharingia.
(n) Id eſt Prioratus Lebrahenſis qui pendebat ab Abbatia S. *Dionyſii.*
(o) Andlavienſis Abbatiae a S. *Richarde* fundatae.
(p) Hodie vicus *grube, fouchy.*
(q) Caſtrum *Bilſtein.*
(r) Id eſt Domus de *Hohenſtauffen*, qûae tot Ducibus & Imperatoribus dedit originem.

AD GESTA
SUB
GERLACO ARCHIEP. MOG. (*)

CXXIV.

GERLACUS ARCHIEP. MOG. COMITES PALATINOS IN AUXILIUM VOCAT &c.

Wir *Gerlach* von gotz gnaden dez heiligen ſtules zu *Mentze* Erzebiſchoff dez heiligen Romeſchen Riches durch Dutſchelant Ertzekantzeler erkennen offenbar an diſem brieue und dun kunt allen luden wan Her *Heinrich* von *Virnenburg* zu einem male Ertzebiſchoff dez vorgenanten unſers ſtules, der Capitel do ſelbes und ire gewalt uns wider Got reht und beſcheidenheit, unde des ſtules von *Rome* gnade, irrent, hindernt, geirret und gehindert hant, daz wir unſer Biſtum vorgenant unde

(*) Vid. Index Chronologico-Diplomaticus ad Tomos XIII. Subſidior. Diplomaticorum ubi plura reperies.

unde waz darzu horet, ez ſie geiſtlich oder wertlich nit han, halden, beſitzen, noch gebruchen mugen als daz gottelich reht unde billich were, die unreht unde gewalte abe zutunde abe zelegende und weriede, und umbe reht, ere und nuetz unſers vorgenanten ſtifftes wider zebringene ſterckine und zu beſſerne alſe wir ſchuldig iin ſo geloben wir dem durchlichtigen furſten herrn *Ruprechten* Pfallentzgrauen bi dem Rine, Hertzogen zu Beyern unſerme lieben neuen und obe er ſturbe daz Got verbiede ſinen erben die noch ime werdent *Heidelberg* werdent beſitzene umbe Rat und helffe wider die vorgenante Herrn *Heinrichen* ſtifft und Capitel funfzig duſint cleine guldinen genant von florentien ſwere gnug, genge und gebe, darvor ſullen wir in ſetzen zu pandt, unſire burge *Richenſtein ſchawenburg* und *furſtenowe* mit allen dorfern gerichten, luden, gudern, gulden, waſſern, welden, und weiden, rechten und gewenden die darzu horent und gehoret hant, und darzu furthen, mit allen den dorfern und gerihten luden und gulden die in die ober Aptye horent und gehort hant, geſucht und ungeſucht entz nicht usgenomen mit namen waz ime von des ſtifftes wegen von *Mentzen* abe geſprochen wart alſo wanne wir enpangen werden, von unſern Dumherren oder dem merrendeile in unſer Biſtum komen und daz inne han one geuerde ſo ſullen wir herrn *Ruprechten* und ſinen erben vorgenanten antworten und dun antworten allez daz daz do vor iſt benant, vor die obgenante ſumme geltes one

 alle

alle hinderniſſe und geuerde und ſullen ſie daz han, nutzen und gebruchen, die wile wir leben zu allem irme willen und nutze und enſullen wir iz ouch nit loſen, oder dun loſen umbe ſie die wile wir leben. Iz iſt ouch geret umbe *ſchauwenburg* daz ſie daz loſen ſollent und mugent umbe ſoliche ſumme geldez alz ez verſezet iſt vor dem datum dieſes briues und alſe die brieue ſagent die dar under geben ſint unde daz ſelbe gelt ſol man in wider geben und bizaln mit der ſumme geldes alſe vor iſt benant, mit allen underſcheiden als vorgeſchriben ſtet, Ez iſt ouch geret umbe *furſtenowe* daz wir daz brechen oder antwirten ſollen hertzogen *Rutprechten* oder ſinen erben vorgenant welchiz wir wellen, daz ſol an uns ſtan. Were ouch daz wir in gewinnen in diſeme Kriege veſtenen, die zu horent unſerme ſtiffte vorgenant die ſullen wir antwirten, und in geben den Edile herrn *Gerlache* unſirme Vadire *Adolphe* und *Johannen* unſern brudern *Johanne* unſerme neven von *Naſſowe* daz die viere ſunder und ſament ſullent die veſtenen inne han und domide ouch warthen Hertzoge *Rutprechte* und ſinen erben vorgenant alle tage, bitz in wirt gehalden und vollefurt allez diz daz de vorbenant iſt wir enſullen noch enmugen uns ouch nit verſunen noch friden mit herrn *Heinrichen* und Capitel vorgenant ane willen unde wiſſende Hertzoge *Rutprechten* und ſiner erben vorgenant noch ouch ſin her wider ane uns, ane alle geuerde. zu merre ſicherheit aller ſtucke und ſtucken vorgenant han wir in zu Gyſel geſetzet

zet uns ſelbir, hern *Gerlachen* unſern Vader *Adolphe* und *Johanne* unſer bruder *Johan* von *Naſſowen* obgenanten unſern neuen und herrn *nyclawes* Probſt zu ſante *Victore* bi *Mentze* alſo obe Hertzoge *Rutprecht* und ſinen erben vorgenant gebrochen und nit gehalden wurde waz vor iſt benant ſunder oder ſament, daz Got verbiede, ſo ſuln wir ſelbit und unſer midegiſele vorgenant unſer jegelich ſelben vierde Ritter oder Rittermeſiger Edelre Knechte die zu wapin ſint geborn, ane wir *Johan* Greue von *Naſſowe* vorgenant von *Hademar* wand wir Giſelſchafft verſworn han ſullen *Johannen* unſern ſun mit ſime ſelbes libe mit ſamint drien Rittern und dryen Edeln Knechte vor uns und one wir *Niclaws* Probſt vorgenant ſullent alleine mit unſer ſelbes libe, die andirn Gyſele mit unſern ſelbis liben als vor iſt benant zu ſtunde bin aht dagen ſo wir gemanet werden ane vorzog komen in der dryer Veſten eine *Bacherache*, *Alzei*, oder *Winheim* in der bergſtraſen wo wir Giſeln wollen in Giſelſchafft do ligen, niemer von dannen komen Hertzoge *Rutprechte* und ſinen erben vorgenant enſi von erſten gehalden geſchehen, und vollenfurt allez daz hie vorgeſchriben ſtet. ſturben Ouch der Gyſele einre oder me daz Got verbiede, wir ſolden bin den erſten vier wochen, ſo wir dez ermant worden, einen andern oder me glichen guden an den abegangen ſtat, oder an jegeliches gyſels abegangen ſtat einen herren der zehen milen bi dem *Ryne* geſezzen ſy und veſten haben ſetzin hertzogen *Rutprechte* von ſinen Erben obegenant

 de-

dedln wir des nit wir und die andern gyſele gemant ſulden in varn zu ſtunt unde in gyſelſchafft ligen wie vor iſt benant bit daz ander Gyſel geſetzet werden. Alle dieſe obgenanten ſtucke und artickel ſunder unde ſamint wie ſie vor ſint benant, geloben wir *Gerlach* Ertzebiſchoff vorgenant und alle unſer midegyſel vorgeſchriben und han gelobet hertzogen *Rutprechte* und ſiner erben egeſchriben mit guden truwen und han in des geſworn zu den heilgen, ſtede, veſte und unzerbrochen zu haldene uſſgeſcheiden alle argeliſte die yeman kan gedencken. Unde obe wir alle oder unſer ein deil, darwider reden, und derſelben ſtucke eins oder me brechen, wer under uns daz breche der were truwelos, erenlos meynedig in des Pabeſtes banne und Ryches achte, und en mochte noch entſolde in nieman do von abſolviren noch enbinden. Wir *Gerlach Adolph*, *Johan*, *Johan* Greuen und *nyclawes* Probeſt vorgenant Gyſele erkennen daz war iſt, unde wir ſtede wollen und ſullen halden, allez daz do vor ſtet geſchriben. zu eime rehten urkunde und gantzer ſtedickeit henckin wir *Gerlach* Ertzebiſchoff *Gerlach Adolph. Johann. Johann.* Greuen vorgenant und *Nyclawes* der vorgenante Probeſt, alleſamint unſern Ingeſigeln an diſſen brief, der geben iſt uff ſante *Margarethen* dag der heiligen Iuncfrowen do man zalte nach *Criſtus* geburte drutzehenhundert jare, in dem vierzigeſten und ſiebenden jare.

13. jul.

CXXV.

CXXV.

GERLACUS COMITES NASSOVICOS CONTRA HENRICUM DE VIRNENBURG AUXILIATORES CONQUIRIT.

Wir *Gerlach* von godes gnaden dez heiligen ſtules zu *Mentze* Ertzebiſchoff, unde des heiligen Romeſchen Riches uber tutſchelandt Ertzekantzeler dunt kunt allen den die diſen brief ſehent oder horent leſen, daz wir den Edeln Herren *Adolfe* und *Iohann* graven zu *Naſſowe* unſern lieben brudern umb ſolichen dienſt und hulfe die ſie uns dun ſollent bit libe bit gude bit lande bit luden unde bit iren ſloſſen nach aller irer muge, ane argenliſt, uns zu unſime ſtiffte zu *Mentze* zu helfende und zu bringene gen herr *Heinrich* von *Virnenburg* unde allen die uns unſern ſtifft vor behabent und uns daran hindernt, han gelobet unde geloben an diſeme brieue vier und zwentzig tuſint cleiner guldin von florencie der wir ſie bezalen ſollen gutlich und gentzlich wanne wir unſern ſtifft in gewienen ane geuerde. wan ſie nu dis vorgenante gelt geben muszen, Rittern und Knechte umbe Dienſt und Koſt, die ſi ſwerlich uns zu hulfe an ſich muszent gewinnen, ſo geloben wir in und iren erben daz wir ſi, ſo balde wir unſern ſtifft in gewinnen, und geweldig werden unſerre zolle, ſo ſullen wir ſie ſetzen zu *Erenfels* in vier Turnoſe, doinne ſollen ſie getruwelich ſitzen, alſe lange biz ſi die vorgenante ſumme gudes uf gehebent gentzlich und gar were es onch

 ia-

ſache , daz wir des vorgenanten zolles zu *Erenfels* nit erhaben mohten oder kunden welchen zoll wir dann in gewunnen oder haben mohten da unſere vorgenante Bruder mit begnugete daruf ſullen wir ſi bewiſen und darin ſetzen vor alſe vil geldes alſe do vorgeſchriben ſtat, und, nimmer ſie daran zu drengende, oder zu hindernde oder niman von unſert wegen durch kein der ſachen wellen die menſchen hertze erdencken mag. Wir beckennen uns ouch were es ſache daz wir unſerne zolle keines gewalt haben mohten, unde anders unſern ſtifft in gewunnen ſo ſollen wir und wollen ſie und ire erben uf ander unſer gut bewiſen vor alſe vil geldes, alſe dovor geredet iſt, do nide in gnuglich ſi. were ez aber ſache daz Got uber uns gebüde e wan ſie bezalet wurden dez vorgenanten geldes, ſo wollen wir daz unſer ſtifft zu *Mentze* und wer nach uns da Ertzebiſchoff wirt, verbunden ſi, in und iren erben, daz vorgenante gelt zu bezalene alle diſe vorgeſchribene ſtucke und artickel und ir jegelichen beſunde geloben wir *Gerlach* Ertzebiſchoff vorgenant in und irre erben veſte und ſtede zu haldene in guden truwen an eides ſtat, und mit unſerme fürſtlicher ere ane alle argenliſt unde genuerde. Unde dez zu urckunde unde zu merer ſicherheit, ſo han wir unſer Ingeſigel an diſen brief gehangen, der wort geben an ſante *Margareden* dage der heiligen Iuncfrowen dez jares do men zalte noch Godes geburte, drutzehen hundert jar unde ſieben und vierzig jar. 13 Iul.

CXXVI.

CXXVI.

IUDEN ZU DIEPURG SCHWÖREN DEM ERTZSTIFFT VERBUNDEN ZU SEYN.

Ich *ſeckelin* ich *David*, und ich *Quebir* Knecht Iudin burger zu *Dipperg*, beckennen uns uffinlichen, und tun kunt allen ludin. Daz wir geſworin und globit han mit eydie und mit truwen alſo judin zu rechte ſwerin und globin ſollin, vor dem faude, vor den ſcheffin vor manigune manne.. daz wir unſerme herrin von *falckinſtein* und dem ſtiffte zu *Mentze* nit in pharin ſollin durch de keynerhandt ſache dy wile und alſo lange unſir herrn von *falckinſtein* vormunder iſt, des ſtyftis zu *Mentze* .. alſo beſcheidenliche wanne unſir herre von *falckinſtein* abegyenge und numme vormunder were.. ſo ſollin wir doch dem ſtiffte virbundin ſin glicher wiff alſo da er an dem ſtifft quam ane alle argeliſte .. und des zu eyner ſycherheit ſo han wir vorgenantin judin gebedin. die burgermeyſter und die ſcheffen zu *Dyppurg* daz ſie ir der ſtede Ingeſigel gehenckit hant an dieſin brief. und wir Burgermeiſtere und ſcheffen von wir dieſe vorgeſchrieben eyde und globide der judin gehoret, und geſchin han und vor uns geſcheffin iſt.. ſo han wir durch bede der judin unſir der ſtede Ingeſiegel gehenckit an dieſen brieff. Datum Anno Domini MCCC.XLVIII. In dominica poſt beati *Martini* Epiſcopi.

16 Nov.

CXXVII.

HIE VERZIHENT DIE DUMHERREN UF GEUENKNUSSE UND BEKENNENT DAZ IN GEBEZZERT SIE.

In nomine Domini Amen. Nos *Heinricus* de *Byenbach* cuſtos. *Conradus* de *Ryperg*. *Conradus* de *Steckelenberg*, *Heinricus* dictus *Schetzelin* & *Lutherus* de *Buches* canonici Majoris ac *Conradus* de *Spiegelberg* Prepoſitus ſancti *Mauritij* Maguntin: Eccleſiarum recognoſcimus & tenore preſentis inſtrumenti publici ad univerſorum noticiam cupimus pervenire, quod cum nuper in civitate Maguntina in negocio electionis Prepoſiture Eccleſie Maguntine predicte quedam inſolencia per quosdam ex nobis perpetrata fuiſſet, prudentes viri Magiſtri civium ſeu Rectores conſules cives ac populus civitatis predicte exinde commoti & furore incenſi manus armatas in nos injecerunt, nos una cum aliquibus militibus & armigeris ac ceteris hominibus nec non familiaribus noſtris citra leſionem corporum captivando, captivos ſecum ducendo & captivos aliquamdiu eciam detinendo, poſtmodum vero facta inquiſitione & comperta veritate per dictos Rectores conſules atque cives de premiſſa inſolencia & ejus circumſtantiis iidem nos ac alios omnes & ſingulos quos captivos nobiſcum detinuerant, liberos dimiſerunt noſtrisque ſuperioribus ac nobis omnibus & ſingulis de hujusmodi nobis illata injuria emendam ac ſatisfactionem condignam ſufficientes & honorificas pro noſtro beneplacito fe-

fecerunt & etiam preſtiterunt ac ſuper premiſſis & ea quoque modo tangentibus ſumus cum eisdem rectoribus conſulis civibus ac univerſitate mediantibus amicis noſtris hinc inde communibus ad invicem in amicitia complanati in tantum quod nos omnes & ſinguli ſupradicti non vi non dolo nec metu coacti vel inducti ſed ſponte & liberaliter renunciavimus coram notariis publicis & teſtibus infraſcriptis & in hiis ſcriptis renunciamus pure ſimpliciter & in totum pro nobis ac omnibus & ſingulis conſanguineis adjutoribus fautoribus & amicis noſtris absque omni dolo & fraude omnibus litibus accionibus & queſtionibus que nobis aut alicui noſtrum predictos rectores conſules cives ac univerſitatem aut ipſorum adjutores fautores ſervitores vel ſequaces nec non contra quoscunque alios in genere & in ſpecie qui in premiſſis nobis illatis gravaminibus conſilio vel auxilio verbo opere ſive facto culpabiles extiterunt competebant aut competere poterant communiter vel diviſim, & juravimus coram eisdem notariis & teſtibus tactis per nos corporaliter ſacroſanctis Dei Ewangeliis voluntarie ut predicitur non coacti quod dictam injuriam aut gravamina ſupradicta ſeu alia quecunque expreſſa vel non expreſſa nobis aut noſtrum alicui communiter vel diviſim premiſſorum occaſione pro tunc ſeu poſtea usque in hodiernum diem illata, nullo unquam tempore vindicabimus aut vindicari faciemus ſeu procurabimus per nos vel alium ſeu alios verbo opere ſive facto directe vel indirecte publice vel occulte nec ipſos rectores con-

conſules cives aut univerſitatem ſeu ipſorum adjutores fautores vel ſervitores aut quemquam ex eis communiter vel diviſim ſuper premiſſis vel ea quoquo modo tangentibus aut eorum occaſione ullo unquam tempore inquietabimus ſeu vexabimus in judicio vel extra judicium aut eos vel eorum aliquem moleſtabimus quacumque arte vel ingenio ſeu quovis queſito colore per nos vel alium ſeu alios pro nunc vel etiam in futurum. Promiſimus etiam & in hiis ſcriptis promittimus ſub virtute predicti per nos preſtiti juramenti quod predictos Rectores conſules cives aut univerſitatem ſeu populum civitatis predicte in impetranda abſolutione ac diſpenſatione eis ſuper premiſſis neceſſaria nullatenus impediemus aut impediri procurabimus per nos vel alium ſeu alios directe vel indirecte publice vel occulte, Immo eos quo ad impetracionem hujusmodi promovebimus verbis factis & ſcriptis noſtris pro poſſe & noſſe ſine dolo & fraude, ubi quando & quociens nos ab eisdem fuerimus requiſiti, hoc dumtaxat excepto quod pro dicta abſolucione ad curiam Romanam non ibimus propriis in perſonis ſed alias predictos Rectores conſules cives & civitatem Moguntinam favoribus & honoribus proſequemur, renunciantes quo ad premiſſa ac ea quoquo modo tangentia omnibus privilegiis & graciis impetratis undecunque & etiam impetrandis ac generaliter omnibus & ſingulis exceptionibus oppoſitionibus & defenſionibus que nobis aut alicui noſtrum in genere vel in ſpecie communiter aut diviſim contra premiſſa vel eorum aliquod

quod poſſent ullo unquam tempore in judicio vel extra judicium quomodolibet ſuffragari & ſpecialiter juri dicenti generalem renunciationem niſi in caſibus non valere. In quorum omnium & ſingulorum evidens teſtimonium ac debitam roboris firmitatem preſens inſtrumentum publicum ſcribi fecimus & ſigillorum noſtrorum voluimus appenſionibus communiri. Acta & geſta ſunt hec in civitate Maguntina in curia habitationis honorabilis viri Domini *Conradi* de *Steckelenberg* canonici Eccleſie Maguntine ſuperius nominati in orto ſeu pomerio ejusdem curie ſub anno Nativitatis Dominice Milleſimo CCC° quadrageſimo octavo. Indiccione ſecunda Pontificatus ſanctiſſimi in *Chriſto* Patris & Domini noſtri Dñi *Clementis* digna Dei gratia Pape VI. anno ſeptimo menſis ſeptembris die viceſima ſexta que fuit feria ſexta proxima ante feſtum beati *Michahelis* Archangeli hora diei ejusdem poſt pulſum completorii preſentibus & aſtantibus nobili viro Domino *Conrado* Domino de *Trimperg* ac ſtrenuis viris Dominis *Nicolao* & *Nicolao* dictis de *Scharpenſtein* *Wilhelmo* de *Caldenvels* *Iacobo* & *Anthelmanno* dictis von dem *Graswege Heylmanno* dicto de *Prumheym* & *Ruperto* de *Buches* militibus ac ſapienti viro Magiſtro *Conrado* de *Auguſta* clerico & ſecretario civitatis Maguntine predicte & diſcretis viris *Philippo* dicto *Bon* canonico eccleſie ſancti *Mauricii* Magunt: ſupradicte & *Heinrico* dicto *Beyer* de *Auguſta* notario ac pluribus aliis clericis & laicis teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis. Et ego *Heinricus Heinrici*

ci de *Auguſta* clericus Maguntinus publicus Imperiali auctoritate notarius recognicioni renunciacioni juramentorum preſtacioni & promiſſioni ſupradictis, dum ut ſic agerentur & fierent preſens interfui, una cum Magiſtro *Ulrico* de *Fryſinga* notario ſubſcripto & teſtibus prenotatis, easque ſic fieri vidi & audivi, ideo hoc preſens inſtrumentum publicum de mandato ſupradictorum Dominorum prepoſiti & canonicorum exinde confeci manu propria ſcripſi ſignoque meo ſolito & conſueto ſignavi rogatus in teſtimonium premiſſorum.

Et ego *Ulricus* quondam *Marquardi* de *Friſinga* commorans *Maguncie* publicus Imperiali auctoritate Notarius quia recognicioni renunciacioni juramentorum preſtacioni & promiſſioni ſupra ſcriptis dum ſic ut in preſenti inſtrumento ſcribuntur agerentur & fierent preſens interfui, una cum Magiſtro *Heinrico* de *Auguſta* notario publico preſcripto ac Dominis teſtibus ſupra ſcriptis, ideo eidem Magiſtro *Heinrico* in preſenti inſtrumento manu mea propria me ſubſcripſi ipſumque inſtrumentum meo ſigno ſolito & conſueto ſignavi requiſitus in evidens teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.

CXXVIII.

CXXVIII.

DIZ INSTRUMENT BESAGT DAZ HER KUN VON FALKENSTEIN SWURE IN DER KIRCHEN ZU COSTHEIM DIE SUNE.

In nomine Domini Amen. Per hoc preſens inſtrumentum publicum univerſis chriſti fidelibus potiſſime tamen hijs quorum intereſt ſeu intererit pateat evidenter, quod ſub anno nativitatis Dominice Milleſimo CCC XLVIII° Indiccione ſecunda Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Clementis* digna Dei gratia PP. VI. anno ſeptimo menſis octobris die quinta que erat dies Dominica proxima poſt feſtum ſancti *Remigij* confeſſoris hora diei ejusdem quaſi circa horam terciam conſtitutus in preſencia mei publici Imperiali auctoritate notarij ſubſcripti & teſtium infraſcriptorum ad hoc vocatorum & ſpecialiter rogatorum in eccleſia parochiali ville *Coſtheim* ſite ſuper Renum ex oppoſito civitatis Moguntine honorando viro Domino *Cunone* de *Valkenſtein* Scolaſtico & proviſore eccleſie Moguntine ex una ac prudentibus viris Dominis *Erwino* dicto zu der *Sumerwunne* & *Craftone* dicto *Kannegiezzer* Magiſtris civium ſeu Rectoribus dicte civitatis Maguntine parte ex altera. Idem Dominus *Cuno* de *Valkenſtein* ibidem publice & expreſſe recognovit & dixit, quod cum ſuper diſcordia jam nuper ſuborta inter Reverendum Patrem Dominum *Heinricum* Archi Epiſcopum Moguntinum ipſumque Dominum *Kunonem* tanquam proviſorem ac ipſam eccleſiam Maguntinam

nam ex una & prudentes viros Magiſtros civium ſeu Rectores conſules cives ac univerſitatem civitatis Maguntine predicte parte ex altera ob id & ex eo quod jam dicti Rectores ſeu Magiſtri civium ac quedam ſingulares perſone dicte civitatis manus Injecerunt in honorabiles viros Dominos *Heinricum* de *Byenbach* Cuſtodem, *Conradum* de *Ryperg*, *Conradnm* de *ſteckelenberg Heinricum* dictum *Schetzelin* & *Lutherum* de *Buches* Canonicos majoris *Conradum* Prepoſitum ſancti *Mauricij* & *jacobum* de *Pingwia* Canonicum ſancte *Marie ad Gradus* Maguntin: Eccleſiarum eosdem una cum nonnullis militibus & armigeris & quibusdam alijs hominibus captivando ac captivos aliquamdiu etiam detinendo, compoſicio amicabilis ſub certa forma per nobiles viros Dominos *Conradum* pincernam de *Erpach Conradum* de *Trimperg* & *Conradum* de *Bickenbach* Barones ac ſtrenuos viros Dominos *Fridericum* dictum zum *Volrades*, *johannem* de *Waldecken* Marſchalcum de *Lorche*, *Nicolaum* de *Scharpenſtein*, *Dilonem* dictum *Winter* & *Symonem* dictum *Breomſer* milites nec non prudentes viros *Bechtolfum* dictum *zum Drutkind* & *Conradum* dictum zu *der Ruſen* conſules Wormatienſes a dictis partibus ad hoc aſſumptos & electos tanquam mediatores pacificos facta eſſet & etiam ordinata ſecundum omnem modum formam & tenorem prout in quadam carta papirea que ibidem inducta fuerat, continebatur, ipſe Dominus *Cuno* formam & tenorem ejusdem compoſitionis de verbo ad verbum cum ſingulis ipſius articulis alias legi audiviſſet ac litteram deſuper

ſuper in vulgari conſcriptam ſuo ſigillo cereo pendenti una cum ſigillo prefati Domini Archi Epiſcopi etiam ſigillaſſet, ex qua quidem littera predicta carta papirea & in ipſa contenta transumpta fuerint de verbo ad verbum fideliter & tranſcripta, nil addito vel detracto & promiſit idem Dominus *Cuno* fide ſua corporali ibidem preſtita in manus predictorum Dominorum *Erwini* & *Craftonis* Rectorum nomine dicte civitatis Maguntine ſollempniter ſtipulancium ac etiam tactis per ipſum manu ſua dextra ſacro ſanctis Dei Ewangelijs corporale preſtitit juramentum, quod ipſe Dominus *Cuno* eandem compoſitionem in ſingulis ſuis articulis atque membris ratam firmam & gratam absque omni dolo & fraude inviolabiliter obſervabit Tenor autem dicte compoſicionis ſic incipit: Wir *Heinrich* von Gots Gnaden . . . &c. & ſic finit der gegeben iſt zu *Eltvil* da man zalt von *Criſtes* geburt Druzehen hundert jar und in dem echt und viertzigſten jare an dem ſamzdag vor ſant *Michels* dage. Acta & geſta ſunt hec videlicet recognicio, fidei dacio & juramenti preſtacio ſupradicte Anno Domini, Indiccione Pontificatu, menſe, die hora & loco ſuperius in hujus inſtrumenti principio deſignatis, preſentibus honorabilibus viro Domino *Conrado* Prepoſito Eccleſie ſancti *Mauricij* Maguntſuperius nominato ac ſtrenuis viris Dominis *Heylmanno* de *Prumheim* *Antelmanno* dicto von dem *Graswege* & *Lamperto* de *Schönenburg* militibus & *Herbordo* de *Hexheim* ſervitore predicti Domini

27. Sept.

Cunonis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et Ego *Heinricus Heinrici* de *Auguſta* Clericus Maguntinus publicus Imperiali auctoritate Notarius recognitioni fidei dationi & juramenti preſtationi premiſſis interfui una cum teſtibus prenotatis easque ſic fieri vidi & audivi, Ideo hoc preſens inſtrumentum publicum exinde confeci, manu propria ſcripſi, ſignoque meo ſolito & conſueto ſignavi rogatus.

CXXIX.

OBLIGATIO CASTRI ELNHOUG ILLIS DE HATZFELDT.

Wir *Guntram* und *Crafft* Rittere gebrüdere von *Hatzfeldt*, bekennen an disme uffenen bribe, das der Edle herre, herr *Cune* von *Falckenſtein* dumprobſt und vormunder des ſtiffts zu *Mentze*, mit willen und wiſſen des Erwirdigen in Gode Vaters und herrn, unſirs herrn herren *benriches* Ertzebiſchoues zu *Mentze*, verſaſt hat und unſen rechten erbin, das huſſ zu dem *Elnbouge*, und des ſtifftes theil zu *Wettere*, mit allem dem das darzu gehört, ahn gerichten, an gulden, an gefellen, an Welden, an waſirn und an weiden, wy die genant ſin, irſucht und unirſucht, vor drittehalb duſint punt, hellere wehrunge, als zue *Franckinford* genge und gebe iſt, die wir yme und deme ſtiffte zu *Mentze* an geredeme gelde gelehen und bezalt han, und andir werb, vor funffhundirt punt hel-

hellere derſelben werunge, die der ſtifft mir *Guntrame* ſchuldig was, um die verluſt die ich by dem biſchoffe von *Trire* zu der zyt da er vormunder des ſtiffts was zu *Duringen* virlos, da ouch ich gefangen wart, und dan andir werbe vor funfhundirt punt hellere, der vorgenanten werunge, die uns beden ſament der ſtifft ſchuldig was, um den ſchaden der uns geſchach in dem Kriege, den wir mit dem ſtiffte hatten, da *Werner Schencke* dot bleib, dem Gott gnade, wan das in der Summe beſaget wart, der ſummen geldes iſt zu ſamene dru duſint und funfhundirt punt hellere, werunge als zu *Franckford* genge und gebe iſt, daruor uns und unſen rechten Erben das vorgenanten huff und was darzu gehört, verſaſt iſt, als vorgeſchriben ſtet, alſo beſcheideliche wanne der vorgenante von *Falckinſtein* oder wer den ſtifft zu der zyt inne hat, uns oder unſen rechten Erbin gebent oder bezalent, die vorgeſchrieben dru duſent und funfhundirt punt hellere, ſo ſulle wir jm — oder wer den ſtifft zu den zyden innehat, das hus *Elnboug* und *Wettere*, und was darzu gehört, ledig und los wider antwurten, ane allerleige widerrede und argeliſt. Und inſullen wir ouch daruff keinerleye Schaden koſt noch virluſt ſlahen, oder reichen ouch iſt geredt, das wir die vorgenanten Lute und gut, die zu den sloſen horint gedrueliche virteidingen, und virantwurten ſullen, und ſy zu keinen ungewonlichen dienſte noch Schazunge dringen ſullen, dan als von alter gewonlich iſt geweſt, Ouch ſullen wir ſin dem ſtiffte oder wer den

den ſtiffte innehat von *Mentze* zu zyden die vorgenante ſloſſ und veſten, *Elnboug* und *Wettere*, uffen ſin, darus und darin zu behelffen wider allermenechen, wanne und wy dicke jm und dem ſtifft des noid geſchyt, ſo ſullent ouch ſy beſtellin mit kuſten und mit Luden, das wir ane Schaden ſin, des huſes ane argeliſt. Und wer ſin oder des ſtiffts hauptman geſaſt wirt uff das hus, der ſal uns einen gantzen Burgfrieden globen undt ſweren, di wile er uf dem huſſ iſt, Wurd ouch das hus virlohren von des ſtifftes wegen ſo ſulde der ſtifft uns oder unſere erbin das vorgenante gelt gelden und betzalen, wurd aber das hus von unſir wegin virloren, ſo ſulde wir unſir gelt virlorn han, und der ſtifft das hus. Ouch ſullent uns und unſen erbin, Burgman, burgere, turnhudere, und portnere hulden und ſweren zu unſirme gelde und dem ſtiffte zu dem Sloſe. Und inſullen wir keinen thurnhuder oder portenere uf das huſſ ſetzen er inhabe dan daſſelbe unſirm vorgenanten herrn herrn *heinriche* Ertzebiſchoue zue *Mentze*, dem von *Falckenſtein*, oder wer den ſtifft zu geziden inne hat, globit und geſchworen ouch inſullen wir jn, noch dem ſtifft noch des ſtifftes undertanen keinen ſchaden tun, oder nyemans enthalden, der jn oder dem ſtiffte ſchaden teide von dem ſelben huſſ. Ouch iſt gered, das anſprache und forderunge die wir zu dem ſtifft gehat han, bis uffe diſin daige hude, und ob wir keine bribe han um ſchult, di ſullen alle ab und tod ſin, und keine macht han, Ouch inſullen wir nyemans viegent werden, von des ſtiffts

we-

wegen, Is in ſy dan mit unſirme guden willen, dan wir ſullen dem ſtiffte getruelichen behůlfen ſin, als amptlude bilche dun ſullen. Alle dieſe vorgeſcribene ſtucke und artickele han wir vor uns und unſe Erbin in truwen gelobet, und zu den heiligen geſchworen, ſtede und veſte zu haldene, ane alle geuerde und argeliſt. Des zu orkunde, han wir beide vor uns und unſe rechten unſe Ingeſigele an dieſem brieb gehangen, der gegeben iſt zu *Eltuil* uf ſente *Niclaus* dag da man zalte nach Godes geburte Druzehenhundirt jar, in dem acht und virzigſten jar.

6. Dec.

CXXX.

ERNUWUNGE UND GABE MIT SAMPT EINER BESTEDIGUNG ALLER GIFFTEN FRYHEIT UND RECHTE DES STIFFTS ZU MENTZE BISCHOF GERLACH GEGEBEN.

K*arolus* Dei gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus & Bohemie Rex ad perpetuam rei memoriam. Ad hoc ſummi diſpenſationem conſilii cui non communicant conſilia aliena principalis obtinuimus monarchiam dignitatis Romanique Imperii ſuſcepimus diadema ut ſi ad aliqua extrinſica debita ſollicitudo nos provocat ad ea tamen que ſtatum felicem & incrementum libertatis eccleſiaſtice tanto uberius & ſpecialius intendamus quanto noſtrum pre ceteris principibus erexit ſolium

 cele-

celeſtis providentia redemptoris. ſane ad noſtre venerabilis *Gerlacus* Archi Epiſcopus Maguntinus noſter & ſacri Imperii princeps conſanguineusque cariſſimus accedens preſenciam majeſtatis nobis humiliter ſupplicavit, quatenus privilegia libertates jura & poſſeſſiones prefate eccleſie Maguntine approbare & confirmare noſtra auctoritate regia dignaremur, nos itaque prefati Archi Epiſcopi pro quo quod de ydemptitate ſanguinis taceamus quo eidem indiſſolubili modo conjuncti ipſum ſpecialibus multiplicium virtutum prerogativis & meritis inſignitum ſpecialibus honorum & favorum privilegiis non immerito proſequimur fidei & devocionis ad nos approbata conſtancia & obſequiorum nobis Romano regno & ſacro Imperio per ipſum & ſuos ſalubriter impenſorum ſedula gratitudo erga noſtri culminis faſtigium jugiter interpellant ſupplicationi benigni inclinati prefatam Eccleſiam Maguntinam preſertim contemplacione dicti Archi Epiſcopi legitimi ſui ſponſi honoribus dulcoroſis & gratioſis favoribus quantum nobis deſuper permittitur amplecti ſummopere cupientes omnes & ſingulas libertates infeodaciones, donaciones, locaciones conceſſiones & obligaciones & univerſa & ſingula privilegia theolonia pedagia jura conſuetudines caſtra opida a Divis Regibus & Imperatoribus Romanorum predeceſſoribus noſtris ſeu quibusvis aliis Eccleſie & Archi Epiſcopo Moguntino predictis quandocunque quomodocunque ſub tenore & ſerie ac verborum forma quibuscunque ac de quibuscunque bonis mobilibus ſeu immobi-

mobilibus propriis ſeu feodalibus ſub quocunque uſu fructu vel uſu ad quemcunque pertinuerint in ceſſas factas datas ſeu qualitercunque celebratas ac conceſſa data locata & obligata approbamus renovamus ratificamus laudamus confirmamus & de regie Romane plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia preſentis ſcripti patrocinio de novo conferimus & donamus omnem dyminucionem & defectum ſiquis in premiſſis & quolibet premiſſorum fuerit, ſupplentes omnimode & de uberiori dono dicte noſtre Romane regie poteſtatis plenitudiné plenarie reparantes per hos tamen collationem confirmationem approbationem renovationem, ratificationem, laudationem, donationem & reparationem exaltationem & erectionem Pragenſis in Metropoliticam aut ipſius & olmucenſis eccleſiarum exemptionem a dicta Maguntina Eccleſia aut poteſtati conceſſe Pragenſi Archi Epiſcopo ſuper coronatione Regis Bohemie ceterisque juxta exaltationem exemptionem & poteſtatem coronationis easdem dictis Pragenſi ac olumucenſi Eccleſiis conceſſis non intendimus in aliquo derogare aut prejudicium aliquod generare, ſed ea omnia & ſingula volumus decernimus & declaramus pronuntiamus & precipimus ſana illeſa & illibata dictis confirmatione approbatione ratificatione & laudatione non obſtantibus perpetuo permanere. Nulli ergo omnino liceat hanc noſtre approbacionis renovacionis ratificationis laudationis confirmationis donationis & reparationis paginam infringere aut ei auſu temerario contraire, contrarium non facien-

 do,

do, ſiqui fuerint quod abſit in ultra indignationem noſtre celſitudinis quam ob hoc ſe noverint incurſuros noſtri judicii arbitrio ſancimus graviſſime puniendos. In quorum teſtimonium & evidenciam certiorem preſentes litteras fieri & ſcribi fecimus & noſtre regie Majeſtatis ſigilli appenſione muniri. Datum *Prage* Anno Domini Milleſimo tricenteſimo quadrageſimo octavo indictione prima XII. Kal. Menſis Maii regnorum noſtrorum Anno ſecundo.

20 Apr.

CXXXI.

CONFIRMATIO IURIUM ET PRIVILEGIORUM ECCLESIE MOGUNTINE CONCESSORUM PER ROMANOS IMPERATORES.

K*arolus* von gots gnaden Romiſcher Konig zu allen zyten merer des richs und Kunig zu Beheim zu eynem ewigen gedechteniſſe Eſt iſt der wirdiger *Gerlach* Ertzbiſchoff zu *Mentze* unſer und des heiligen richs lieber furſte und oheym gekommen in unſer Majeſteten gegenwertigkeit und hait demudiglichen gebetten das wir die privilegia friheit recht und beſetzunge der obgenanten Kyrchen zu *Mentze* geruchten dorch unſer Konigliche macht zu beweren und zu beſtedigen darumb dann wir geſwigen das er uns des bluteshalben mit eynen unuffgeloſeten knoden vereyniget iſt umb des willen wir jne auch mit ſunderlichen verſtanden und

und manichfeltigen dogenden geziret nit unbillichen mit ſunderlichen Fryheiten der eren und gunſt verſehen und begaben ſollen die bewerte ſteticheit ſiner truwe und andacht die er zu uns hat und die dangnemicheit der dienſt die uns und dem romiſchen riche durch yen und die ſin nutzlichen gethan ſin gegen unſer hohen wirdigkeit frolichen vor yn bittendt und wann wir ſinen betten gutwilliglich geneyget ſin und die egenant Kirchen zu *Mentze* umb des egemelten Ertzbiſchoffs wyllen jres elichen Brutegams mit ſuslichen eren und gnedigen gunſten ſo ferre yns eyn ſolichs von Got verluhen wurde begeren mit hochen fliſe zu umbfahen alle und igliche Fryheit belehunge begabunge verhurunge verlihung und verdigniſſe und alle und igliche privilegia zolle geleyde recht gewonheit, sloſſe ſtete von ſeliger und gotlicher gedechtniſſe Romiſchen Konigen und Keyſern unſern furfarn und iglichen andern der Kirchen und Ertzbiſchtum zu *Mentze* vorgeſchriben zu welcher zyt jn welcher maſſe und wais lute ordenunge oder wiſe der worte von allen guten bewegelich oder unbewegelich eygen oder lehinſchafften mit iglicher nutzunge nutze wem die zu gehorig ſin geluhen gethan gegeben ader gehalten Bewern jrnuwen bewilligen loben und beſtetigen wir und von follenkommenheit der Romiſchen Koniglicher gewalt und von rechten wiſſen verlihen und geben wir die von nuwens mit diſſer unſſer Schrifft und ab eynich gebreſten oder verſumeniſſe in den vorgenanten dingen und ir iglichem were den Irſul-

len wir aller dinge und vollenkommener gabe der obgenanten unſer romiſchen koniglicher gewalts follenkommenheit ergentzen wir die follenkommenlich und ſin nit jn meynunge mit diſſer begabung bewerung vernuwunge bewilligunge lobunge verlihunge und ergentzunge der erhebunge und offrichtunge der Kirchen zu *prage* in dem da ſie eyn Metropolitica wurden iſt oder dem das ſie und die Kirche zu *Olmutz* von der Metropelin zu *Mentze* ernuirt und geſundert ſin oder der macht die eynen Ertzbiſchoff zu *prage* als von der Cronunge wegen eyns Konigs zu Beheimen verluhen iſt und andern dingen die als von der offrichtunge exempeen und macht der cronungen den Kirchen zu *prage* und *Olemutz* geluhen ſin zu ſchaden oder abezubrechen nach das yen eynich verkurtzunge davon enſteen ſolle ſunder wir wollen ſetzen und jrcleren usſprechen und gebieten das ſie gantz ungeletzt und unbefleckt zu ewigen zyten bliben ſollen ane jrrunge und widderſtand der vorgenanten beſtetigunge bewerunge bewilligunge und lobunge und darumb ſie nyemant erleubt, Des zu zcuggeniſſe und gewiſſenet kuntſchafft han wir diſe gegenwertige brieffe thun machen und ſchriben und mit unſer majeſtaten anhangenden Inſiegel beſiegeln. Geben zu *Prage* anno Domini M°. CCC°. xLVIII°. Indictione prima xII Kal. Maij regnorum noſtrorum anno ſecundo. *)

20. Apr.

*) Mutato ſolum idiomate idem diploma cum praecedente.

CXXXII.

CXXXII.

FORMA IURAMENTI QUOD DOMINUS KAROLUS REX FECIT DOMINO MOGUNTINO.

Nos *Karolus* &c. Notum facimus univerſis preſentes litteras inſpecturis, quod quia venerabilis *Gerlacus* ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus Princeps & conſanguineus noſter Kariſſimus nos & quevis negocia noſtra tamquam propria proſecutus eſt hactenus & proſequitur fideliter toto poſſe, nos cupientes ob eundem ſinceritatis affectum ſibi perpetue dilectionis aſtringi vinculo & uniri, promiſimus & tenore preſencium promittimus data fide & nichilominus recognoſcimus ad ſancta Dei Evangelia corporaliter tacta nos juraſſe dictum *Gerlacum* ad aſſequendum & nanciſcendum ſui dicti Archi Epiſcopatus poſſeſſionem pacificam & quietam contra *Heinricum* de *Virnenburg* olim predicte ſedis Moguntine Archi Epiſcopum ac univerſos & ſingulos alios ejusdem Archi Epiſcopatus illicitos detentores in parte vel in toto & contra quoslibet alios eidem *Gerlaco* rebelles & ipſum quovis modo impedientes vel ipſum impedientibus auxilium vel conſilium preſtantes manifeſte, quo minus ejusdem Archi Epiſcopatus ſui pacificam & quietam poſſeſſionem adipiſci valeat cum noſtris caſtris hominibus rebus pariter & perſonis & tota noſtra potencia ſine omni dolo & fraude fideliter adjuvare & nichilominus poſt adeptam poſſeſſionem ſui Archi Epiſcopatus prefati ſi quispiam ei injuriam vel violentiam inferre conaretur

&

& ymmo quod plus eſt in reacquirendis bonis ſeu juribus his Archi Epiſcopalibus in parte vel in toto ſibi aſſiſtere promiſimus & promittimus fide data & omni modo quo ſupra auxiliis conſiliis oportunis cunctis temporibus vite noſtre ſine omni dolo & fraude pro noſtrarum virium omni potentatu. In quorum omnium teſtimonium &c. Datum *Moguntie* III. Kalend. Iunii Anno XLIX° Regnorum noſtrorum anno tercio.

30 Maii.

CXXXIII.

ERFORDENSES NON CITENTUR EXTRA LOCUM.

Gerlacus &c. viris prudentibus & diſcretis Magiſtris conſulum totique univerſitate civitatis Erffurdenſis fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam & omne bonum. Vobis concedimus & ex cauſis racionabilibus nos ad hoc moventibus preſentibus indulgemus, quod extra civitatem Errfordenſem trahi per aliquos nobis ſubjectos judices non poſſitis, qui contra vos & veſtros conjunctim vel diviſim in jure experiri voluerit, adeat virum providum *Theodericum* de *Gozſersſtete* proviſorem allodii noſtri & canonicum Eccleſie ſancti *ſeveri* Erffordenſis, quem in hac parte aut etiam de quo vos & veſtri ſimiliter conqueri volueritis pro judice deputamus & ei committimus ut in cauſis illis per ſe vel alium ut juſtum fuerit, procedat eccleſiaſticam per cenſuram.

ram. Teſtes quoque qui nominati fuerint, ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint, cenſura conſimili cogat veritati teſtimonium perhibere. Inhibentes etiam omnibus & ſingulis plebanis capellaniarum ſeu altarium rectoribus nobis ſubjectis ne aliqua mandata vel litteras contra predictam noſtram conceſſionem quorumcunque nobis ſubjectorum judicum recipiant vel quomodolibet exequantur. Nos enim ſi ſecus a quoquam contra has noſtram conceſſionem & inhibicionem adtemptatum fuerit, decernimus irritum & inane. Datum ſabbatho ante diem beate *Margarethe* virginis Anno Domini M°CCC°XLIX°.

11 Iulii.

CXXXIV.

CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ERFORDENSIUM.

G*erlacus* Dei gratia &c. prudentibus viris Magiſtris conſulum totique univerſitati civitatis noſtre Erffurdenſis fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam & omne bonum. Merito noſtrorum obſequia fidelium non ſolum amplianda ſunt premijs, ſed gracioſis beneficijs decoranda, ut ſicut ipſos devocionis ſerenitas ornat interius, ſic modo favore ſe gaudeat exterius decorare adornandos. Igitur attendentes devocionis & fidei veſtre puritatem ac grata ac accepta ſervicia hactenus nobis & Eccleſie noſtre Maguntine exhibita & ut credimus

mus in futurum exhibenda, quidquid a predeceſſoribus noſtris Archiepiſcopis Moguntinis omnibus vel quibuscunque temporibus eorundem hujusmodi non minuere ſed pocius adaugere volentes, omnes libertates litteras gratias & indulgentias ab ipſis predeceſſoribus noſtris Archi Epiſcopis Moguntinis vobis & univerſitati veſtre datas & conceſſas ſicut provide ſunt preſentibus confirmamus jure noſtro & Eccleſie Moguntine in omnibus ſemper ſalvo. Datum ſabbatho ante diem beate *Margarethe* virginis Anno Domini M°CCC°XLIX°.

11. julij.

CXXXV.

ITEM LITTERA CONRADI RODE BURGRAVII DE STARCKENBURG, QUOD DECEM MARCARUM REDDITUS TENET IN FEUDUM IN WILDENBERG DESERVIENDUM.

Ich *Conrad Rüde* burgraue zu *Starckenberg* bekennen und dun kunt allen luden daz der Erwirdige in Gote vatter und myn herre herr *Heinrich* Ertzbiſchoff zu *Mentze* mit wiſſen und willen des edlen mannes myns herren herrn *Cunen* von *Valckenſteyn* Dumprobſts und vormunders des ſtiffts zu *Mentze* ſinen und ſines ſtifftes zu *Mentze* erbe burgmann gemacht hat, nach den brieuen die von worte zu worte hernach geſchriben ſtent, Wir *heinrich* von Gots gnaden des heilgen ſtuls zu *Mentze* Ertzbiſchoff des heilgen Romiſchen Richs in Dut-

Dutſchen landen Ertzcanceller bekennen und dun kunt allen luden daz wir mit wiſſen und willen des Edlen mannes *Cunen* von *Valkenſteyn* Dumprobſtes und unſers vormunders den ſtrengen Ritter *Conrad Ruden* unſern burgrauen zu *Starkenberg* unſerm und unſers ſtiffts erbe burgmann gemacht han und machen an dieſem brieue und darumb han wir ym zehen marg geldes ſes und driſſig ſchillinge vor ye die marg zu rechen frankenfurter werunge bewiſet uff unſer und unſers ſtiffts guden und gulden zu *Wilenbach* by *Amorbach* gelegen alſo daz yme und ſinen erben die zehen marg geldes unſer kelner zu *Amorbach* oder wer zu tzyden dieſelben gute ynne hat alle jar uff ſanćte *Martins* dag geben und bezallen ſal alſo lange biſſ daz wir unſer nachkommen oder ſtifft dem vorgenanten *Conrad Ruden* und ſinen erben hundert marg derſelben werunge betzalen gantz und gar ſementlich an abeslahen und wanne wir unſer nachkommen oder ſtifft dem vorgenanten *Conraden Ruden* oder ſinen erben die vorgeſchriben hundert marg geben und betzalen ſo ſal er oder ſin erben uns unſern nachkommen oder ſtiffte zehen marg geldes der vorgenanten Werunge bewiſen off iren rechten eygen guten die zu *Miltenberg* aller nehſte und beſte gelegen ſin und die ſol er und ſine erben zu eyme erber burglehen enphahen von uns oder unſern nachkommen auch ſal der ſelbe *Conrad Rude* und ſine erben daz ſelbe burglehen zu *Mildenberg* off der Burg verdienen in aller der maiſſ als man eyn erbe burglehen verdienen ſal

 und

und daz recht und gewonlich iſt Des zu urkunde iſt unſer Ingeſigel an diſſen brieff mit *Cunen* unſers Vormunders Ingeſigel vorgenant gehangen und wir *Cune* von *Falckenſteyn* Dumprobſte und vormunder vorgenant bekennen daz dieſe vorgeſchriben ſtucke mit unſſerm wiſſen und willen geſcheen ſint und han des zu merer ſicherheit unſer Ingeſigel an diſſen brieff gehangen auch iſt der funf furmunder gemeyn Ingeſigel zu eyme getzugniſſe an diſſen Brieff gehangen Der geben iſt zu *Elteuil* des Dornſtages nach ſancte *Lucien* dag nach *Criſts* geburd drutzenhundert jar und in dem nun und virtzigiſten jar alle dieſſe vorgeſchriben ſtucke und ir iglichs beſunder han ich *Conrad Rude* vorgenant fur mich und myn erben in guden truwen globt und zu den heilgen geſworn ſtede und veſte zu halden ane allerley argeliſte und geuerde Des zu urkunde han ich myn Ingeſigel an dieſen brieff gehangen Der geben iſt des jars und des tages und an der ſtad als vorgeſchreben ſteet. 17. Dec.

CXXXVI.

CAROLI IV. IMP. AD CLERUM MOGUNTINUM MONITORIAE SUPER REASSUMENDO OFFICIO DIVINO PRO FACILITANDA ADMISSIONE GERLACI ARCHIEP. MOG. A CIVIBUS IMPEDITA.

K*arolus* Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiae Rex Univerſis Abbatibus, Pre-

Prelatis ac omnibus aliis & ſingulis clericis Religioſis & ſecularibus, obedientibus, mandatis, apoſtolicis, tam exemptis quam non exemptis intra & extra civitatem Maguntinam conſtitutis, devotis noſtris dilectis gratiam ſuam & omne bonum. Cum conſideratis diverſis circumſtantijs quoad ſtatum hujus patriae & ad obviandum inopinatis incommodis alias ſine dubito evenientibus quandoque expediat ea attemptari, que de facili attemptanda non eſſent, ut majora pericula evitentur, hinc eſt quod inter alia precipue conſiderantes, quod ex receptione & admiſſione venerabilis *Gerlaci* Archiepiscopi Maguntini Principis & conſanguinei noſtri Kariſſimi facienda, a civibus Maguntinis, ut firmiter ſperamus, non tantum obedientia, devotio & intentio ſacro ſancte Romane Eccleſie in deſideratis affectibus progreditur & in pluribus multipliciter ampliatur, ſed noſtre Regie Majeſtatis potentia ad reprimendam rebellium & inimicorum veſaniam dicte Romane Eccleſie & noſtrorum fortius dilatatur, ſtatus terre difformatus reſtituitur & omnibus pax & tranquillitas celerius reparatur, quodque hujusmodi receptio & admiſſio utiliter ad effectum perduci non poterit, niſi cives a vobis certificati fuerint, quod recepto & admiſſo per eos prelibato *Gerlaco* in eorum Archi-Epiſcopum, ut tenentur, eo ipſo, ſi dicti cives maluerint, reſumatis divina, quibus jam longo tempore caruerunt & celebrando eisdem inſiſtatis quo usque tam vobis quam ipſis a ſede apoſtolica abſolutiones & diſpenſationes neceſſarias impetremus,

mus, vel ſi ijdem elegerint, quod eo recepto & admiſſo infra hinc & feſtum beati *Iohannis Baptiſte* circa meſſes proxime affuturum divinis careant, ut infra hujusmodi tempus dictis civibus, ſicut promiſimus, abſolutiones debitas ſub noſtris expenſis ſine juramento ſpeciali commodius procuremus; Veſtram igitur diſcretionem affectuoſe requirimus & rogamus, quatenus intuentes utilitates publicas & commune bonum Univerſis ut premiſimus, ex receptione premiſſa obvenientibus, non animo prophanandi ſeu temerario, circa que non verſatur noſtra intentio, ſed ex puro corde propter majus bonum exinde proveniens, ſi cives utique preelegerint quod ante abſolutionem obtentam recepto prefato *Gerlaco* eo ipſa reſumatis divina, ut in hoc mens veſtra non turbetur, ſed eadem reſumendo ad minus celebrantibus quibusdam certis perſonis, aliis tamen interea exiſtentibus continuetis, donec abſolutiones & diſpenſationes debitas & neceſſarias infra hinc & dictum feſtum beati *johannis* ad longius ſub noſtris expenſis impetrare valeamus; ad que impetranda nos offerimus & preſentibus obligamus; vobis hanc litteram ſigillo noſtro Regio ſigillatam transmittentes in teſtimonium omnium premiſſorum. Datum *Spire* feria tertia ante feſtum Palmarum. Anno Domini Milleſimo CCC°XLIX°. Regnorum noſtrorum anno tertio.

31 Martii

CXXXVII.

CXXXVII.

HIE VERSPRICHT SICH BISCHOF GERLACH DAZ ER BIN EINER MIL WEGES UMB DIE STAT ZU MEINTZ KEIN ZOL NEM UF WAZZER NOCH UF LANDE.

Wir *Gerlach* von Godes Gnaden Ertzebiſchoff des heiligen ſtuls zu *Meintz* und Ertzecantzler des heiligen ryches in dutſchen Landen. Dun kunt allen den die diſen brief leſent ſehent oder hornt leſen, daz wir durch bete und liebe der wiſen Lude *Salmans* des Camerers der burgermeiſter, der Ratherren und der burger gemeinlichen der ſtat zu *Meintz* unſerr lieben getruwen und auch durch gemeinen friden und nutz des Landes, uns dar zu verbunden han, und verbinden uns an diſem brieue daz wir nimmer keinen zol, oder kein gleidsgelt machen oder uf ſetzen ſoln weder uf wazzer noch uf lande by einer myle weges umbe die ſtat zu *Meintz* noch von yemans nemen, ez enſye danne mit der ſtat willen von *Meintz* und zu einer merren ſicherheid han wir geſworn da die heiligen unſers herren Evangelii engegen warn, daz wir daz veſte danck nieme und ſtede immer nie halden und da wider zu keiner zit minner gedun oder komen noch jeman geſtaden der ez von unſern wegen tue, mit dheiner slaht ſune oder liſte mit worten oder mit werken offenlich oder heimlich und zu einem urkund und zu einer merrern ſtedikeit diz dinges han wir gegeben den vorgenanten burgern und der ſtat zu *Meintz* die-

ſen brief beſigelt mit unſern Inſigel daz daran hanget, und han gebeden die edeln man *Gerlachen* unſern vader. *Adolffen* und *johan* unſer bruder *Otten* und *johan* unſer neuen greuen von *Naſſowe Siſriden* greuen von *Widchſtein* und *Ulrichen* herren von *hanowe* daz ſie ir Inſigel mit dem unſern an diſen brief gehangen hant, und wir *Gerlach Adolff Johan Otte* und *johan* greuen von *Naſſove Syfrid* greue von *Widchſtein* und *Ulrich* herre von *Hanowe* vorgenant, bekennen daz wir durch bete des Erwirdigen in Gode vaders und herren, unſers herren Ertzebiſchoff *Gerlaches* von *Meintz* unſer Inſigel zu dem ſinen an diſen brief gehangen han wir erkennen auch wer ez ſache daz God verbiede, daz derſelb unſer herre Ertzebiſchoff *Gerlach* oder jeman von ſinen wegen immer breche oder underſtund zu brechen die vorgeſchriben ſtucke und artikel oder ir dkeinen, oder da wider tede, daz uns daz leid iſt, und daz wir noch unſer keiner im dar zu wider die ſtat zu *Meintz* und ir burger in kein wiſe beholffen wollen noch ſoln ſin mit worten noch mit wercken heimlich noch offentlich ane alle geuerd. dieſer brief iſt gegeben do man zalt nach *Criſtes* geburt duſent jar, druhundert jar und in dem nun und vierzigſten jar an dem Mandage nach dem *palmdage*.

6 Apr.

CXXXVIII.

CXXXVIII.

HIE HEBENT SICH AN ERTZEBISCHOF GERLACH PRIVILEY UND ZUM ERSTEN HAT ER BESTEDIGET BISCHOF SIFRIDES GNADE.

G*erlacus* Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarius univerſis preſentes litteras inſpecturis ſeu audituris ſalutem cum noticia ſubſcriptorum. Ad univerſitatis veſtre noticiam tenore preſencium cupimus pervenire quod prudentes & diſcreti viri *Salmannus* Camerarius Magiſtri civium conſules & univerſi cives civitatis Maguntine fideles noſtri dilecti noſtram accedentes preſenciam nobis humiliter ſupplicarunt quod nos privilegium fel. rec. quondam Domini *Sifridi* olim Archi Epiſcopi Maguntini predeceſſoris noſtri eis traditum & conceſſum innovare approbare & confirmare paterna benivolentia dignaremur. Cujus privilegij tenor ſequitur in hec verba: In nomine veri Dei Amen. Nos *Sifridus* Dei gratia &c.... ... Acta ſunt hec *Moguncie* Idus novembris Anno Domini Milleſimo CC°. quadrageſimo quarto. Pontificatus noſtri anno quinto decimo *) Nos itaque predictorum civium noſtrorum fidelium precibus favorabiliter inclinati preſens privilegium prout de verbo ad verbum ſuperius eſt expreſſum, paterna benivolentia innovamus approbamus & ex certa noſtra ſcientia confirmamus ac innovatum approbatum & confirmatum preſentis ſcripti pa-

 tro-

*) vid. de Gud. Tom. I. pag. 580.

trocinio communimus. Ut autem omnia & ſingu-
la tam in predicto privilegio quam in hijs noſtris
innovatione approbatione & confirmatione premiſ-
ſa per nos rata & firma inviolabiliter obſerventur,
renuntiamus per preſentes omni juris auxilio ca-
nonici & civilis conſtitutionibus editis & edendis
omnibus litteris & gratijs impetratis a nobis &
etiam impetrandis & ſpecialiter litteris forme ea
que de bonis. in forma majori & minori. ac be-
neficio reſtitutionis in integrum nec non genera-
liter & ſpecialiter quibuscunque auxilijs juris vel
facti per que juvari poſſemus in judicio vel extra
quo minus gracie & libertates nec non innovacio
approbacio & confirmacio predicte haberent ro-
boris firmitatem & nichilominus ad majorem cer-
titudinem juravimus propoſitis ſacroſanctis Dei
Ewangelijs, nos premiſſa omnia & ſingula velle &
debere rata grata & firma perpetuis temporibus
obſervare, nec contra ea ullo unquam tempore
venire per nos vel alium ſeu alios quovis ſtudio vel
arte ſeu quovis queſito colore directe vel indirecte
verbo opere ſive facto publice vel occulte. In
quorum omnium & ſingulorum teſtimonium ac evi-
dentiam pleniorem preſentes litteras noſtri ac ſpe-
ctabilium virorum *Gerlaci* Genitoris noſtri Cariſſi-
mi *Adolfi* & *johannis* germanorum noſtrorum nec
non *Ottonis* & *johannis* conſanguineorum noſtrorum
dilectorum comitum de *Naſſowe Sifridi* Comitis de
Widchenſtein & *Ulrici* Domini in *Hanowe* ſigillorum
munimine duximus roborandas. Et nos *Gerlacus*.
Adolfus. *johannes*. *Otto* & *johannes* de *Naſſowe* nec
non

non *ſifridus* de *Widchenſtein* Comites ac *Ulricus* Dominus in *Hanowe* predicti recognoſcimus nos ad rogatum Reverendi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Gerlaci* ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopi predicti in preſcriptorum firmiorem certitudinem ſigilla noſtra una cum ſigillo ipſius ex certa noſtra ſcientia preſentibus litteris appendiſſe. Fatemur etiam quod ſi, quod abſit, prefatus Dominus noſter Dominus *Gerlacus* Archi Epiſcopus premiſſa vel eorum aliquod in toto vel in parte ullo unquam tempore infringere, contra venire preſumeret quoquo modo, de hoc dolebimus nec eidem Domino Archi Epiſcopo contra civitatem ipſam aut ejus incolas ſive cives nos aut aliquis noſtrum in hac parte conſilium vel auxilium preſtabimus verbo opere ſive facto directe vel indirecte publice vel occulte omni dolo & fraude excluſis penitus & ſemotis. Datum & Actum Anno Domini Milleſimo CCC° quadrageſimo nono feria ſecunda proxima poſt Dominicam *Palmarum*.

6. Apr.

Hie ernuwet und beſtediget biſchof *Gerlach* die Gnad und Fryheit die biſchof *Gerhart* der ſtat gap mit namen die juden.

Gerlacus &c. ejusdem tenoris & dati eſt, ut prius. inſertum *Gerhardi* Archi Epiſcopi privilegium vide ſupra an. 1295. die Kalendas julij.

Hie beſtedigt biſchof *Gerlach* der ſtat daz priviley daz biſchof *Mathys* gap daz man umb kein

X 5 pen-

penninck ſchult godes dinſt nit nider legen ſol und ander vil artikel.

Gerlacus &c. ejusdem tenoris & dati cum priore eſt. *Mathiae* privilegium extat apud *de Gudenus Tom. III. pag.* 227.

Gerlacus etiam confirmavit privilegium *Mathiae* Archiep. quod vide ſupra: gegeben zu *Oppenheim* an ſant *Gregorien* abend do man zalte von godes geburt duſent jare druhundert jar und in dem funf und zweintzigſten jare.

CXXXIX.

TRACTATUS INTER ARCHIEP. ET CAPITULUM MOGUNT ET WIRCEBURGENSEM EPISCOPUM INNOVANTUR.

Wir *Gerlach* von Gots gnaden Ertzebiſchoff des heylgen ſtuls zu *Mentze* und des heylgen Romiſchen Riches in dutſchen landen Ertzkantzeler, beckennen und dun kunt offentlich an diſem briefe allen den, die in ſehent leſent, oder horent leſen, daz wir mit unſern truwen An eydes ſtat gelobt han, daz wir getruweliche und furderliche ſchicken wollen ſo wir ſchireſt mogen one alle geferde, daz unſer ſtifft zu *Mentze* Capitel und Dumherren, die mit uns ſin, und noch mit uns werden, ſin, mit irre gunſt willen und wort ſtede halden, und auch mit iren anngehangen Ingeſigeln verbrifen alle die tedinge und arti-

artickel die zwiſchen uns und unſerme ſtiffte zu *Mentze* eineſit und dem Erwirdigen herren herrn *Albrechten* von *Hohenloch* erwelten, zu einen *biſchoff* zu *Wirtzeburg* und dem ſtifft zu *Wirtzeburg* ander ſit verbrifet, und von uns beſigelt ſin. und des zu eime waren urckunde iſt unſer gros Ingeſigel gehencket an diſin brief. Der geben iſt do man zalte nach *Criſtus* geburte drutzenhundirt jar, darnach in dem nun und fierzigeſten jare am neheſten ſamſtage vor der heylgen Marteler tag ſančte *Viten* und *Modeſten*.

13 Iun.

CXL.

IOHANN VON SALTZAWE OEFFNET DEM ERTZB. GERLACH DAS SCHLOSS WECHTERSBACH.

Wir *Iohan* von *Saltzauw* veryehen und bekennen von mi, und mins bruders *Fritzen* wegen, offenlich an dyſem briefe, daz wir umb ſolichen gunſt fruntſchafft, und gnade, die der Erwirdige in Gote Vater und herr herr *Gerlach* Ertzebiſchoff zu *Mentze* an uns gelacht hat, und noch tun ſal, und mag in kunfftegen ziten han of getan und offen unſir entheltniſſe und sloz zu *Wechterspach*, daz er ſich mit ſinen helfern, und frunden wider ſine Viende, dar uz und in ſich beholfen mag, of ſine koſt, werunge ſchaden und verloſt, gegen allermenlich ane gegen dem Apte von

von *Folde*, dem lantgrauen von *Heſſen*, und dem *Trymperg*, nach den briefen, die uns der vorgenante herr und vader herr *Gerlach* von dyſen ſachen gegeben hat, alſo doch wer iz daz kein ſchade zu dem ſloze geſchee von ſiner, oder ſinre frende wegen daz er uns daz richten ſal gantz und gar ane allerley argeliſt und geuerde, und daz wir dyſe vorgeſchriben ſtucke veſte und ſtede halden wullen unuerbruchelich ſo haben ich *johan* vorgenant von min und mins bruders wegen *fritzen* der uzwendeg landes iſt, und des macht ich han min ingeſigel an dyſen brief gehangen von min und ſinen wegen, der da wart gegeben an dem neheſten ſuntage nach unſir *frauwen tag*, als ſie *fur zu Hiemel*, des jars da man zalte nach Gots geburte druzenhundert jar, und nun und vierzig.

16 Aug.

CXLI.

BURG UND AMBT BECKELNHEIM SOLL CUNO VON FALCKENSTEIN FUIR DAS ERTZSTIFFT EINLOESEN KOENNEN.

Ich *Antilman* von *Graſewege* Rittir Amptman zu *Beckelnheim* beckennen und tun kunt allen luden die dieſin brif ſehen oder horen leſin, vor mich unde min erben. daz ich dem edeln herren mine herrn herrn *Cune* von *Falckenſtein* dumprobiſte unde vormunder des ſtifftis zu *Mentze*. die burg unde daz Ampt *Beckelnheim* unde waz darzu geheret ſal

zu

zu löſen gebin. vor drudufent phunt heller werunge als zu *Byngen* genge unde gebe iſt als die brive ſprechin die ich darubir han. unde daz ſollen ich, unde mine erben tun. wanne unde zu welchir zyt der vorgenante mine herrn herrn *Cune* von *Falckinſtein* von mir unde mineu erben, daz heiſſet ane alle wiedirrede, unde daz han ich vor mich unde min erben in guten truwen globit, unde zu den heylgin geſworn zu tune unde veſte unde ſtede zu haldene ane allirley argeliſt, unde geuerde und der briefe den ich han von yme daz he nit loſen ſolle, bynnen den nehſtin ſes jaren. die vorgenante burg *Beckelnheim* unde daz Ampt da ſelbiſt. der ſal diſin brief nicht irren, oder hindern des zu urckunde han ich min Ingeſigil an dieſin brief gehangin. der gegeben iſt zu *Byngin* nach gotes geburte druzenhundirt jar darnach in dem nun unde virzegiſten jare uf ſant *Walpurge* tag.

1 Maii.

CXLII.

HIE IST BESCHRIEBEN DIE SUNE DIE DA GERETTE WART ALS VON DER IUDEN SLEGER WEGEN.

Wir *Johan* von *Waldecke* marſchalk und *Johan* von *Randecke* Ritter *Cunrat* probſt zu ſant *Mauricien Berhtolt* zum *drutkinde Mathys Sarworht* burger zu *Wormze Gunther* genant *drucil*, und *Sigel* genant *drucil*, und *Sigel* hun genant *Knolz* burger-

germeiſter zu *Spyr* bekennen uns offenlich an diſem gegenwertigen brieue, daz wir zuſchen den Erwirdigen herren, hern *heinrich* Ertzebiſchoff zu *Meintz* herrn *Kunen* von *Valkenſtein*. Dumprobſt und phleger des egenanten ſtifftes zu *Meintz*, allen irn undertanen helffern und dienern ſwie die genant ſint, hie diſſiten Ryns und henſiten ryns, uf ein ſyten und den erbern wiſen luden den burgermeiſtern.. dem Rat, und den burgern gemeinlichen der ſtat zu *Meintz* und allen iren helffern und dienern, uf die andern ſyten. die in dieſer ſun ſin wellent, ein gantz ſtede, luter ſune, gerette und getedinget haben umb allen ſchaden und ſmacheit, wie oder in welcher wiſe die uf beyde ſyten geſchehen ſint, als von der juden sleger wegen die vor der ſtat zu *Meintze* warn, ſint der zit daz ſie da warn, biz uf diſen hudigen dag. Des erſten, ſo ſoln die vorgenanten her *heinrich* Ertzbiſchoff und herr *Kun* von *Valkenſtein* oder wer zu ziden vormunder iſt, den burgermeiſtern dem Rat und der ſtat zu *Meintz* vier duſent phunt haller werunge, als zu *Meintz* genge und gebe iſt, geben und bezaln und vor die ſelben vierduſent phunt haller ſetzent die egenanten herren die ſtat und die burger zu *Meintz* in einen grozzen Turnos zu *Erenuels* an dem zolle, und den ſal die ſtat zu *Meintz* nemen, von jedem fuder wins und von allerley kauffmanſchafft nach markzal die den Ryn uf oder abe geet als lange, biz daz ſie bezalt werdent mit dem turnos ſal der zollner werffen in ein beſunder kiſten, darinne in die ſtat nemen ſal und

mag

mag wanne ſie wil und dar an ſoln ſie die egenanten zwen herren, oder wer zu ziten vormunder iſt, oder nieman von iren wegen irren oder hindern vor der kiſten oder anders in weliche wiſe daz wer, und daz ſoln die egenanten zwen herren globen in guden truwen an eydes ſtat ſtede und veſte zu halden ane arge liſte. und were ez daz die vorgenanten zwen herren oder yeman von iren wegen die ſtat von *Meintz* an dem turnos hinderte, ſo mag die ſtat von *Meintz* alle die iene die zu dem ſtiffte von *Meintz* gehornt, bekummern und uff halden mit gerichte als lange biz in daz hinderniſſe abgetan wirt, und in wider tan wirt waz in da zuſchen genomen iſt und des gein ſal der ſtifft oder nieman anders von ſinen wegen die ſtat von *Meintz* oder ir burger nit wider bekummern oder leidigen ane geuerde, auch iſt gerette, daz alle geuangen uf beiden ſiten ane atzunge und koſt ledig und los ſoln ſin. Auch iſt gerette daz die ſtat von *Meintz*, die drithalphundert malder Korns, oder wie vil des iſt, daz den von *Lorch* genomen iſt, und daz iene, der daz Korn was zu den heiligen behalden ane geuerde, wider geben ſollent oder als vil geldes, als ſich da vor geburt. auch ſoln die vorgenanten her *heinrich* und her *Kune*, alle die Schiffe, alle phele und garne die in den ſchiffen warn, wider geben, ob ſie von handen ſint, ſint ſie aber nit vorhanden ſo ſal man ſie gelden als ie der man des ie geweſt ſint. beheldet uf den heiligen, des ſie wert ſin geweſt ane geuerde. auch ſolnt die egenanten herrn *Heinrich* und her

her *Kune*, daz sloz, daz in und den iren worden iſt bezaln, oder wa ez liget, da ſol mans ienen wider geben, der ez iſt, und waz daran gebriſtet daz ſal man in bezaln, als ſie daz zu den heiligen behaldent, auch iſt gerette, wer ez daz her *Wernher* von *Winterowe* ritter, oder ander, wer die weren, in der ſune nit ſin wolden, ſo enſollen die vorgenanten zwen herren jr amptlude noch nieman von iren wegen, die mer enthalden, noch ſie nit verantwerten in kein wyſe wer aber daz der vorgenant her *wernher* oder die andern die nit in der ſun ſin wollent, iergen in des ſtiftes slozzen, dorffern, oder lande wern, da mag die ſtat von *Meintz*, ir helffer und ir diener in des ſtifftes sloz und Lant ryden, und da ſal man in koſt inne geben umb ir gelt, und mogen darinne kummern uf recht, alle die nit in der ſun ſin wollent. und die den ſchaden getan hant. und von den ſal man in rechtes gerichtes helffen, unuerzogenlichen ane geuerde. auch ſal man die zweinzig punt haller wider geben wen em ar, die er den von *Lorch* von atzunge wegen gegeben hat. auch iſt gerette, daz die vorgenanten her *heinrich* und her *kune* ſich nit ſunen ſoln, mit dem erwirdigen herren hern *Gerlach* Ertzebiſchoff zu *Meintz* ſinen helffern und dienern, er enhabe danne der ſtat zu *Meintz* beſigelt diſe ſune. und die ſtucke die da vorgeſchriben ſint, in aller der mazze als ſie da uor geſchriben ſteent, ane alle geuerde. auch iſt gerette, daz gudes den burgern von *Meintz*, allen irn helffern und dienern, ab erclagt und eruolget iſt, oder anders dar

uz

uz geworffen ſint, ſyt der zit, daz die Judenslager vor der ſtat zu *Meinz* warn daz man die ane allerley irrſal wider in ir gut ſetzen und wern ſal, als ſie vor dar inne ſazen auch iſt gerett daz man hern *heinrich leberſul* ritter wider in ſin gut ſetzen ſal in aller der mazze als er vor dar inne ſaz, ee der kryge an gienge. hat aber ieman zu im icht zu ſprechen, der ſal ez mit gericht dun, und ſal man ye dem manne rechtes gerichts helffen und ſal man auch ie dem manne gud geleyd und friden geben, dar und dannen ane geuerde. auch iſt gerette in diſer ſune, waz die ſtat guder brieue hat von den vorgenanten zwein herren, oder anders uber ir fryheit, daz man in die alle, ſtede und veſt halden ſal, alle argeliſt und geuerd, in diſen vorgeſchriben ſtucken, und in ir yglichem beſunder, uz geſlozzen ſint. Zu urkund haben wir egenant ſiben perſon unſer Ingeſigel an diſen brief gehangen gegeben zu *Meintze* nach criſtes geburt, druzehenhundert nun und viertzig jar uf den nehſten mitwochen nach der heiligen Merteler dag *viti & Modeſti.*

17. junij.

CXLIII.

ABER BESTEDIGUNG DES STIFTS ZU MENTZE PRIVILEGIA FRYHEIT UND RECHTE.

Wir *Karle* von Gots gnaden römiſcher Konig zu allen zyten Merer des richs und Konig

zu Beheym verjehen und thun kunt offentliche mit diſſem brieue allen den die yene ſehen horen oder leſen daz wir haben angeſehen den beſundern getruwen und willigen dinſt die uns und dem heilgen romiſchen riche von dem ſtiffte zu *Mentze* dicke unuerdrieſslich geſcheen ſint und widderfaren mogen an kunfftigen zyten und darumb beſtedigen wir mit unſer kuniglicher gewalt und von ſunderlichen gnaden dem vorgenanten ſtiffte alle ſin hantfeſten recht gewonheit fryheit ere wirdigkeit und gnade zolle eynig gut es ſy eygen oder lehen und alle phantſcheffte und phantgut die derſelbe ſtifft hat von romiſchen Keyſern oder Konigen unſern forfarn jn aller der maſſen als ſie der ſelbe ſtifft herbracht hat und ſullen ſie getruwelichen da by behalten und nicht daran hindern oder jrren in keynewis dauon gebieten wir allen unſern und des richs getruwen die nuwe ſin oder hernach kunfftig werden das ſie den egenanten ſtifft von *Mentze* ſin formunder und vorweſer an der beſtetigung und gnaden di wir nu gethan haben nicht hindern nach beſweren ſollen in keyne wis als liebe yen ſy unſer kuniglich hulde und gnade zu behalten mit urkunde des brieues verſiegelt mit unſerm kuniglichen Ingeſigel der geben iſt zu velde vor *Eltvil* nach Criſti geburt drutzenhundert jare und ꝛlip. unſers richs in dem dritten jar 3a poſt *penthecoſt*.

2 Iunii.

CXLIV.

CXLIV.

DAS ERTZSTIFFT BLEIBT PETER BEYGER VON KIRBERG LXXX ℔. HELLER SCHULDIG.

Ich *Peder* genant *Beyger* von *Kirberg* beckennen und tun kont allen luden daz der Edel man herre *Cune* von *Valckenſtein* Dumprobſt und Vormund des ſtifftis zu *Mentze* mit mir gerechent hat und gentzlich uberckommen iſt umme alle ſtucken koſt, ſchadt, ſcholt und verloſt, die ich biz uff dieſin hutigen dag by dem ſtifft getan und gehabet han in aller der maz als die briefe ſprechen die hie nach von worte zu worte geſchriben ſtant, Wir *Cune* von *Falckenſtein* dumprobſt und vormunder des ſtifftes zu *Mentze* beckennen und tun kont allen luden daz wir mit witzen und willen des Erwirdigen in Gode Vaders und herren unſirs herrn herrn *Henrich* Ertzbiſchoffes zu *Mentze* mit dem ſtrengen Knechte *Peder* genant *Beyger* vor *Kirberg* gerechent hant und mit yme uberkomen ſin ume alle ſtucke koſt ſcholt ſchade und verloſt die er biz uff dieſen hutigen dag geleden und getan hat by dem ſtiffte von *Mentze* alſo daz wir oder wer den ſtifft zu zyden Inne hait, yme und ſinen erben von des ſtifftes wegen ſchuldig ſin achtzig phunt heller als zu franckfurt genge und gebe iſt und davor han wir yme und ſinen erben bewiſet acht phunt heller geldes der vorgenanten weronge uff dem zolle zu *Erinfels* alle jar uff zu heben und jnne zu nemen uf ſanᷓcte *Martins* tag der da gelegen iſt in dem winther ane auflahen und hinderniſſe

als lange biz wir (oder wer den ſtifft zu zyden jnne hait die vorgenante achte phunt heller geldes von dem vorgenanten *Peder* und ſinen erben geloſen umme achtzig phunt heller der vorgenanten weringe und wanne wir oder wer den ſtifft zu zyden jnne hait die obgenante acht phunt heller geldes geloſen ſo ſullen ſie uns dem ſtiffte oder der zu zyten yn Inne hait wieder vallen quid ledig und loſs ane alle verzog hinderniſſe und wiederrede und des zu urckunde han wir unſer ingeſiegel an dieſen brief gehangen und wir *Henrich* Ertzebiſchoff zu *Mentz* vorgenante beckennen daz alle dieſe vorgeſchrieben ſtucke mit unſern wizze und guden willen geſchehen ſint und han des zu urckunde unſer Ingeſigel mit *Cune* von *Falckenſtein* unſers vormunds vorgenanten Ingeſigel an dieſen brieff gehangen auch iſt der ſambt vormunder gemein vormundſchafft Ingeſiegel zu eyme waren gezuckniſſe aller dieſer vorgeſchriebene ſtucke an dieſen brieff gehangen der geben iſt zu *Bingen* an ſancte *Iohannis* dage do man zalte nach *Criſtus* geburte druzehen hundert jar und in dem funfzigſten jar und ich *Peder Beyger* vorgenant geloben in guten truwen an eydes ſtad alle dieſe vorgeſchriebene ſtuck ſtede und veſte zu halden vor mich und min Erben ane argeliſt und geuerde des zu urckunde han ich min Ingeſigel an dieſen brieff gehangen der geben iſt des dages und des jars als vorgeſchrieben ſteet.

24 Iunii.

CXLV.

CXLV.

U. VON TR. ETC. VERSPRICHT ERTZBISCH: GERLACH ALLEN BEYSTANDT.

Wir *Ulrich* von *Trubtelingen Rucker Gotze Kuntz* und *Raben* von *Nuenſtein* leen Knechte dun kunt allen den die diſen Brief ſehen oder horent leſen das wir dem erwirdigen in gode Heren und Vater Hern *Gerlach* Ertzbiſchoff zu *Mentze* in guten truwen gelobt hon und geloben an dieſem gegenwertigen brief mit unſern ſloszen *Trubtelingen Nuwenfeltz* und *Barthenauwe* und mit unſer beſter maht zu dienende und zu helfende gein den Edeln Herren hern *Henrich* von *Virnenburg* etzwenne erzbiſchoff zu *Mentze* Herrn *Cunen* von *Falckenſtein* und allen iren dienern und helffern und den die in irren und hinteren an ſine ſtiffte, und an ſies ſtiffte rechte und reden ime daſs wir ſollen ſin after ſante *Walpurg* tag do neheſt kummet zu ſime us genden friden in ſime fride und unfride und uns on ſine Heiſze und laube dar after ſunen noch friden ſollen. und reden ime auch wo er ſinen brudere oder ſinen frunt von ſin wegen uns verbodeten das wir ime mit unſer maht geriten ſollent alſe gerette iſt an den brieffen dieer uns her uber gegeben hat. were es auch das wir daſs ſlos des ſtifftes mit namen *Biſchovesheim Küllesheim Gamburg* der eines oder mer in gewunnen ſinen fienden abe dy ſie etzunt inne hant darnach wir doch getrulichen werben und ſten ſollen das ſy uns in werden an alle geferde ſo ſollen wir

derſelben ſlos eins innen behaben das wir danne kyeſen, zu phande vor vier tuſint phunt heller nach beheltniſſe ſiner brieffe koſt und ſchaden und wanne wir des geltes bezalet werden, ſo ſollen wir ime und ſinen ſtiffte das ſloſs ane alle hinderniſſe wider in geben wer es auch das wir der ſloſze me ine gewienen danne daſs daz wir vor unſer gelt in heten genomen. Die ſollen wir innen und ſinem ſtiffte ledig und los in entwerthen. usgeſcheiden alle argeliſt und geferde und wir dieſe vorgeſchriben ſtucke ſtete und veſte halden wollen ſo han wir inne dieſen brieff geben beſigelt mit unſern eigin inſigeln die wir zu gezugniſſe aller der vorgeſchrieben gehangen hon der an daſs beſchach an den nehſten dinſtage noch ſancte *Marien Magdalenen* tag do man zalt von Gotes geburthe drutzehen hundert jar und do noch in dem funffzigſtem jare.

27 Iulii.

CXLVI.

STADT GERICHTS URTEIL UBER ERERBTE FREYE UND VERPENTE GUTER IN UND AUSSER DER STADT GELEGEN.

Allermenlich ſal wiſſen der dieſen geinwurtigen brieff angeſehet odir gehoret leſen daz *Philips* der ſtete ſchriber zu *Mentze* Quam an ein offin gerichte zu *Mentzen* uff den mandag vor dem zwelfften dage, und gerte an einem gemeinen Orteil

teil zu irfarn ym und einem yglichen manne wa ein man und ein frauwe zwei eliche Lude gud haben, daz ein teil jnnewendig *Mentzen* gelegen ſy und ein teil uſſwendig *Mentzen* dieſelben elichen lude machen mit ein ander eine ſatzunge und eine truwenhant von allem irm gude daz ſie hant jnwendig und uſſwendig *Mentzen.* und verpenen daz gut mit einer pene off daz die ſatzunge und truwenhant uſſwendig *Mentzen* als wol ſtedte und veſte gehalden werde als an dem gude daz jnnewendig *Mentzen* gelegen iſt und dieſelbin zwei eliche lude vallen dar nach beide nieder und ſterbin ob ir erbin Icht billicher daz uſſer gut von erſt teilen daz vermacht und verpent iſt, danne dar jnre gut daz in der ſtat zu *Mentzen* gelegen iſt. die wile daz die zwei eliche Lude in irre ſatzunge vermacht hant daz ir Erbin daz uſſer gut als wol teilen ſollen als daz jnre gut, diſſ Orteil wart gegebin *beintzen* zum *jungen* und ſinen geſellen *Hennekin Bart* und *claus Winsperg*, den dren ſcheffen. die bereden ſich darumb und brachten daz orteil in daz ſie ſich irfarn hetten und wern gewiſt und duchte auch ſie ſelber ein recht ſin, brechte man zu daz die ſatzunge alſo geſchen ſy als die frage da fur getan iſt, daz die erbin daz uzzer gut, daz alſo verpenet und vermacht iſt bilcher von erſt teilen dan daz jnre gut die wile der zweier elichen Lude wille waz daz man daz uſſer gut als wol teilen ſolle. als daz jnre, diſſ orteil quam uber den dritten man und hatte man des die volge mit eiden herrn *Salmanne* dem Camerer von Scholtheiſſe *Rudolff* und

 von

von richter *Jacoben* und von andern erbern Luden gnug burgern zu *Mentzen* und hat diſſ orteil der vorgenanten richter *Jacob* beſait mit eiden vor dem vorgenanten herrn *Salmanne* dem Camerer zu *Mentzen* und waz da by der egenante Scholtheiſſe *Rudolff* der daz orteil gab furſprechen *Ludele* und ander erber burger gnug zu *Mentzen* und wart diſſ orteil gefraget. Geſprochen und auch beſait off den Mandag vor dem zwelfften dage jn dem jare als man zalte nach unſers herren geburte Duſent jare dru hundert jar und in dem funffzigſten jare.

4. januarij.

CXLVII.

SENTENTIA CONTRA NICOLAUM DURNHEIM, QUOD VICARIA SUA PRIVANDUS ET INCARCERANDUS SIT.

In nomine domini Amen. Per hoc preſens inſtrumentum publicum cunctis intuentibus pateat evidenter, quod anno a nativitate ejusdem MCCC.L. Indictione ſecunda ſedecima die Menſis februarii hora diei quaſi tertiarum Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri domini *Clementis* divina providentia Pape VI anno VIII. in turri caſtri *Elteuil* in camera habitationis reverendi in Chriſto patris ac domini domini *Heinrici* Archiepiſcopi Magunt. ante lectum ejusdem domini Mogunt. Idem dominus *Heinricus* Archiepiſcopus &c. ibidem preſentialiter conſtitutus quandam provocatio-

cationis ſententiam in quadam carta papirea conſcriptam quam pro tunc in ſuis manibus tenebat, ſuo nomine per *Ulricum de Doltz* notarium ſedis Mogunt. tunc preſentem & eandem cedulam ab eodem Domino *Henrico* archiepiſcopo Magunt. ad manus ſuas recipientem in mei notarii publici infraſcripti & teſtium ſubſcriptorum preſentia legi juſſit & mandavit, quam quidem ſententiam ſive cartam prefatus *Ulricus* usque ad illam cedulam in dicta carta contentam videlicet ipſum quoque *nicolaum* privavimus & privamus ex cauſis premiſſis dicta ſua vicaria Dei nomine ſententialiter in hiis ſcriptis &c. nomine dicti domini *Heinrici* Archiepiſcopi tunc preſentis & conſentientis legit, quae carta ſive ſententia ſic per prefatum *Ulricum* lecta prefatus dominus *Heinricus* Archiepiſcopus dictam cedulam ad ſe recipiens preſcriptam cedulam negotium privationis hujus tangentem cum ea qua decuit ſollempnitate perſonaliter legit, ac ipſum *Nicolaum Durnheym* ſacerdotem vicaria ſua quam habet in eccleſia ſancti *Bartholomei* Franckfurt. ſententialiter publice & expreſſe privavit cujus quidem ſententie privationis tenor de verbo ad verbum ſequitur in hunc modum. In Nomine Domini Amen. *Heinricus* Dei gratia ſancte ſedis Mogunt. Archiepiſcopus ſacri imperii per germaniam archicancellarius univerſis chriſti fidelibus ſalutnm in eo qui eſt omnium via ſalus. Quod licet *Nicolaus de Durnheym* ſacerdos perpetuus vicarius ſancti *Bartholomei* in *franckfurt* noſtre dioces. nobis ſuper quibusdam ſuis exceſſibus & enormibus cri-

 mi-

minibus ſit & fuerit fama publica referente infamatus & accuſatus quibus infamiis & accuſationibus fidem creditam adhibere volebamus ſcilicet inquiſitionem eorundem ſuorum exceſſum honorabili viro Decano eccleſie ſanctorum *Marie* & *Georii* dicti opidi *Franckinfurt*. ſic in commiſſione ſibi factá per nos plenius invenitur duximus committendam qui vocatis evocandis noſtra auctoritate inquiſitionem cum diligentia factam teſtibus receptis iuratis & examinatis dicta eorundem teſtium ſuo ſigillo clauſa litera nobis duxit reſcribenda certo termino predicto *Nicolao* ad comparendum coràm nobis in *Elteuil* prefixo & aſſignato videlicet feria ſecunda proxima poſt dominicam *Invocavit* ad videndum fieri publicationem teſtium & ad excipiendum contra dicta teſtium ſi ſibi competere videretur dicto *nicolao* ſic comparente coram nobis atteſtationibus in ſui preſentia lectis & publicatis invenimus eundem *Nicolaum* crimine ſubtractionis unius calicis in armario eccleſie ſancti *Bartholomei* predicta furtiue perpetrati & ſacrilegii irretitum non ſolum ex probatione multorum teſtium verum etiam ex propria confeſſione ſuadente dyabolo & Dei timore poſtpoſito predictum reum in predictis furtu & ſacrilegio exceſſiſſe & ſicut ſe divinis & celebratione miſſarum diverſis temporibus ingeſiſſe unde juriſperitorum communicato conſilio & penes nos deliberatione diligenti prehabita predictum *Nicolaum* perpetuo carcere mancipandum ipſum quoque inhabilem & indignum ad dictam ſuam vicariam

cariam vel ad quodcunque aliud beneficium eccleſiaſticum obtentum vel obtinendum eſſe pronuntiavimus & preſentibus pronuntiamus, ipſumque *nicolaum* privavimus & privamus ex cauſis premiſſis dicta ſua vicaria Dei nomine ſententialiter in hiis ſcriptis volentes eciam eandem noſtram ſententiam conſcribi meliori forma qua fieri poteſt addendis & minuendis quibuscunque oportunis hic pretermiſſis, lecta & lata eſt hec ſententia privationis. Anno Indictione die Menſe hora diei pontificatus & loco ſupradictis. Preſentibus honorabilibus viris *Hartungo* ſcolaſtico eccleſie ſancte *Marie* Erfordenſis *Hugone* cuſtodi eccleſie pinguenſis *Henrico bauro* notario dicti domini Archiepiſcopi & *Ulrico de Doltz* notario ſedis Magunt. predicte pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego *Theodericus* dictus *ysenache* clericus Magunt. dioceſ. publicus imperiali auctoritate notarius privationi & ſententie prolationi ac omnibus & ſingulis preſcriptis una cum preſcriptis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi, Ideoque hoc preſens inſtrumentum publicum exinde confeci & in hanc publicam formam redegi ſignoque meo ſolito & conſueto conſignavi a predicto Domino *Heinrico* Archiepiſcopo Magunt. requiſitus in teſtimonium ſuper eo.

CXLVIII.

CXLVIII.

ITEM LITTERA GERLACI ARCHI EP. MAG. ILLIS DE WOLFFSKEL FEUDUM CASTRENSE ASSIGNANTIS.

G*erlacus* Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archi Cancellarius recognoſcimus & tenore preſencium proteſtamur quod nos de conſenſu & voluntate capituli noſtri Maguntini dedimus *Alberto* & *Gerhardo* ac *Embrichoni* filio fratris ſui de *Wolveskeln* militibus tres manſos in caſtro noſtro *Wolveskele* nomine caſtrenſis feodi jure hereditario perpetuo poſſidendos, ita quod ipſi & eorum heredes dictum caſtrum noſtrum fideliter cuſtodiant ad honorem & utilitatem Eccleſie Maguntine. Teſtes hujus rei ſunt *A.* Camerarius Maguntinus *S.* Dapifer de *Reinberg G. volpes* de *Rudesheim* & *Conradus* de *Zagelbach* milites *Fridericus* de *Waldertheim* Schultetus & *A Walpodo* cives Maguntini *Otto de Crumpach Hartmodus* de *Cronenberg* & *Maſo de Nerſtein* milites In teſtimonium hujus facti preſentes litteras noſtri & capituli noſtri ſigillis duximus roborandas. Actum *Maguncie* anno Domini Milleſimo CCC° LII. XI. Kalendas julij Pontificatus noſtri anno primo.

21. junij.

CXLIX.

CXLIX.

CUNO VON FALCKENSTEIN BEGIBT DAS SCHULTHEISSEN AMT &c. ZU ALGESHEIM.

Wir *Henrich* von der *ſpor ſymon* von *Cube Frome* und *Frome* unſer elichen Husfrauen bekennen offenliche an dieſem briefe daz der Edele unſer gnediger herre her *Cone* von *Valckinſteyn* dumprobſt und vormunder des ſtyfftes zu *Mentze* uns daz ſchultheizen ampt zu *Algensheim* beuohlen hait mit allen den nutze und geuellen die zu dene vorgenanten Ampte gehorent, und mit dem Bachus, Molen, Wymmarcketen Eckern und wyſen als des ſelbes unſers herrn von *Valckenſteyn* briefe ſprechent, die er uns darubir gegeben hait, die alſus von worte zu worte geſchrieben ſtent. Wir *Cone* von *Valckinſtein* dumprobeſt und Vormunder des ſtyfftes zu *Mentze*, tun kunt allen luden die dyſem brief ſehint oder horent leſen, daz wir mit wizzen und willen des Erwerdigen in Gotte vater und herren unſers herrn herrn *Henrich* Ertzebiſchoffs zu *Mentze* den beſcheiden luden *Henrich* von der *ſpor ſymone* von *Cube* und yren elichen Husfrauwen daz ſchulteitzen ampt zu *Alginsheim* beuolhin han, und beuohlen yn daz an dyſem briefe daz ſie daz halden und habin ſollent mit allem den nutzen und geuellen, und in aller der wys, als ander des ſtifftes, ſchulteizen uz biz her gebracht hant, und ſollen dieſelben *Heinrich* und *ſymen* und iren Husfrawen des ſtyfftes Hoff zu *Alginsheim* mit allen den Eckern und wieſen die dar

zu

zu gehorent habin und buwen, und uns oder wer den ſtyfft zu zyten inne hait von ygelichen ackern daz halbteil oder daz drytteil als ſich geburt und biz her gewonlich iſt geweſt aller der fruchte und nutze, dy da von erſchinent, und fallende ſind geben ouch ſollent ſie des ſtifftes Baghus und Molen da ſelbes haben mit allen nutzen die da von komen und ſollent dy halden in erlicheme, noetdorftegen und gewonlichem buwe und ſollent uns odir wer den ſtyfft nach uns zu zyden inne hait darvon geben alle jar funfzeg malder Kornes binger mazes wer ouch daz dieſelbe Baghus und Molen von des ſtyfftes wegin und nit von yren ſchulden virſturet, und virtylet wurden ſo ſolden wir oder wer den ſtifft zu zytten inne hatte ſie wieder tun buwen uf des ſtyfftes koſt, und als lange ſie ungebuwet und nit vollenbracht enſint, als lange ſint ſie der vorgenanten funffzig malder kornis nit ſchuldig zu gebene. Ouch ſollint die egenanten *Heinrich* und *ſymen*, und yren Husfrauen vorgenant des ſtifftis Wymmarkete alda ſelbis habin, und beſtellen und uns oder wer den ſtifft zu zyden innehait dar von geben alle jar drizehen marck phennege ſes und drezig ſchillinge haller vur y dy marck zu zelene Ouch han dieſelben *Heinrich* und *ſymon* daz vorgenant Amt geloſet mit unſerme guden wille von *Hertwine* genant *ſchulle* von *Algensheym* vur ſeshundert und zwey und ſybintzig phund haller dy der *Hertwie* den vorgenanten unſerem herren von *Mentze* uf daz egenante Ampt und gut geluhin hatte, und wart daz gelt darumb

iz

iz zu den erſten virſatzet wart wizzenlich und kuntlich an dem buw zu *Elteuil* gekeret, und enſollen wir oder wer den ſtifft zu zyten inne hait die ſelbe *Henrich* und *ſymon* und yre Husfrauwen und yr rechten libes Erben von dem Ampte nit enſetzin, noch den pacht von deme baghus, von der molen, und daz Geldt von den Wimmarcken nit erhohen yn enſy dan dy vorgenant ſes hundert und zwey und ſybentzeg phunt haller gantz und gar bezalet, von uns oder wer den ſtifft zu zyden inne hat ouch en ſollent dy vorgenante *Heinrich* und *ſymon* noch ir Erben keinen des ſtifftes undertan in deme vorgenanten Ampte beſwern noch dryngen mit ſchatzungen noch mit ungewonlichen dineſte dan als ſie biz her komen ſint, ſunder ſie ſollint ſie ſchirmen ſchuren und getruwelichen virantwortene und glich rechtes helfen deme armen, als deme richen uzgeſcheiden allerley Argeliſt und geuerde. An allen diſen ſtucken wer ouch daz dy molen zu ſtorent wurde und nit daz baghus, oder die baghus zu brochin wurden, und nit dy molen, welchiz dan ſtande verlybe da ſollent dy ſelbin *Heinrich* und *ſymon* oder yr Erben den pacht oder gulde vone geben, als ſich nach martzal, dar vur geburet, uns oder wer den ſtifft zu zyden innehait, obe in dheyn von des ſtifftes wegen vertylet wurde ane geuerde, und wir *Heinrich* Ertzebiſchoff zu *Mentze* vorgenant bekennen daz wir dieſe vorgeſchrieben ſtucke und artickeln geſcheen ſint, mit unſerme wizzin willin und verhengniſſe. Des zu urckunde ſo han wir

unſer

unſer Ingeſigel zu *Conen* von *Valckinſtein* Dumprobeſtes und unſers vormunders Ingeſigel an dieſem briff gehangen. Ouch iſt der funff vurmundere Gemeine vurmuntſchafft Ingeſigel zu gezugniſſe aller dieſer vorgeſchriben ſtucken an dieſem bryf gehangen. Der gegeben iſt zu *Elteuil* an dem ſontage nach ſante *Andreastage* des heyligen Apoſtelen. Da man zalte nach *Criſtus* geburte druzehenhnndert und zwey und funffzig jar, und wir *Heinrich* von der *ſpor ſymon* von *Cube*, *Vrome* und *Vrome*, yr Husfrauwen han globet in guten truwen und zu den heiligen geſworen, dy vorgenante ſtucke, als ſie da obene in unſers Herren bryſe geſchrieben ſtent ſtede und veſte, zu haldene ane argeliſt und geuerde, und han des zu urckunde unſer Ingeſygel vur uns unſer Huſſfrawen und unſer Erben an dyſen brif gehangen. Der geben iſt des tages und jares als da obene in unſers herren brife geſchrieben ſtet.

CL.

HANS VON RETERSPACH BEKENNET SIC EINEN GEFANGENEN DES CUNO VON FALCKENSTEIN.

Ich *Hannes* von *Reterspach* beckennen uffinlich an diſim briefe und tun kunt allen luden die in ſehent oder horent leſin, daz ich dez Edeln herrn herrn *Cunen* von *Falckenſtein* dumprobeſtis und vor-

vormunder dez ſtifftis zu *Mentze* und dez ſelben ſtifftis geuangen bin und daz mir zyl und tag gegeben hat, biz uf den neheſten ſuntag nach dez heiligen *Criſtis* Tag, der ſchirſte kumit, nach diſis briefis gifte, und ſal ich mich uf den ſelben tag zu *Aſchaffinburg* in die burg inantwerten und numer von dannen zu kumen ane des vorgenante mins herrn von *Valckenſtein* guden willen und gunſt und han daz in guten truwen globit und zu den heylgen geſworn ane alle geuerde und argeliſt dez zu urckunde und veſter ſtedeckeit, ſo han ich *Hannes* vorgenant min Ingeſigel gehangen an dieſin brieff, der gegeben iſt, do man zalte nach *Criſtis* geburthe druzehen hundert jar und darnach in dem zwei und funffzigeſten jare uf ſant *Katharinen* tag der heilgen Iungfrauwen und Mertelere.

25. Nov.

CLI.

COLLEGIATAE FRANCOFORDENSES ADHAERENT HENRICO ARCHIEPISCOPO &c.

In Nomine Domini Amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum univerſis inſpectoribus maxime autem hiis quorum intereſt, aut quibus noſſe fuerit oportunum pateat evidenter, quod anno nativitatis ejusdem MCCCLII. Indictione quinta, viceſima ſexta die Menſis Decembris qui fuit ipſa dies beati *Stephani* proto martiris hora diei ejusdem quaſi ſexta vel citra ſumma miſſa in *El-*

'*teuil* decantata in cymitherio parochialis eccleſie opidi *Elteuilen* Magunt. dioceſ. ante januam dicte eccleſie qua tranſitur ad curiam plebani ſive dotis eccleſie ejusdem in mei publici imperiali auctoritate notarii & teſtium infraſcriptorum preſentia conſtitutus, honeſtus vir Dominus *Dytwinus* de *Melppach* canonicus prebendatus eccleſieSanctorum *Marie* & *Georgii* frankinfurt. dicte Mogunt. dioceſ. procurator & procuratorio nomine honorabilium virorum dominorum Decanorum & capitulorum nec non ſingularum perſonarum de capitulis & vicariorum ſancti *Bartholomei* ſanctorum *Marie* & *Georgi Frankinfurt* ac montis ſancte *Marie* eccleſiarum opidi *Franckinfurt.* ſupradicti totiusque cleri ibidem habens mandatum ſive procuratorium ſufficiens ab eisdem ſuis dominis ad infra ſcripta facienda peragenda & exercenda ſibi traditum de cujus procuratorii tenore mihi notario infraſcripto facta extitit, plena fides & procuratorio nomine quo ſupra ac pro ſe quandam adheſionem in quadam carta papirea conſcriptam publice fecit & peregit atque mihi notario ad conficiendum ſeu in formam publici inſtrumenti redigendum exhibuit tenoris & continentie in hec verba, Ego *Dytwinus* de *Melppach* canonicus prebendatus eccleſie ſanctorum *Marie* & *Georgii* franckinfurt. Magunt. dioces. procurator honorabilium virorum dominorum Decanorum & capitulorum, ac ſingularum perſonarum canonicorum & vicariorum ſancti *Bartholomei* ſanctorum *Marie* & *Georgii* ac montis ſancte *Marie* Eccleſiarum franckinfurt. predictarum to-

totiusque cleri ibidem procuratorio nomine pro ipſis & pro me conjunctim & diviſim. Adhereo appellationi proteſtationi defenſioni cum ſuis ſequelis & emergentibus & connexis hodierna die propoſitis in ſcriptis per Reverendum in Chriſto patrem ac dominum noſtrum dominum *Heinricum* Archiepiſcopum Mogunt. nec non nomine & ex parte venerabilis ac nobilis viri domini *Cunonis* de *Falckinſtein* proviſoris eccleſie Magunt. predicte contra quosdam proceſſus ut aſſeritur lectos & publicatos in civitate Magunt. concernentes prefatos dominos noſtros archiepiſcopum & *Cunonem* ac ſibi adherentes ad Sanctam ſedem apoſtolicam & ejus protectionem qua protectione ego *Dytwinus* procurator quo ſupra nomine frui volo & ſuper eo te notarium publicum requiro ut hanc adheſionem inſeras prefate appellationi & proteſtationi coram te & teſtibus propoſitis, & ſi mihi opus fuerit inde conficias, publica inſtrumenta ſuper qua quidem adheſione per dictum dominum *Dytwinum* procuratorem ſuo & quo ſupra nomine facta publice & peracta idem dominus *Dytwinus* me notarium ſubſcriptum diligenter requiſivit ut exinde in ſignum vere adheſionis prenarrate ſibi publicum conficerem inſtrumentum. Acta ſunt hec Anno Indictione Menſe die hora & loco quibus ſupra Preſentibus honeſtis & diſcretis viris dominis *Bertoldo* de *Geylnhuſen* canonico *Petro* Pincerne *Iobanne* de *Weſebaden* vicariis eccleſie ſancti *Petri* extra muros magunt. *Conrado* in *elteuil*, *conrado* in *Eſchirſ heym* eccleſiarum parrochialium rectori-

 bus

bus ſeu plebanis, *johanne* de *Butzbach* ac *Theoderico* de *yſenach* clerico & officiato domini *johannis* prepoſiti eccleſie ſancti *victoris* extra muros Magunt. pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego *Petrus* quondam *Heinricus* dicti *Grozheintze* de *odirnheym* clericus Magunt. publicus imperiali auctoritate notarius, quia premiſſe adheſioni una cum prenominatis teſtibus preſens interfui ipſamque cartulam de manibus ipſius procuratoris ſuſcepi ac omnia in ipſa contenta ſic fieri vidi & audivi Ideo de omnibus & ſingulis in ipſa cartula contentis publicum preſens inſtrumentum exinde confeci & in hanc publicam formam redegi ſignoque meo ſolito & conſueto ſignavi requiſitus & rogatus in teſtimonium veritatis premiſſorum.

CLII.

CONFIRMATIO SUPER PIGNORATIONE DE EGERE FLOZZ ET BARKENSTEIN.

G*erlacus* Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarius notum facimus preſencium inſpectoribus & auditoribus univerſis, quamvis littere Sereniſſimi ac invictiſſimi Principis & Domini Dni *Karoli* Romanorum ſemper Auguſti & Boëmie Regis Domini noſtri gratioſi, quas ſuper obligatione & infra ſcriptis ſuis pignoribus videlicet civi-

civitate Egrenſe & ejus territorio nec non caſtris & munitionibus *Flozz* & *Parkſtein* & eorum pertinentijs pridem obtinuit, quasque clare memorie Illuſtres Principes quondam Reges Romanorum progenitores ſui ex notabilibus cauſis a ſacro Romano Imperio obtinuiſſe noscuntur, ſiniſtri caſus, odioſis eventibus cremate ac perdite fuerint & ſint, quod earum preſidio uti non poteſt ad oſtenſionem ſui juris ſicut eisdem merito uteretur, tamen cum eadem obligatio ſive pignoratio nota ſit publice & nos de condicione obligationis hujus ſimus plene & ſufficienter inſtructi, videlicet quod prefata Egrenſis civitas cum ſuo territorio nec non caſtra ſeu munitiones *Flozz* & *Parkſtein* cum omnibus ſuis pertinentijs regno & corone Boemie pro quadraginta milibus marcarum puri argenti, quinque florenis cum dimidio Florentini ponderis pro marca qualibet computandis a ſacro Romano Imperio rite fuerint obligata & progenitores ac predeceſſores ſui Reges Boemie Illuſtres in poſſeſſione pre fatorum pignorum fuerint & ipſe Dominus noſter predictus eadem pignora rite poſſideat in preſenti, conſideratis igitur multiplicibus favoribus & gracijs & fructuoſa diligentia nec non laboribus quibus prefatus Dominus noſter ad honorem & utilitatem ſacri Imperij fideliter & frequenter intendit, inſpectis etiam notabilibus & ſtudioſis obſequijs, que progenitores ſui quondam Reges Boemie ipſi ſacro Imperio reverenter & utiliter ſepius oſtendiſſe noscuntur, cum prefatum regnum Boemie Imperialis corone dignum quidem & nobile

bile

bile membrum exiſtit, dampnis hujusmodi quibus prefatum regnum Boemie ex premiſſis eventibus gravari valeret, deſideramus occurrere ſapienter, nominatim ob illam fidem, qua velut Princeps Elector ſacro tenemur Imperio, ne prefatus Dominus noſter & regnum ſuum Boemie occaſione dubitationum talium dampna quevis impedimenta ſeu diſpendia paciantur animo deliberato ac de certa noſtra ſcientia notum facimus & fatemur quod prefata Egrenſis civitas cum ſuo territorio & caſtra ſive munitiones *Flozz* & *Parckſtein* cum opidis villis, nobilibus, plebejis, pauperibus & divitibus circumferentijs & omnibus pertinentijs ſuis, que infra metas ſive limites terrarum, caſtrorum ſeu munitionum hujusmodi ſituantur, prefati Domini noſtri Regis tanquam Regis Boemie heredum & ſucceſſorum ſuorum Regum Boemie & ejusdem regni corone pignus & obligatio dudum fuerunt & ſunt pro quadraginta milibus marcarum puri argenti ponderis antedicti & eandem pignorationem ſive obligationem confirmamus de certa ſcientia ſub omnibus modis & condicionibus ut prefertur, ipſisque obligationi & pignorationi favorem voluntatem verbum & plenum conſenſum apponimus velut Archi Epiſcopus Maguntinus Archi Cancellarius & Princeps Elector ſacri Imperij ſupradicti preſentium ſub noſtro ſigillo & teſtimonio litterarum. Datum *Spire* Anno Domini M°CCC° LIII°. feria quarta proxima ante diem ſancti *Nycolai* Epiſcopi.

4. Dec.

CLIII

CLIII.

QUITTUNG UBER LXVI. GULDIN.

Ich *Herburd* von *Hexheim* bekennen uffinliche an dyſem briefe daz *johannes* von *Eych* Schriber des Zcolles zu *Lonſtein* mir hude uff dyſen tag an mines herren herren *Conen* von *Valckenſtein* ſtad ſehs und ſehszig guldin gereychit und bezalet hat von deme turnoſe der mime vorgenante herrn von *Valckenſtein* von dem Ryche gegebin iſt an deme vorgenanten Zcolle zu *Lonſtein* ſine lebetage zu nemene und uffzuhebene und der ſehs und ſechszcig guldin ſagen ich den vorgenanten *johanneſen* von mines herren von *Valckenſtein* wegin ledig und quid mit dyſem briefe zu urkunde mit myme ingeſigel beſigelt daz daran hangit. Datum craſtina die poſt diem beate *Elizabeth* vidue Anno Domini M° CCC° L quarto.

20. Nov.

CLIV.

DAS DOM-CAPITEL GIBT HEILMANNEN VON WATTENHEIM SICHERES GELEIT.

Wir *Heinrich* von *Byenbach* Cuſter und daz Capitel gemeynliche der Kirchen zu deme Dume zu *Mentze* bekennen uns uffenliche an dieſem briue und dun kunt allen luden die in ſehen ader horen leſen, daz wir vor uns und unſer frunt die durch uns und unſer capittel dun und lazen

 wullen

wullen gebin eyn gut ſycher geleyde den ſtrengin Ritter. . Herrn *Heylmanne* von *Wattenbeym* vor unſerme Herren Herrn *Gerlache* Ertzebiſchoffe zu *Mentze*, eyn fruntlichen dag zu leyſtene, wo und wanne er uns den beſcheydet, dar und auch von dannen, ane allerleye argeliſt und geuerde, und des zu urkund und veſten ſtedikeyt, gebin wir dieſen brieff beſigelt mit unſers Capitels Ingeſigel, der gegeben iſt, do man zalte von Gots geburt duſint jar druhundert jar in deme vier und funffzegeſten jare an dem neheſten ſamsdage vor ſante *ſimons* und *juden* dage der heilgen Apoſteln.

25. Oct.

CLV.

AUSSCHREIBEN DES DOMCAPITELS, DAS DEM ERTZB. GERLACH ZU GEHORSAMEN SEYE.

Wir daz gemeyne Capitel des Thumes zu *Mentze* Eindrechtlichen inbieden allen mannen Burgmannen Amptmannen, ſchultheiſſen ſcheffen, Durnknechten wechtern, Kelnern und undertanen des ſtifftes zu *Mentze* unſern gruz und alles gut, wir kundigen uch, daz her *Henrich* der etswan Ertzebiſchoff zu *Mentze* waz nuweliche und gewisliche vervarn und tot iſt, und hat der aller durchluchtigiſte. . furſte unſir genediger herre. her *Karl* Romiſcher Kung ein gantze ſune geret und

und gemacht, zuſchen dem Erwirdigen in Gode vader und Hern. unſerm Herrn hern *Gerlache* Ertzebiſchoff zu *Mentze* und allen den die bi ime bliben ſint uff eyne ſite und hern *Cunen* von *falckinſtein* und allen den die bi eime und etswan dem vorgenanten hern *Henrich* verliben ſint uf die andir ſite, und der ſelbe unſer herre herr *Gerlach* Ertzbiſchoff und her *Cune* von *falckinſtein* und wir zu beiden ſiten eindrechtelichen die ſune geanainet und geſworn han. und wollen die auch halden, darum heiſſen wir uch und manen und beden uch gemeynlich und beſunder daz ir denſelben vorgenanten hern *Gerlachen* Ertzebiſchoff zu *Mentze* unſirn Herrn vor ein Ertzebiſchoff zu *Mentze* enphaet und eine globit Huldit ſweret und gehorſam ſit als uwern rechten herrn und niemans anders, Datum *Mogunt.* noſtro ſub ſigillo Sabbato ante Epiphan. Dni. Anno Nativitatis ejusdem. M. CCC LIIII.

4. jan.

CLVI.

PASTORIE GEFAELLE ZU SOBERNHEIM WERDEN IN BESTANDT GEGEBEN.

Ich *Antelman* Ritter vom *Grasweg*e Burggreue zu *Beckckilbem* und *Liepmut* min Eliche frauwe bebeckennen uns offenliche an dieſem brieve, daz wir umb die Erſamen herren den Dechan, und daz Capitel des dumes zu *Mentze* beſtandin han

alle die nutze und recht die fallinde ſint, von der Paſtorie der Kyrchen zu *ſobirnheim* dru gantze jar die nehſt komen nach giffte diz brieues umb dru hundert phunt heller genger und geber , der dy ſelbin unſir vorgenanten herren von uns gentzlichen bezalt und gewert ſin als ouch ir briefe ſagen die ſy uns daruber hant gegebin. Und iſt geredet zwiſchen yn. und uns was novalia unſir herren oder wir hie zwiſchen dem Apt und dem convent von ſanth *Desbodin* berge an gewinnen daz ſal der vorgenante unſir herren ſin und nit unſir queme ouch hal oder her bin dieſen drin jaren des Got nit verhenge, ſo ſollin die vorgenante unſir herren uns nach Marzal abe slahen. und wyder keren als vil als kuntſchafft und des landes gewonheit wiſet und leret, zu urckunde und feſter ſtedickeit allen diren vorgeſchriebin dinge han ich *Antelman* vorgenant min Inſigel an dieſen brief gehangen. der gebin iſt, do man zalt von *Criſtus* geparte druzehin hundert jar. und darnach in dem vier und funfzigiſten jar, an dem heiligen pfingſtabinde. 31 Maii.

CLVII.

HIC NUMERANTUR BONA QUE COMES DE FELDENTZE HABET IN FEODO.

Wir *Heinrich* graue von *Veldentz* veriehen offintlichen an dieſem brieue und thun kunt allen luden das wir uberſte Troſſeſſe ſin des Erwir-

wirdigen furſten unnſers liben herren herr *Gerlachs* Ertzbiſchoues zu *Mentze* und ſines ſtifftes und han darumb von yme zu lehene dieſe hernach geſchribene gut, zu dem erſten die ſtad zu *Meiſinheym*, die ſtadt zu *Odirnheim* by *Sobernheim* gelegen, das dorff zu *Eſenheim* und das dorff zu *Armesheim*, und was zu diſen vorgeſchriben ſteden und dorffern gehorig iſt, uſſgenomen eins houes der gelegen iſt in dem vorgenanten dorffe zu *Armsheim*, unnd was gudes zu dem houe gehorig iſt, denſelben hoff und gut wir kauffen umb die frawen des cloſters zu *Syon* und nu zu lehene han von unſerm herren dem Ertzbiſchoue von *Trier* und ſeim ſtiffte, und was anders gudes hye vorgeſchriben ſtet, das han und ſollen wir und unſer erben nach uns als von eins oberſten truchſeſſe amptes wegen zu lehene han von dem vorgenanten unſerm herren dem Ertzbiſchoff zu *Mentze* und ſime ſtiffte an alle argeliſte und geuerde. Des zu urkunde han wir unſer Ingeſigel gedrucket zurucke uff dieſen brieue. Datum feria quarta proxima poſt *Epiphania* Domini Anno ejusdem M°. CCCLIIII.

8 Ian.

CLVIII.

CLVIII.

ABBAS PROTESTATUR QUOD LICET RESUMIT DIVINA OFFICIA PER HOC TAMEN NULLATENUS RENUNCIARE INTENDAT IURIBUS ET IMPETICIONIBUS SIBI COMPETENTIBUS CONTRA CIVITATEM MAGUNT. OCCASIONE DESTRUCTIONIS EORUM MONASTERII.

In Nomine Domini amen. Per hoc preſens inſtrumentum publicum univerſis pateat evidenter. Quod ſub anno nativitatis Dominice milleſimo Trecenteſimo Quinquageſimo quarto indictione ſeptima Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini Domini *Innocencij* Pape ſexti anno ſecundo, die viceſima ſecunda menſis Novembris infra miſſarum ſollempnia In domo capitulari Eccleſie Magunt. in ſtippa ſeu calefactorio ejusdem domus conſtitutus in mei notarij publici, ac teſtium ſubſcriptorum preſencia, venerabilis vir Dominus *Hermannus* Abbas Monaſterij Sancti *Albani* extra muros Mag. Ordinis ſancti *Benedicti* pro ſe & ſingulis de conventu dicti Monaſterij meliori modo & forma, quibus melius potuit proteſtabatur. Quod cum ipſi ad juſſum & mandatum Reverendi in Chriſto patris ac Domini Domini *Gerlaci* Archiepiſcopi Magunt. divina officia reſumere & divinis ſe immiſcere oportet quod ipſi pro eo quod ipſi hoc facerent nequaquam juribus & impeticionibus ſuis, quos & quas, quocumque jure ſeu quocumque modo, adverſus civitatem & populum Magunt.

gunt. haberent & habere poſſent, nullatenus renunciarent ſeu renunciare intenderent, ſuper eo quod eorum Monaſterium alias deſtruxerunt, & per ignis incendium miſerabiliter devaſtarunt. Sed jus ſuum & dicti ſui Monaſterii, ac ſuas actiones & impeticiones, pro eo & ſuper eo, contra eos qualitercunque hoc facere poſſent & deberent vellent proſequi, loco & tempore oportunis. Facta eſt hec proteſtacio & acta ſunt premiſſa preſentibus honorabilibus viris Dominis *Gerhardo de Vinario* Scolaſtico, *Ottone de Czigenhain Wilhelmo de Sauwlnheim Engelberto de Puteo Friederico* dicto *Specht* Canonicis Majoris *Gotfrido* ſancti *Stephani Nicolao* ſancte *Marie in Campis*, *Heinrico* ſancte *Marie ad gradus Petro* ſancti *Mauricij Dielmanno* ſancti *Johannis Nicolao* ſancti *Gangolffi*, Decanis *Wykero* ſancti *Stephani, jacobo* ſancti *Victoris Gotfrido* ſancte *Marie* ad *Gradus* & *Jacobo* ſancte *Marie in Campis* Scolaſticis intra & extra muros Maguntin. Nec non quam pluribus alijs prelatis & Canonicis eccleſiarum earundem, pro teſtibus ad hec vocatis ſpecialiter & rogatis, Item poſt hec eadem die in curia habitacionis ipſius Domini Abbatis idem Dominus *Hermannus* Abbas ſimiliter in mei Notarij publici ac teſtium ſubſcriptorum preſencia, eandem proteſtationem pro ſe & ſingulis de conventu innovavit per omnia quemadmodum eſt preſcriptum Acta ſunt hec preſentibus venerabili viro Domino *Wyrico* Abbate *Johanne* cuſtode *Johanne* de *Heideſcheim* Cellerario, Monaſterij ſancti *Jacobi* extra muros Magunt. ordinis ſancti

Be-

Benedicti nec non honorabili viro Domino *Nicolao* Decano ſancte *Marie in Campis Erwino* Scolari ſuo *Gotfrido* & *Crafftone* clericis Maguntin. dioceſ. teſtibus ad hec vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego *Johannes Ulrici* de *Friſinga* clericus Maguntin. publicus Imperiali auctoritate Notarius Premiſſis omnibus & ſingulis preſens interfui una cum teſtibus prenotatis & ea dum agerentur & fierent fieri vidi & audivi Ideo hoc preſens inſtrumentum publicum exinde confeci, manu mea propria ſcripſi ac ſigno meo ſolito & conſueto ſignavi, in teſtimonium premiſſorum.

CLIX.

REVERSA QUA DE FALCKENSTEIN PROMITTIT COMPOSICIONEM FACTAM RATAM TENERE.

Wir *Cone* von *Valkenſtein* Dumprobiſt und Canonike des ſtifftes zu *Mentze* gelobin mit guden ſteden truwen ane geverde und mit geſworem eyde den wir wizzentlichen darubir getan habin, daz wir die fruntlichen ſune und berichtunge die der aller durchluchtigiſte furſte und herre her *Karl* Romiſcher Konig zu allen zyten merer des riches und Konig zu Beheim unſir lieber gnediger herre zuſchen dem erwirdigen herren und vater in gote hern *Gerlach* Ertzebiſchove zu *Mencze* unſirm lieben herren herren *Gerlachen* ſinen

ſinen vater, hern *Adolfen* und hern *johanſen* grauen zu *Naſſau* ſinen brudern an einem teil und zwiſchen uns an deme andern und zwiſchen unſern frunden helfern und dinern geiſtliche und werntliche die by uns beden ſyten blieben ſint gemacht und geſprochen hat umb alle miſſehel uffleuffe und Criege in aller der maſſe als die briefe des obgenant unſers herren des Kongis darubir luten in allen den meynungen punčten artickeln und begreifungen von worte zu worte als dieſelbe fruntliche ſune in des egenanten unſirs herren briefen (*) geſchriben iſt gantz ſtede und unvirrukit haben halden enden vollenbrengen und volzihen wollen und ſollen ane vorzog und ane alles hinderniſſe. Ouch hân wir uns virzigen und vorzihen uns mit rechten wizzen in guten truwen ane geverde und luterliche by den obgenanten geſworen unſirn eyden vor uns und alle unſir helfer und diener und alle die by uns in dyſem Kriege blieben ſint uff allen Krieg zweyunge ſchaden trubſal und alle miſſehel wie man die benennen mag die ſich zwiſchen uns beider ſyten biz uff dyſem hutigen tag vorlauffen habin, und globin auch by deme eyde und truwen als da vor begriffen iſt, daz wir dieſelben criege ſchaden trubſal und miſſehelgen dem obegenanten hern *Gerlach* Ertzebiſchoff zu *Mentze* unſerm herren, hern *Gerlach* ſinem vater, hern *Adolfen* hern *Iohanſen* Greven zu *Naſſauwe* ſinen brudern den vorgenanten yren frunden helfern dinern und allen den die by yn in dyſem ſelben criege bliben ſint nummer in dhey-

nen

nen zyten andern rethen andirweiden odir vornuwe wollen in arge odir zu ſchaden in dheyne wys mit urkunde diſes brives mit unſirm Inſigel, und des zu gedechtniſſe und ewegen ſtetekeit habin wir die erwirdigen herren und vetern in gote herrn *Wilhelmen* Ertzbiſchoff zu *Colen*, herrn *johanſen* Electen zu *Straspurg* und die edeln herren *Heinrich* von *Veldenz* hern *Friderichen* von *ſarwerden* die grauen ſunderliche gebeden daz ſie zu gezugniſſe der obgenanten unſirer globede eyde und vorzyunge yre Ingeſigell geruchten zu hencken an dyſſen genwertigen brieff. Und wir *Wilhelm* von Gots gnaden Ertzbiſchoff der heilgen Kirchen zu *Colen* des heilgen Richs Erczcanceller in Italien *johannes* Electe zu *Straspurg* von denſelben Gots gnaden und wir *Heinrich* von *Veldenz Friderich* von *ſarwerden* die Grauen bekennen uffenliche mit dyſem brive daz wir durch flizeger betde willen des egenanten erſamen mannes hern *Conen* von *Valckenſtein* zu gezugniſſe der obgenanten ſiner globede haben unſer Ingeſegel gehenket an dyſen brieff der geben iſt zu *Mentze* des neheſten fritages nach deme jares tage da man zalte nach *Criſtus* geburte Drutzenhundert jar und darnach in deme vier und funffzigeſten jare.

3 Ian.

(*) Litterae hic memoratae extant apud *de Gudenus* Tom. III. p. 365. &c. ſub rubro: *Pax generalis reformata mediatore Rege Carolo multis imperii proceribus adhibitis.* queis accedit capituli Majoris ratihabitio l. c. pag. 374.

CLX.

CLX.

COMPUTUS ET LIQUIDATIO DEBITORUM FRANCOFURTI CONTRACTORUM.

Wir *Gerlach* von Gots gnaden des heilgen ſtuls zu *Mentze* Ertzebiſchoff des heilgen Romiſchen Richs in dutſchen landen Ertze Cantzeler bekennen und tun kunt allen den die dyſen brieff ſehent oder horent leſen daz *Vlrich* von *Cronenberg* Ritter unſir Houemeiſter von unſern wegen und von unſirm geheyſe hait gerechint mit *Jacobe Clobelouch* ſcheffin zu *Frankenford* und *Druden* ſiner Elichen wirtin umb alle ſchult, die yen unſir ſtifft zu *Mentze* und die dy denſelben unſirn ſtifft inne hant gehabt biz uf dyſen hutigen dag mit namen her *Conrad* von *Kirckel* und *Cune* von *falckenſtein* gemachit hant und ſchuldig ſin blebin und hat von unſirn wegen mit yen in der Rechening obirkomen, ume houbt gelt leiſtunge koſt und boden loen und andirs waz ſchaden adir koſt daz were uf dyſen hutigen dag, daz wir yen und yren Erben noch ſchuldig bliben, und ſchuldig ſin vierhundert guder cleyner ſwerer gewogener gulden als zu *franckenfort* genge und gebe ſint, die wir yen auch von des ſelben unſers ſtifftes wegen gelden und geben ſollen. und wollen ane alle geuerde, und darumb ſo han wir denſelben *jacoben*, und *Druden* ſine Elichen wirtin, und yre Erben geſatzt. und ſetzen mit dyſeme unſirm briue eynen halben Tornas an deme zolle zu *lanſtein* von ye-

da-

deme fuder wines, adir von andir Kaufmanſchafft adir gewant nach der marzal one geuerde, daz ſie den halben Thornos da von, als lange ufhebin und ynnemen ſollen ane alle hinderniſſe unſer und unſir nachkomen als lange biz daz ſie adir yre Erbin der vierhundert gulden und der koſte und bode lons die ſie darnach tun muſten die kuntlich und mogelich wern gentzlich werden bezalt. Und mit namen iſt gerech, daz man die zoll kiſten zu *Lanſtein*, uf ſol tun zu ſante *Mertins* tage nu neheſt kumet adir ee, und daz *Jacobe* und *druden*, adir yren Erben dann von deme ſelben gelde waz in der kiſten iſt ſin gelt bezalt. und werden ſal, nach marzal ane alle hinderniſſe und wo. yen. adir yren Erbin des geldes uff die ziit ſo die zolkiſten uff getan wurde nicht bezalt worde, und daran geſumet worden, ſo ſullen unſir Burgen die hernach ſteent geſchrieben mit namen her *Johann* von *Ruckingen* her *friderich* von *Vrſele* her *Rudolff* von *Ruckingen* her *friderich* von dem *waſen* her *Heilman* von *Prumenheim* und *Vlrich* von *Cronenberg* Ritter yr yglicher ane allen verzog, beſamt und beſundern wan ſie von *Jacobe* und *Druden* adir von yren Erben adir von yren guten Boden gemannt werden einen knecht und ein phert ſenden zu *franckenford* in *Jacobe* und *Druden* adir yrr Erben Huff odir yn eine andire uffen herberge da ſie *jacob* und *drude* adir yr Erben in wyſent und ſullent da yn leiſten als gute Burgen ein phert nach dem andern als dicke des noit dut als lange biz daz *Jacobe* und *Druden* adir yren Erbin das Houbt gelt und die

koſt

koſt und boden loen die ſie dar nach tun muſten, adir tedin gentzlichen wirt bezalt. Wer auch ſache daz unſir Burgen keine nicht enleiſten als vorgeſchriben ſteit, ſo mochte der egenante *Jacob Drude* adir yre Erben anſprechin, die ſelben Burgen adir yr yglichen beſamt, adir beſundern vor daz vorgenant gelt und den ſchaden. vor vol daz yn dannoch uſſe ſtunde. an deine vorgenante gelde und ſolden auch keiner ſich dar wider behelffen mit keiner friheide adir geleide, nach mit keinen andirn ſachen wy ſie genennet ſint gengen auch der egenant Burgen eyme adir me hiebumen von dodes wegin abe, ee dann *Jacob* und *Drude* adir yre Erben des geldes und der koſte und Boden lones als vor ſteit geſchriben gentzlichen werent bezalt des Got niht enwolle. ſo ſollen und wollen wir einen andern als guten Burgen adir me an des adir der verfaren ſtaid ſezen in den neheſten viertzen dagen darnach als wir von *Jacobe* und *Druden* adir von yren Erben adir van yren boten gemanet werden; wo wir des niht ynteden ſo ſollent die andern Burgen wann ſie gemanet werden als vor ſteit geſchriben infaren und leiſten als vor ſtet geſchriben als lange biz daz wir ein andern als guten Burgen adir me an des adir der vorfaren ſtaid geſetzen, und daz ſullent die Burgen auch tun ſo dicke des noit geſcheet Auch ſullen und wollen wir *Gerlach* Ertzebiſchoff vorgenant die vorgenante burgen die wir itzunt geſatzt han adir nach ſetzin ob ez noch geſchiet hie von loſen und entheben ane eyd und ane alle yren ſchaden vnd des zu urkunden han wir

Gerlach Ertzebiſchoff vorgenant unſir Ingeſigel mit der obgenanten unſir Burgen Ingeſiegel an dyſen Brief gehangen. Vnd wir *Johann* von *Ruckingen friderich* von *Vrſele Rudolff* von *Ruckingen friderich* von dem *waſen Heilman* von *Prumenheim* und *Vlrich* von *Cronenberg* Ritter vorgenant irkennen uns und globin *Jacobe* und *Druden* den vorgenanten und jren Erben unforſcheidenlich gude burgen zu ſine und zu leiſtene ane verzog, ob ez noid geſchiet. und ſtede und veſte zu haldene in alle der wys der vorgenanten als vor ſteit geſchriben undir unſirn Ingeſigeln. die wir zu des Erwerdigen in Gote Vater und herren herren *Gerlach* Ertzebiſchoue zu *Mentze* vorgenant an dyſen brief han gehangen. der gebin iſt zu *Mentze* uf den neheſtin fritag nach ſente *Bonifacien* tag, als man zalte nach Criſtes geburte drutzenhundert jar darnach in dem vier und funfzigeſten jare. 6. junij.

CLXI.

GERLACUS QUALITER POSSEDERIT CASTRUM WILDENSTEIN.

Wir *Gerlach* von Gots Gnaden des heilgen ſtuls zu *Mentze* Ertzebiſchoff, des heilgen Romiſchen Riches in dutſchen landen Ertzecanzeler bekennen offenlich und tun kunt allen luten die dyſen brief ſehent odir horent leſen daz uns unſir lieben getruwen Wildegreue *friderich* von *Kirberg*, der alde *Gerhard* und *Otte* ſine ſone, *Welde-*

deſtein yre burg in geantwertet hant, durch liebe und durch fruntſchaff die wir yn getan han, daz wir die beſetzen, und intſezen mogin, mit Tornknechten Portenern und wechtern alſo daz *johan ſweſkruſeln* Amptman da blibe und uns hulde und ſwern glicher wys als er yn getan hait, uns unſir geſinde diener und helfern, druſs und drin zelaſſene und uns drus und drin zobehelfende widder allirmenlich von ſent *Gallen* dage neheſt komet obir achte ganze jar, die nach einander neheſt komet wir ſollen auch und unſer Amptlude die wir itzont han, odir vorbatz gewinnen dieſelbe burg *Weldeſtein* verantwerten und beſchirmen gen allir menlich glicher wys als unſer eygen gut ane geuerde. Wir enſollen auch die amptlude und die knechte Tornknechte Portener und wechter die itzont off der burg *weldeſtein* ſint nit intſetzen ane wiſſen und willen Wildegreuen *friderichs Gerbards* und *Otten* ſiner ſone, und irer Erben, auch ſollen ſie die Amptman Portener wechter Tornknechte und keiner derſelben burg beckoſtigen und belonen, were iz auch daz wir abe gangen in dyſen jar ziten, des got nit enwolle, ſo ſollent die amptlude knechte Tornknechte und portener wechter irer eyde ledig, ſin und ſollent Wildegreuen *friderich Gerbarden* und *Otten* ſinen ſonen und yren Erben die burg *Weldeſtein* widder antwerten und geben und den gehorſam ſin und nyman anders und were iz daz *johan ſweſkruſeln* Tornknechte portener oder wechter yrer einer abeginge in dyſer jarzelen des Got nit en wolle. ſo enſollen wir nach niman von unſern wegen dyckeinen andern

 wi-

widerſetzen ane willen und wiſſen wildgreuen *friderichs Gerhards* und *Otten* ſiner ſone oder die iere und ſollen auch wildegreuen *friderich Gerhard* und *Otte* ſine ſone, und die iere zu *weldeſtein* us und in riden zu alle iren willen in dyſen jarzelen. Alſo daz ſie in dyſen jarzelen, dar us nach widder drie niman rouben nach Kornen odir keinen Crig zu deme hus zihen nach dyckeine ſchaden tun inſollet, iz enſi danne mit unſerm willen. Iz ſal auch der vorgenante *johan ſweffkruſeln* der itzont Amptman da iſt, und die Knechte tornknechte portener undt wechter uns hulden und ſweren gehorſam zu ſinde gliche wys als yn wann auch die vorgenante jarzal uſskoment, ſo ſollen wir und die unſer den Wildgreuen *frideriche Gerharde* und *Otten* ſinen ſonen und jren erben ir Veſten *Weldenſtein* ledig und los ane alle koſten und ane alle widderſprache unſir odir den unſern widder antwerten und gebin ane alle verzog und alle gerichte ſie were geiſtlich odir wertlich und ſollen wir die amptlude und die Knechte Tornknechte Portener und wechter irer eide ledig ſagen, und der loſſ ſin die ſie uns gedan hant, und alle diſſe vorbeſchriben ding globin wir mit guden truwen vor uns und alle die unſer ſtede und veſte zu haldene ane alle argeliſt, und des zu urkunde han wir *Gerlach* Ertzebiſchoff vorgenant unſir Ingeſigel an diſen brief tun hencken, Gebin zu *Aſchaffinburg* an dem neheſten Mittewochen vor ſente *Gallin* dage, do man zalte nach Criſtus geburte drutzehen hundert jar darnach in dem vier und funfzegeſten jare. 15. oct.

CLXII.

DE CONSTRUCTIONE BURGBERG ALIAS WILDENFELS.

Wir *Gerlach* von Gots gnaden des heilgen ſtuls zu *Mentze* Ertzebiſchoff des heilgen Romiſchen Riche in dutſchen landen Ertzecanceller tun kunt allen den, die dyſen brieff ſehen adir horent leſen, daz die Edeln *Wilhelm* Rugreue *Philipps* und *Conrad* von *Belanden* gebruder unſer lieben getruwe By uns geweſt ſint und wir mit yn, ubirkomen und eintrechtig worden ſin, durch frides und ſchirmens willen unſirs ſtifftes, und ire lande und lude, zebegrifene und zebuwene den *Burgberg*, der zu andirn zyten hiis *Wildenfels* in allir der maſſe vorworte. und undirſcheide als hernach von worte zu worte geſchriben ſteit. zu den erſten hant die vorgenant *Wilhelm Philips* und *Conrad* uns und unſirm ſtiffte, mit gutem willen und vorbedachten ente ledielichen gegebin, die egentſchaft des eigenanten Berges. und han wir yen umeannemen dienſt den ſie uns und unſirm ſtiffte gedan hant und hernach getun mogen zwey teil. des ſelben Berges geluwen zu rechtem lehen und lihen yen und yren erben williclichen an dyſem genwertigen briue zu habin und ewiclichen zobeſitzen. von uns und unſirm ſtiffte. Alſo daz uns und unſirm ſtiffte blibe daz dritte teil der vorgenanten Berges und Huſes. Auch iſt gereth daz wir und ſie den ſelben Berg. Begrifen und Buwen ſullen uf unſir gemeine koſt und ſchaden yederman nach

ſyme dritten teile, doch alſo daz ſie daz Holtz-werg des Buwes dar brengen und irzugen ſollen. Auch ſullen wir, und ſie yederman zu ſyme dritten Teile, daz Hus, wanne ez uff dem egenant Berge gemachit wirt, Bemanen beckoſtigen Bewaren und Beweren mit geſchutze und mit allen andirn notdorftigen dingen die darzu gehorent wider alle die, dye uns, unſirn ſtifft, adir ſie, daran undir ſteen zehindern. Item iſt auch gereth undir uns, daz wir unſir nochkomen und unſir ſtifft, ſie und yr erben einen gemeinen Burgfride mit einander halden und habin ſullen, in deme huſe, und eine halbe mile weges von dem ſelben huſe all ume und ume zerechende ane allerley geuerde und argeliſt, und ſal unſir ſtifftes und ir ampt lude welcher ze zitten dar geſetzet wirt, den ſtede und veſte ſweren ze haldene vorbaz me iſt gereth daz unſir keiner den andern ùbir buwen ſal an ſyme teile Portener, Tornknechte und wechter ſollen wir auch mit einander ſetzen, und die ſollen uns auch gemeinlichen ſweren und hulden yederman zo warten zu ſyme teile, wir han auch verſprochen vor uns unſirn ſtifft und nachkomen und verſprechen an dyſem genwertigen briue, daz wir adir wer von unſir adir unſer ſtifftes wegen darkumet ſye yre armelude yr gerichte yr gulde adir yr friheit nicht betruwen beſweren krencken odir obirfaren ſollen in keiner hande wyſſ in allirley argeliſt und geuerde, ſunderlichen iſt gereth wer ez daz die dickgenante *Wilhelm philipps* und *Conrad* abegingen ane rechte liebes erben, ſo ſollen wir

adir

adir unſer nachkomen Ertzebiſchoue zu *Mentze* die vorgenante zwey teil, des Berges und des huſes *philipps* Rugreuen unſern lieben getruwenlichen zu rechtem lehen zo halden und zo beſitzen als vorgeſchriben ſteit mit ſolichen underſcheide daz er uns und unſerm ſtiffte hulden und ſweren ſal zu tunde und zu halten alle die obgenante ſtucke und artickel die uns die vorgenante *Wilhelm philipps* und *Conrad* verſchriben und verbriuet hant, des zu urckunde und gezugniſſe han wir *Gerlach* Ertzebiſchoue vorgenant unſir ingeſigel an dyſen Brief tun hencken. Der geben iſt an dem neheſten dornſtage nach dem Pingeſtage als man zalte nach *Criſtus* geburten druzenhundert jar darnach in deme vier und funfzigſten jar,

5. junij,

CLXIII.

GERLACUS ARCHIEP. SUMMAM DECEM MILLIUM FLOR. MUTUAM ACCIPIT A WALRAMO ARCHIEP. ET CIVIBUS COLONIENSIBUS.

Nos *Wilhelmus* Dei gratia ſancte colonienſis Ecclesie Archiepiſcopus ſacri imperii per Italiam Archicancellarius notum facimus univerſis, nos recipiſſe & habuiſſe literam patentem Reverendi patris domini *Gerlaci* Archiepiſcopi Mogunt. ſuo & capituli ſui ſigillis ſigillatam non raſam non cancellatam nec in aliquo vitiatam nobis ex

parte ipſius & Eccleſie ſue preſentatam, cujus litere tenor plene & fideliter tranſumptus infra ponitur & ſequitur in hec verba; Nos *Gerlacus* Dei gratia ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius notum facimus univerſis preſentes literas inſpecturis. Quod cum eccleſia noſtra Mogunt. graviſſimis debitis vrgeretur & gravia dampna ſuſtineret maxime propter obligationem, quam *Cuno* de *Valkenſteyn* canonicus Eccleſie noſtre habuit in melioribus caſtris & poſſeſſionibus eccleſie noſtre, pro certa debitorum ſumma in qua ſibi fuimus obligati quarum quidem poſſeſſionum fructus in ſortem debiti minime veniebant quare deliberato cum capitulo noſtro & aliis noſtris canonicis ſuper hijs prehabito conſilio invenimus nobis & eccleſie noſtre expedire, quod per aliam obligationem faciliorem aliquarum aliarum poſſeſſionum ipſius eccleſie noſtre minus utilium quarum preſertim fructus in ſortem debiti cederent, prefatam graviorem obligationem dicti *Cunonis* de *Valkenſtein* ſolveremus. Recepto igitur per nos mutuo a Reverendo in Chriſto patre Domino *Wilhelmo* Archiepiſcopo Colon. & ab honeſtis viris *Euerhardo* dicto *Hardebuſt* in vico Reni & *Arnoldo* dicto de *Palatio* civibus colon. mutuantibus nobis inſimul pure & gratuito decem milia florenorum auri de Floren: & Obligantibus nobis dictis creditoribus pro dicta ſumma mutui, certa bona Eccleſie noſtre videlicet caſtrum *Laynecke* & opidum *Laynſtein*, cum juribus & attinentiis eorundem nec non jus perceptio-

ceptionis, octo groſſorum thuron. regal. percipiendorum per ipſos creditores ex Theolonio noſtro in *Laynſtein* ſub certis modo & forma prout in contractu dicti mutui & in literis ſuper eo confectis plenius continetur, dictum mutuum decem milium floren. ſic per nos receptum convertimus & expoſuimus pro evidenti eccleſie noſtre neceſſitate in redemptionem & abſolutionem dictorum caſtrorum & poſſeſſionum Eccleſie noſtre, prefato *Cunoni* de *Valkenſtein* ut premittitur obligatorum, ſed quia de totali ſumma dicti mutui, prefatos *Everhardum* & *Arnoldum* cives Colon. absque domino colon. ſupradicto, ſeptem milia floren. ſpecialiter contingebat & pro ſatisfactione ulteriori neceſſe habuimus ultra cautiones in litera dicti mutui contentas, quamvis in ipſis literis contractus de hoc mentio non fiat, predictis civibus preſtare etiam ſpecialem aliquorum bonorum mobilium pignoratitiam cautionem pro ſeptem milibus flor. ſupradictis, Et pignora ad hoc ſufficientia iſta vice in rebus noſtris mobilibus non habentes, recepimus de conſilio & conſenſu capituli noſtri antedicti nomine eccleſie noſtre Moguntine tytulo comodati & in Comodato ad uſum cautionis dictis civibus colon. faciende a Reverendo patre domino *Wilhelmo* Archiepiſcopo colon. ſupradicto concedente & comodante nobis gratuito vaſa & pocalia aurea & argentea & aliarum ſpecierum pecias infraſcriptas & infraſcripta videlicet in primis, duo candelabra ſimplicia ſuperius cum ſkipis Item duo candelabra in medio cum criſtallo,

Item

Item duo parva candelabra. Item baculum paſtoralem datum per Iudeos quondam domino *Walramo* Archiepiſcopo Item baculum paſtoralem gemalliatum, Item pelvim parvam capelle in medio cum agno Item calicem deauratum, Item calicem parvum deauratum, Item duas ampullas, Item duas ampullas parvas, Item duas ampullas magnas, Item fibulam auream cum aquila Item fibulam cum Lylio deauratam Item fibulam cum imagine ſancti *Quirini*, Item Monſtrantiam cum criſtallo deauratam, Item monſtrantiam cum criſtallo, Item monſtrantiam parvam Item monſtrantiam cum imagine ſancti *Iacobi* Item tabulam auream ab intus cum imaginibus, Item vas aque benedicte cum quaiſt Item ſeptem magnas ſcutellas Item decem & octo ſcutellas modicum minores prioribus Item decem & ſex ſcutellas minores prioribus, Item undecim ſcutellas fractas & renovatas, Item ſex ſzalas deauratas, Item cruſibile duplex deauratum gemalliatum cum Clypeo Colon. ſubtus, Item craterem aureum datum per Regem francie, Item vas mixture aureum ad dictum craterem pertinens, Item decem cocliaria parva, Item arborem viperarum antiquam cum pede deaurato, Item amphoram totaliter gemmaliatam Item quinque amphoras ſimplices ſuperius cum clypeo colon. Item duas amphoras ſimplices ſuperius cum parvis ymaginibus gemall. Item unam amphoram fractam ſine ſigno, Item vas mixture deauratum ſuperius cum clypeo colon. Item tragerium ſpecierum deauratum in circumferentia gemall. cum arboribus Item tragerium ſpecierum deauratum in cir-

circumferentia gemall. cum clypeo colon. & Iuliacenſi cum cocliari. in quolibet compaſſo unum clypeum, Item tragerium ſpecierum deauratum cum cocliari in circumferentia gemall. cum clypeo colon. & juliacenſi in quolibet compaſſo duos clypeos majus predicto, Item tragerium ſpecierum parvum quod fuit domini colon. ante promotionem ſuam cum clypeo Genepens. Item tragerium ſimplex cum pede equali ſuperiori ſcutelle Item ſex ſzalas magnas ad modum ſcutellarum Item octo ſzalas minores cum clypeo colon. inter clyp. Iuliac. Item duodecim ſzalas ſubtus cum clypeo colon. Item duas ſzalas ab intus deauratas cum clypeo colon. Item duas ſzalas magnas deauratas abintus cum imaginibus in ſedibus ſedentibus gemall. Item duplex cruſibile deauratum ſubtus cum clyp. colon. Item cruſibile totaliter gemall. cum clypeo avorum domini *Walrami* Archiepiſcopi Item limpaticum cum anſa cum coſtis circumquaque, Item cruſibile cum cooperculo deaurato ſuperius in pynnaculo cum clypeo colon. & juliacenſi Item aliud cruſibile ejuſdem forme, Item vas mixture ſuperius cum ymagine ſancti *Andree.* Item vas mixture ejuſdem forme, Item cruſibile cum cooperculo habens pynaculum gemall. Item vas mixture rotundum cum tribus canalibus. Item vas mixture rotundum ejuſdem forme, Item cruſibile cum cooperculo habens pynaculum Gemall. Item quatuor amphoras ſuperius cum leonibus que fuerunt domini ante promotionem ſuam, Item tres amphoras ſuperius cum pynaculo gemall. quaſi unius

unius forme, Item unam amphoram ſquamatam, Item amphoram ſuperius monſtro cum tuba imperii ſignatam Item duo cruſibilia cum cooperculo cum anſis & pynnacul. gemall. Item duo cruſibibilia cum cooperculis, anſis & pedibus leonum ſive canum, Item tria duplicia cruſibilia cum anſis parvis ſubtus, & in anſis gemall. cum ymaginibus diverſis, Item duplex cruſibile ſuperius gemall. Item duo vaſa mixture que venerunt de *Leodio*, Item vas mixture ſuperius cum leone tenente clyp. *Genepe* Item cruſibile cum operculo altum habens in pynnaculo triclinium in medio ejus Clypeum colon. intus clyp. *Genepe* Item unum cruſibile cum cooperculo in pynaculo habens leonem & pedes ſubtus, Item cruſibile totaliter gemall. & deauratum cum clypeo colon. & imperii Item quatuor flascas cum ſuis ſtuppis & ſerraturis corrigiarum ad ipſas pertinentes ad modum lagenarum factas, Item vas elemoſinale novum deauratum, Item duas flaſcas gemall. cum clypeo colon. Item tres cyphos cum cooperculis deauratis, Item duos cyphos deauratos ſine cooperculis, Item unum cyphum cum cooperculo deaurato cum parvis pedibus non altis, Item cyphum habentem corpus de ligno cum cooperculo argenteo deaurato, Item ſex pedes cyphorum argenteos pertinentes ad pladerin, Item vas mixture habens ymaginem virginis ſedentis ſuper animal deauratum, Item cruſibile duplex lacum cum ymaginibus tenentibus clypeum collon. gemalliat. cum duabus anſis parvis, Item cooperculum deauratum gemall. pertinens

tinens ad cornu magnum, Item cingulum magnum cum bordone argento contexto & ferrato, Item duo cruſibilia rotunda cum cooperculis & pedibus parvis Item navem magnam Elemoſinalem deauratam totaliter Item navem elemoſinalem non deauratum Item duas pelves deauratas cum clypeo colon. Item duas pelves cum clypeo colon. cum inter-clyp. *Genepen.* Item vas habens ymaginem cerue deauratum cum cypho ſuppoſito datum per Regem francie absque corallo non ponderato, Item fontenam cum cypho ſuppoſito datam per Regem francie, Item vas mixture ad predictum vas pertinens habens ymaginem hominis ſedentis ſuper leonem deauratum Item cyphum cum cooperculo deaurato in medio cum criſtallo; Item alium cyphum cum cooperculo deauratum in medio cum criſtallo, Item conchiliam cum pede & cooperculo argenteo deauratam ſuperius in pynaculo habentem aquilam; Item conkiliam abintus argenteam cum pede argenteo, Item ungulam Gryffonis & nucem marinam ferratam argento & intus argenteum Item duas amphoras, Item mitram pontificalem de perlis magnis & diverſis lapidibus precioſis & de auro compoſitam que fuit domini *Walrami* Archiepiſcopi ſupradicti, que ſiquidem vaſa & jocalia in diverſis peciis & ſpeciebus auri & argenti atque gemmarum conſiſtentia univerſa & ſingula pro ut ſuperius ſunt deſcripta, nobis quidem & capitulo noſtro ſcientibus & in eſtimationem ipſorum infraſcriptam conſentientibus, ad valorem ſeptingentarum triginta ſex & dimidie

mar-

marcarum & dimidii fertonis puri argenti, nec non decem marcarum trium fertonum & unius ſtetini puri auri pro pondere peciarum prediĉtarum, Item ad ſummam quinque milium centum & decem & ſeptem marcarum pagamanti colonien. pro ſumptuoſa ipſorum vaſorum atque jocalium factura & deauratione, Item ad ſummam trium milium & ducentorum florenorum auri de floren pro precio & valore ſingulariter dicte mitre Epiſcopalis per argentarios & artifices in talibus expertos legitime eſtimata, de voluntate dicti domini Archiepiſcopi Colon. nobis & Eccleſie noſtre ad uſum pignoratitie cautionis ſupradictum, gratuite & favorabiliter eadem commodantis, obligavimus & tytulo pignoris aſſignavimus dictis civibus pro ſeptem milibus florenorum ſupradictis, que ipſos ſicut premiſſum eſt ſpecialiter contingunt de totali ſumma decem milium florenorum mutui ſupradicti, ad quorum igitur vaſorum & jocalium atque pignorum ſupradictorum omnium & ſingulorum fidelem promptam & liberam reſtitutionem, dicto domino Colon. vel ejus ſucceſſoribus aut Eccleſie colon. ſine difficultate & abſque contradictione faciendam vel ad ſolutionem eſtimacionis ipſorum juxta modum & valorem ſupradictum In caſu, ſi forſan ipſa pignora vel eorum aliqua predictos creditores diſtraherentur vel alienarentur aut ſi per furtum vel rapinam ſeu incendium vel per quemcunque alium caſum fortuitum perderentur vaſtarentur ſeu quomodolibet deperirent, quanti reſtituta non fuerint ſeu deperierint cum univerſis

expenſis

expenſis dampnis & intereſſe nos obligavimus & obligamus fideliter per fidem noſtram ipſi Domino Archiepiſcopo colon. & eccleſie ſue & de voluntate & conſenſu expreſſo capituli noſtri ad omnia antedicta ſucceſſores noſtros & Eccleſiam noſtram Mogunt. per preſentes efficaciter obligamus & ut ipſo dicto Archiepiſcopo colon. ejus ſucceſſores & Eccleſie colon. de hiis plenius caveatur obligavimus ipſis de conſenſu & beneplacito dicti capituli noſtri, & ex nunc tytulo veri & juſti pignoris eis obligamus pro reſtitutione vel ſolutione dictorum vaſorum & jocalium facienda & pro ſolutione dampnorum expenſarum & intereſſe, caſtrum *Laynecke* & opidum *Lanſtein* Eccleſie noſtre ſupradictum, cum hominibus jurisdictionibus fidelibus & caſtrenſibus & cum univerſis bonis juribus & redditibus ac attinentiis pertinentibus quomodolibet ad eadem nec non & jus perceptionis octo groſſorum thuronenſ. regal. ex Theloneo noſtro *Laynſtein* ſupradicto, de quibuslibet rebus bonis ſive mercimoniis ante dictum Theoloneum per deſcenſum vel aſcenſum *Reni* tranſituris in omni ea forma & ſub omnibus ac eisdem clauſulis cautelis convencionibus & condicionibus contentis in littera contractus mutui decem milium flor. auri ſupradicti, Ita quod ſi propter diſtractionem vel alienationem ſeu perditionem vel quamvis aliam dictorum vaſorum & jocalium vaſtacionem ſeu diminucionem, vel propter quemcunque caſum plenariam ipſorum reſtitutionem non faceremus dicto domino Archiepiſcopo colon. vel ejus ſucceſſoribus aut Ec-

cleſie colon. poſtquam ab ipſis ſuper hoc fuerimus requiſiti, ex tunc ſtatim poſt completam tamen dictorum decem milium floren. ſolutionem ipſi domino Archiepiſcopo colon. & prefatis civibus colon. juxta formam dictarum literarum communiter prius factam Idem dominus Archiepiſcopus colon. ejus ſucceſſores & eccleſia colon. inmediate intrabunt perceptionem dictorum octo groſſorum thuron. & pecuniam inde provenientem percipient & levabunt in ſolutionem & ſatisfactionem dictorum vaſorum & jocalium usque ad valorem eſtimationis ſupradictum, nec non in ſatisfactionem dampnorum expenſarum & intereſſe, in eisdem modo & forma ſicut in prefatis literis de ſolutione dictorum decem milium flor. expreſſius continetur & cum hoc ſtatim ex nunc prefatum caſtrum *Laynecke* & opidum *Laynſtein*, cum eorum attinenciis & juribus ſupradictis ſtabunt & erunt in obligatione pignoris, ipſi domino Archiepiſcopo colon. ejus ſucceſſori & Eccleſie colon. pro dictis vaſis & jocalibus & eorum eſtimatione & pro dampnis expenſis & intereſſe, in omni ea forma & ſub omnibus clauſulis condicionibus & cautelis ſub quibus ipſi domino Archiepiſcopo & prefatis civibus colon. pro ſumma decem milium flor. predictorum jam ſunt communiter obligata, juxta formam contractus dictarum literarum quas quidem literas contractus dicti mutui cum omnibus ſuis clauſulis condicionibus & cautelis de conſenſu & beneplacito dicti capituli noſtri ex nunc extendimus & extendi volumus ad contractum comoda-

modati dictorum vaſorum & jocalium volentes eaſdem literas eundem effectum habere & firmiter obtinere pro reſtitutione & ſolutione eorundem vaſorum & jocalium quem habent vel habere poſſunt pro ſolutione & ſatisfactione mutui antedicti & easdem literas cum hoc poſt completam etiam ſolutionem dicti mutui apud prefatum dominum Archiepiſcopum colon. & apud Eccleſiam ſuam volumus remanere, donec de reſtitutione dictorum vaſorum & jocalium vel eorum ſolutione cum univerſis expenſis dampnis & intereſſe ipſis fuerit plenarie ſatisfactum. eo tantum ſalvo circa extenſionem dictarum litterarum mutui ad preſentem contractum ut premittitur ſic per nos factam, quod obſides & fide juſſores noſtri de quibus in dicta litera mutui ſit mentio, pro vaſis & jocalibus predictis, & in contractu hujus comodati, prefato domino Archiepiſcopo colon. ejus ſucceſſori & Eccleſie ſue non ſunt nec erunt aliqualiter obligati dolo & fraude ac omnibus deceptionibus & ſubtilitatibus juris & facti excluſis penitus in premiſſis, In quorum teſtimonium atque robur ſigillum noſtrum & ſigillum capituli noſtri antedicti preſentibus ſunt appenſa, Et nos Decanus & capitulum Eccleſie mogunt. ſupradicte ſcientes & recognoſcentes comodatum ſupradictum ad evidentem utilitatem Eccleſie noſtre perveniſſe & eſſe converſum, conſenſum noſtrum expreſſum & voluntatem noſtram premiſſis omnibus ac ſingulis adhibuimus & adhibemus ſigillum noſtrum ad eorundem robur & teſtimonum preſentibus literis ap-

 pen-

pendentes. Datum in octava S. *Martini* Epiſcopi hyemalis anno Dñi Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quarto, In cujus litere receptionis & preſentacionis nobis facte teſtimonium noſtrum duximus preſentibus appendendum. Datum & tranſumptum feria quarta proxima poſt feſtum bti *Andree* Apli, anno Dni Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quarto. 3 Dec.

CLXIV.

RECOMMENDATITIAE PRO LUPOLDO PRAEPOSITO NORTHUNENSI AD PRAEBENDAM MAGUNTINAM.

G. Dei gratia ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperij per Germaniam Archicancellarius, honorabilibus viris G. Decano. *E.* cuſtodi. *E.* ſcolaſtico. *E.* Cantori totique capitulo Eccleſie Maguntinenſ. ſalutem & plenitudinem omnis boni. Cum ex morte quondam venerabilis fratris domini. *S.* Wormatienſis Epiſcopi, de cujus morte revera dolemus, prebenda in eccleſia veſtra, vacare noſcatur ad preſens, noſque promocionem honorabilis viri *Lupoldi* prepoſiti Northunenſis officiati noſtri Kariſſimi, exigentibus ſuis meritis virtuoſis & obſequiis nobis predeceſſoribus noſtris immo vobis ac Eccleſie noſtre Magunt. impenſis fructuoſe & fructuoſius impoſterum impendendis ad prebendam eandem diligamus toto cordis affectu dilectionem veſtram rogamus, quati-

tinus Magiſtro *Gerbardo* dicto *Naden* canonico eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Magunt. Capellano noſtro exhibitori preſencium ſuper hiis que vobis ſuper proviſione ipſius *L.* ex parte noſtra retulerit fidem credulam apponatis, ea omni excuſacione ceſſante ſic benivoli effectum mancipando ut providere vobis teneamur ad omnia que vobis noverimus eſſe grata. Scituri quod in nulla re alia nobis poteritis gratius complacere. Datum *Loynſtein* VII. Kal. Novemb. 26 Oct.

CLXV.

ULTERIORES PROMOTORIALES PRO EODEM LUPOLDO CANONICO MOGUNTINO.

Gerlacus Dei gratia Archiepiſcopus Magunt. honorabilibus viris. . Decano & capitulo Eccleſie Magunt. ſalutem cum affectu ſincero. Cum Dilectus in Chriſto *L.* prepoſitus Northinen. Concanonicus veſter, ad nos nuper acceſſerit ea mente quod volebat veſtris conſpectibus ſe offerre regraciaturus vobis ſuper voluntaria receptione ipſius in Canonicum & in fratrem. Sed quedam negotia circa partes *Ruſteberg* emerſerunt poſt ipſius receſſum propter que, de noſtro mandato redire neceſſario eſt compulſus. Et quia quidam aſſerens ſibi a ſede apoſtolica proviſum in Eccleſia Magunt. ipſum prepoſitum ſuper prebenda, ad quam electus dinoſcitur, nititur impedire & dilectionem veſtram ſerioſe requirimus & rogamus, quatenus,

 cuili-

cuilibet volenti ſibi impedimentum offerre ſuper prebenda predicta, cum rationis tramite obvietis. in quo vobis aſſiſtemus conſilio & auxilio oportunis. Ceterum petimus ut — procuratorem ipſius prepoſiti, quem vobis transmittet ducatis in corporalem poſſeſſionem ejusdem prebende & defendatis inductum. In hoc nobis, veſtra dilectio ſpecialiter complacebit cum condignis actionibus gratiarum. Datum apud *Nuwenſtad* XVI. Kal. januarij. 17. Dec.

CLXVI.

DOMINUS MOGUNTINUS RECOGNOSCIT CASTRUM TUMSTAUFF PERMUTATIONIS TITULO ESSE ASSIGNATUM DOMINO IMPERATORI TANQUAM REGI BOEMIE ET CORONE REGNI EIUSDEM PER DOMINUM EPISCOPUM RATISPONENSEM SI CONSENSUS DOMINI PAPE ACCESSERIT.

Nos *Gerlacus* Dei gratia &c. notum facimus tenore preſencium univerſis, quod tunc Reverendus in Chriſto Pater Dominus *Fridericus* Ratiſponenſis Epiſcopus conſideratis Eccleſie ſue Ratiſponenſis neceſſitatibus que multis opprimitur oneribus debitorum ad relevationem ipſius & ut ſuam & ejusdem ſue Eccleſie condicionem poſſet facere meliorem animo deliberato & ſano amicorum & fidelium ſuorum accedente conſilio non compulſus ſed bona & libera voluntate & de certa ſcien-

ſcientia propoſuiſſet caſtrum ſuum *Tumſtauff* cum territorio & pertinentijs ſuis pro bonis & poſſeſſionibus alijs permutare, ſereniſſimus Princeps & Dominus Dominus *Karolus* quartus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Boemie Rex Dominus noſter gratioſus habito reſpectu ad amorem & ſincere dilectionis ſtudia, quibus eundem Epiſcopum & prefatam ſuam Eccleſiam celſitudo ſua favoroſe proſequitur, ut eadem Eccleſia de tot oneroſis incommodis Imperialis clemencie valeret preſidio reſpirare pro ſe & heredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Boemie & corona regni ejusdem permutationem hujusmodi pro eodem caſtro *Tumſtauff* publice & ſolempniter celebravit ſub modis videlicet & conditionibus infraſcriptis: primo quidem ipſe Dominus Imperator Caſtrum prefatum de manibus nobilis viri Domini *Friderici* dicti *Awer* de *Brennenberg* & relicte ac heredum quondam *Rudigeri* divitis civis Ratiſponenſis quibus pignori fuerat obligatum pro undecim milibus florenorum & octingentis triginta quinque florenis auri in parata pecunia liberavit & dicto Epiſcopo pro relevandis certis ſuis indigencijs ceterisque bonis ſuis & prefate ſue eccleſie redimendis ac alijs ipſorum utilitatibus procurandis quinque milia florenorum auri in parata pecunia mutuaverit, eſtque inter dictum Dominum noſtrum Imperatorem ex una & predictum Ratisponenſem Epiſcopum parte ex altera rite decretum, quod ultra ſolutionem dictarum ſummarum, quas enim dictus Epiſcopus impendiſſe fatetur &

conſtat jam dicto Epiſcopo pro ſe & ſuis ſucceſſoribus Epiſcopis ac Ecclefie Ratiſponenſi permutanti & permutacionis titulo recipienti pro reſiduo certa bona poſſeſſiones & predia in regno ſuo Boemie debeat aſſignare ad eſtimationem & taxam Reverendi in Chriſto Patris Domini *johannis* Olomucenſis Epiſcopi & nobilis viri Domini *Buſcbonis* de *Wilberticz* quos pro parte ſua idem dominus Imperator elegit & Rdi in Chriſto Patris Domini *Bertoldi* Eyſtetenſis Epiſcopi & ſpectabilis viri Domini *johannis* Burgravij *Nurembergk* fratrum Germanorum ejusdem Epiſcopi quos ipſe pro parte ſua eſtimatores & taxatores bonorum talium duxit ſimiliter eligendos, qui ſi fortaſſe ſuper eſtimatione & taxatione premiſſis concordare non poſſent ex tunc ſanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter Dominus ſummus Pontifex tam ad predicti Domini Imperatoris quam ad humilem dicti Epiſcopi inſtantiam in caſu ubi dicte permutationi conſentire voluerit, aliquem virum ydoneum deputabit, qui conſiderata negocij qualitate Deum & juſtitiam habendo pre oculis computatis in ſortem ſummis florenorum predictis compenſacionem debitam taxet & eſtimet & debebunt tam ipſe Dominus noſter Imperator in aſſignatione quam dictus Epiſcopus in ſuſceptione bonorum hujus predicti viri diffinitiones ſine contradictione qualibet amplecti & effectualiter adimplere, ſi vero ipſe Dominus Papa predicte permutationi infra unius anni ſpatium a data litterarum deſuper confectarum computandum, ſuum non preberet aſſenſum & dictus Dominus

nus noſter Imperator aut eo, quod abſit non exiſtente heredes & ſucceſſores ſui Reges Boemie deliberarent a contracta permutatione hujus poſt lapſum dicti ſpatij quacumque hora recedere ex tunc de bona voluntate & expreſſo conſenſu dicti Epiſcopi quos ex tunc ſponte & voluntarie adhibuerit idem Dominus noſter Imperator aut ejus heredes & ſucceſſores prefati Boemie Reges reſumptis pro ſe & corona regni Boemie prefati ſupradictis bonis omnibus, que in eodem regno Boemie prefato Epiſcopo ob cauſam hujus permutationis ipſe Dominus noſter Imperator aſſignaverit, quibus nichilominusidem Epiſcopus aut ſucceſſor ſuus qui fuerit pro tempore hoc caſu cedere ſine omni contradictione tenebitur & debebit predictum caſtrum *Tumſtauff* cum omnibus redditibus, fructibus dominijs juribus & pertinencijs quibuscunque ſpecialibus valeant ſeu ſoluta ſint deſignari vocabulis in antedictis florenis ſeu pecuniarum ſummis, quas idem Dominus Imperator impendit & pro omnibus alijs pecunijs quas pro dicto Epiſcopo & ſi quas pro ipſius ſucceſſoribus ſeu ad inſtantiam ejusdem vel eorundem Epiſcoporum impenderet in futurum, de quibus per litteras conſtare poterit & doceri nomine & titulo juſti & veri pignoris retinebit ſeu etiam retinebunt donec ſibi aut eisdem heredibus & ſucceſſoribus Boemie Regibus & ipſius Regni Boemie corone omnes & ſingule hujusmodi pecunie ad plenum fuerint integraliter perſolute, fructus vero & quibus emolimentis medij temporis in ſorte defalcari vero debent, nam

jus obventiones in caſtri & bonorum cuſtodia rui-narumque reparatione neceſſario conſumentur, jura vero patronatus Eccleſiarum ad proprietatem & territorium ſepe dicti caſtri ſpectantium & nominatim Eccleſiam parochialem in *Stauffen* Epiſcopali menſe alias incorporatam ſibi ſuis ſucceſſoribus & prefate ſue Eccleſie idem Epiſcopus ſpecialiter & expreſſe perpetuo reſervavit & inſuper inter cetera per memoratum Dominum noſtrum Imperatorem ab una & dictum Ratiſponenſem Epiſcopum ordinatum parte ex altera & promiſſum quod ſi ante perfectam conſummationem eſtimationis & taxationis earundem aliquem vel aliquos de ſupradictis eſtimatoribus ſeu taxatoribus mori infirmari abeſſe vel ab alio quovis modo impediri contingeret vel eorum aliquis vel aliqui officium eſtimacionis vel taxacionis premiſſarum ſibi nollet aut nollent aſſumere pars alia cujus interfuerit ad requiſitionem partis alterius alium vel alios ſubrogare debeat infra quindenam a die qua id ſibi notificatum fuerit continuo computanda, Denique dictus Epiſcopus de certa ſua ſcientia & non per errorem in premiſſis renunciavit expreſſe pro ſe & ſuis ſucceſſoribus ac etiam ſupradictis omni juri proprietati & titulo quod ſibi & ipſis compecijt competit ad preſens & competere poſſet quomodolibet in futurum in caſtro territorio vel ejus pertinencijs antedictis omnique juris canonici & civilis auxilio quo contra hujus permutacionis contractum facere poſſet aut ipſi preeſſet per ſe vel alios aut alium quemlibet quocunque tempore contra-

travenire & ſpecialiter *L. ſi convenerit* & exceptioni non numerate pecunie ſeu non ſervate cujuscunque ſolempnitatis aut forme alteri cuicunque que de jure vel facto adverſus premiſſa vel aliquod eorum dicto Epiſcopo vel ipſius ſucceſſori & Ecleſie prefatis quocunque tempore in judicio poſſet vel extra judicium ſuffragari ſicut in litteris ejusdem Epiſcopi quas prefato Domino noſtro Imperatori deſuper erogari dinoſcitur plenius continetur. Quapropter animo deliberato & aliorum coeleſtorum Principum accedente conſilio ſupradicte permutacioni ſi conſenſus Apoſtolice ſedis acceſſerit ut prefertur noſtram adicimus voluntatem, ſi vero conſenſus dicte ſedis obtentus non fuerit tunc de noſtra voluntate & conſenſu plene conſiſtit quod prefatus Dominus Imperator pro ſe heredibus & ſucceſſoribus ſuis Boemie Regibus Regno Boemie & ejusdem regni corona dictum caſtrum *Tumſtauff* cum omnibus ſuis pertinencijs ut premittitur nomine & titulo juſti pignoris teneat eo modo ſicut ſuperius eſt expreſſum preſencium ſub noſtro ſigillo teſtimonio litterarum. Datum *Nuremberg* Anno Domini Milleſimo CCC°L quinto in die beati *Thome Cantuarianſis*.

29 Dec.

NOTANDUM.

pag. 185. notae i, l, m, ab alia charta huc deviarunt.

Bayerische Staatsbibliothek München


Digitized by Google

XX I 94

C. x. 6. C 4.

Google

Google



Digitized by Google

